13
6 N
19

C.2.F.a

13-6.G.28

BALDI
VBALDI PERVSINI
IVRISCONSVLTI
Omnium ſuæ tempeſtatis celeberrimi, ingenio acutiſsimi, ſenſúq; profundiſsimi,

IN I. ET II. INFORTIATI PARTEM
Commentaria,

DOCTISSIMORVM HOMINVM ALIIS omnibus hactenus impreſsis Adnotationibus illuſtrata,

Necnon Summarijs, & Indice vno verborum, ac rerum locupletiſſimo vniuerſis Dig[illegible]. Cod. ac Inſtit. materias complectente, cum PACTORVM etiam ac CO[illegible]STITVTI eiuſdem Authoris Tractatibus, in ſtudioſorum gratiam exornata.

F[illegible] in editione non ſolùm omnes alias aliorum editiones, ſed & noſtram ſuperauimus, veteribus conferendis, & ex ijs veram, antiquamque lectionem reſtituendo: Quod vel iniqui iudices, velint nolint, fateantur neceſſe eſt, ne lucem meridie non videre tam falsò mentiantur.

COMMVNES OPINIONES HOC SIGNO * NOTANTVR.



Conuent' S. Mariæ de scala

VENETIIS. Apud Hæredes Georgij Varisci. M DC XV.

Titulorum, qui in Prima,& Secunda Infortiati parte habentur, Tabula.

A

Acquirenda hæreditate. 108

Ad Sillanianum. 120

C

Conditionibus,& demonſtrat. 168

Conditionibus inſtitutionum. 100

Confirmando tutore. 28

Contraria tutelæ actione. 39

Curatore furioſi,vel aliis,&c. 44

E

Eo,qui pro tutore,vel curatore. 39

Excuſationibus tutorum. 30

F

Fideiuſſoribus,& nominatorib. 41

H

Hæredibus inſtituendis. 76

His,quæ in teſtamento delentur. 74

I

Iniuſto, & rupto, & irrito teſtamento. 72

Iure codicillorum. 183

Iure deliberandi. 104

L

Legatis, & fideicommiſſis primo. 125

Legatis ſecundo. 143

Legatis tertio. 161

Legitimis tutoribus. 28

Liberis,& poſthumis. 51

M

Magiſtratibus conueniendis. 41

Q

Quemadmodum teſtamenta aper. 118

Quod falſo tutore auctore. 40

R

Rebus eorum,qui ſub tutore, vel curatore. 42

S

Si quis aliquem teſtari prohibuerit. 123

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti. 119

Soluto matrimonio. 1

T

Teſtamentaria tutela. 25

Teſtamentis. 45

Teſtamento militari. 104

Tutelis. 25

Tutelis, & rationibus diſtrahendis. 37

Tutoribus,& curatoribus. 29

V

Vbi pupillus educari debeat. 37

Vulgari,& pupillari. 89

BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI.

CARMELITANI SCALZI
DIS. ... DELLA SCALA

In primam Infortiati Partem Commentaria.

Soluto matrimonio.

1 *Liber dupliciter ſumitur.*
2 *Matrimonium facit venire vxorem viro, tanquam principaliori, & per hoc mutat forum originis.*
3 *Dictio In, aut eſt præpoſitio, aut componitur.*
4 *Præpoſitiones, & aduerbia mutant ſuam propriam ſæpe ſignificationẽ cauſa vitandæ contrarietatis, & abſurditatis.*
5 *Iniuria in perſonam, non dicitur niſi eam corpus ſentiat, & ideo nulla iniuria verbalis eſt in perſonam.*
6 *Furtum non dicitur iniuria in perſonam, ſed violentia.*
7 *Dictio Ad, & dictio Iuxta, denotant propinquitatem.*
8 *De nomine curandum eſt, maxime appellatiuo.*
9 *Præſumptionem ſcientiæ, nimia perſonarum proximitas inducit.*
10 *Error iuris naturalis non præſumitur.*
11 *Pœna quæ imponitur ipſo facto per l. requirit turpitudinem conſummatã, non inchoatam.*

QVoniam hic non eſt
caput libri, communia aliorum li-
2 brorum non tractantur hic. Din. op-
po. q imò eſt caput libri, quia Infor-
tiati, vt patet ad oculum, & quærere
rationem, vbi habemus ſenſum, eſt
infirmitas intellectus: ſed per viſum
habemus de hoc certitudinem. ergo
1 &c. vt l. ſi irruptione, §. ad officiũ ff.
fi. reg. † Soluto. liber ſumitur dupli-
citer. Vno modo pro deciſo, & ſeparato tractatu. & tunc non
eſt hic caput libri, quia adhuc ſumus in continuato tractatu de
dotibus. Alio modo pro volumine libri, & ſic eſſet hic caput
libri ſecundum. And. de Piſ. & Cyn. Et eſt argumẽtum q ſi ap-
parent duo volumina rogitum vnius notarij facta, & ſermo
a vnius continuatur alteri, q ambo volumina cenſentur vnũ[a] &
communis eſt vtriſque præpoſitio eiuſdem indictionis & cõſu
b lis,[b] vt ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium [c] tabul. &
c hic. & ʒ. ad l. Falcid. l. tres partes; quod not. Et continua ſic. Di-
ctum eſt ſupra de dotibus contrahendis, hic vero de diſtrahen-
dis, nec ſunt iſta iudicia eiuſdem fori. nam alibi agit vir, alibi
vxor. ff. de iudi. l. exigere. Vel dic idem eſt forum viri & vxoris,
vt no. in lege, cum quædam puella, ſup. de iuriſdictio. omn. iudi.
2 & l. fi. ʒ. ad Municip. † Quam per matrimonium vnitur vxor viro
tanquam principaliori, & per hoc mutat forum originis, vt non
poſſit in ſua originali terra conueniri, vt no. in lege, originem,
C. de munic. & origi. lib. 10. & eſt ibi gl. valde no. Vel dictum ẽ
ſ. de medio, per quod peruenitur ad repetitionem, id ẽ de diuor-
3 tio; hic de ipſa repetitione. Quare dicitur Infortiatum. † Hic
d adde de dictione[d] In, quæ aut eſt præpoſitio, aut componitur.
Si eſt præpoſitio, aut iungitur loco, aut tempori, aut perſonæ,
aut actui. Si loco, aut conſtituitur cum verbo ſignificante actũ
conſummatum, & ponitur pro intra l. 2. §. in locum, ff. de reli.
aut cum verbo ſignificante actum in fieri. & tunc aut iungitur
ablatiuo, & ſignificat intrinſecitatem: aut accuſatiuo, & deno-
tat cohærentiam, & ponitur pro ad, vel iuxta. vnde verſus, In
campo curro, &c. ¶ Et ideo ſi ſtatutum dicit, ſi quis inſultaue-
e rit aliquem in domo, non ſufficit inſultare in porticu.[e] l. cæte-
ra, § hoc ſenatuſconſ. de leg. 1. nec in oſtio, dicit Cyn. de off. pro
conſul. l. meminiſſe. Placet mihi quod dicit de porticu. Sed non
quod dicit de oſtio, quia qui eſt in oſtio, partim eſt in domo,
partim eſt extra domum, & no. de pœnit. diſt. 1. cum ſanctam,
& quod no. in c. 1. de conſecr. eccle. vel altaris, li. 6. & in Mercu
rialibus ſuper Regu de infamibus, & quod no. de acti. emp. fun
di, in princ. & ſufficit tangere partem, de furtis, lege, vulgaris,
& facit de cloacis, lege prima, §. cloacæ appellatione. Non ob.
infra, de iniu. lege, ſi ſtatua, vbi ponitur In, pro iuxta, quia illud
eſt ratione vitandæ legum contrarietatis, & abſurditatis, vt ibi
4 nota. † Quam ſæpe propter hoc præpoſitiones, & aduerbia mu-
tant ſuam propriam ſignificationem, vt no. infra, de conditio-
nibus, & demonſtrationibus lege, has cauſas. Si dictio in, iungi-
tur tempori, ſignificat temporis intrinſeci partem, de verborũ
obligationibus, lege, cum qui Calendis. Si perſonæ, non deno-
tat adhærentiam perſonæ, ſed in ipſam perſonam, vt lege pri-
ma, de his qui deiece vel effud. & de Epiſcop. & cler. lege, ſi quis
per calumniam, per Guliel. de ſent excommunicatio. nuper per
Innocen. & per Iaco. ad Syllania. lege, ſi quis in graui. §. ſi quis,
& de iniur. ſed eſt quæſtionis, per eundem Iacob. quare non di-
5 citur iniuria in perſonam, niſi eam corpus ſentiat. & ideo nul-
6 la iniuria verbalis eſt in perſonam. † Furtum etiam non eſt
f iniuria in perſona,[f] ſed violentia ſic, vt not. in l. itaque, infra,
de fur. Si vero dictio in, iungitur actui, ſignificat intra actum
ipſum. vnde non dicitur aſſociaſſe aliquem in homicidio, qui
non interfuit cędi. C. de rapt. virgin. lege prima. ſed dicitur
aſſociaſſe ad homicidium, qui aſſociauit cohærentis homici-
7 cidii, † quia dictio Ad, & dictio Iuxta, denotat propinquita-
g tem, nec exigunt intrinſecitatem,[g] vt leg. quidam Hiberus,
ſupra, de ſeruitu. vrban. prædio. Interdum dictio in, compo-
nitur cum alia dictione. & tunc interdum ſignificat exceſſum,
vt in lege Gallus, in §. ille caſus, infra, de liber. & poſthum. &
hic. interdum diminutionem: vt lege, cognitionem. §. primo
8 de var. & extraordi. cognitio. † An ſit curandum de nomine,
dic aut eſt nomen proprium, & non eſt curandũ de nomine,
vel etymologia eius, lege finali ad municipa. vnde non ſequi-
h tur talis vocatur Peruſinus, ergo eſt de Peruſio:[h] nec ſi vocatur
Salomon, ergo Sapiens. quantum tamen ad honeſtatem bene
eſt

ADDITIONES.

a Vnum. Adde Fel. in c. ſcripturam, de fi. inſtr. in 7. col. ſtatim poſt me allega. ad hoc Bal. hic.
b Et conſulis. Adde quod licet Bal. hic dicat de iſta præpoſitione conſulis, tamen hodie non eſt in vſu, prout de iure ciuium erat neceſſaria, ut habetur in auth. e[t] præpo. nom. Impe. in prin. ſed loco eius apponuntur anni incarnationis dñi, vt eſt tex. coniuncta gl. paruus, prima quæſt. 7. c. quoties cordi. ad quod vide Gul. de Cu. & Bal. in lege, comparationes, C. de fide inſtrumentorum, & do. Alex. de Imo. in l. 3. §. edi ſup. de edend. & Bar. in l. liberorum, infra, de accuſa.
c Si initium. Adde quod per dictum §. dixit idem Bal. in conſ. 177. 3. li. quod locus appoſitus in vno inſtru cenſetur repetitus in alio facto incõtinẽti.
d In. De qua dictione. Vide etiam gl. vnicam in §. hæc quæ de charitate, in ver. Ezechiele, de pœnit. diſtin. 1. & per Flo. in dicta lege 1. alleg. in tex. §. hæc verba, de his qui deie. vel effu. & per Spe. in tit. de diſput. & alleg. § 3. ver. velut. & per Bar. in conſ. incip. in Chriſti nomine amen. inſultus &c. & per d. Alex. de Imo. in conſ. 21 4 p. & per Old. in conſ. 49. & per Rom. conſ. 176 vbi late.
e Porticu. Adde d. Alex. de Imo. in conſ. 22. in fi. 4. li. & conſ. 24. 2. li. & d. Soc. in conſ. 118. inc. breuiter conſultationem præmiſſam, ver. ſed tamen hoc non obſt. circa medium in 2. p. ch. 85.
f In perſonam. Et ideo faciens furtum illi, cum quo fecit pacem, non dicitur offendere in perſonã, nec pax dicitur rupta, vt voluit Ro. in conſ. 258. & conſ. 281.
g Intrinſecitatem. De dictione Ad, vide in Felynum in capitulo cum vigeſimo, de off. deleg. in fine. & eide tex. in capitulo presbyter. vigeſima octaua diſtinctione, & Arch. in capitulo, ſi gratioſe, de reſcr. & de dictione iuxta, vide Ang. in lege, miles codicillis, de teſtamen. milit. & Lud. Pon. in ſingula. verb. ſtatutum, ver. dicit ſtatutum, & dom. Alexand. de Imol. in conſilio octauo, quarta parte, Old. ad. in conſilio quadrageſimo nono, alias 167. incipiente, In confeſſione cuiuſdam donationis, & do. Soc. in conſilio 21 incipiente, Breuiter conſultationem præmiſſam, verſiculo Accedat etiam quod in ſecunda parte, char. 85. & do. Alex. de Imol in conſilio 20. 2. lib.
h Ande. Barb. de Peruſio. Adde quod no. do. Abb. in c. j. in pe col. de iud. & q no. d. Ant. in c. de Francia, extra. de ſpon. per quem tex. dicit Dom. in proœ. decre. in ver. Gregorius Epiſcopus q idem eſt dicere Petrus Francigena, quod de Francia. & idem dicere Romanus, quod ſubiectus Romanis alle, c. tua quæſitum, j. di. & gl. in c. quanto. 63. di & tex. in c. Florentinum. 85 di. & Arch. 24. di. q. 3. c. cum primus, in ſopraſcriptione. & tex. j. q. j. ſcriptum, & de hoc etiam vide Pet. de Anch. in c. 1. de vi. & hone. cle. in 6. & in Cle. j. eodem titulo, & ad prædicta in tex. adde Ang. hic, & in l. j. C. de municip. lib. 10. vbi dicit ſecus eſſe, ſi dicitur talis de Peruſio, & adde Lud. Rom. hic. & Bar. inferentes ad repræſalias in d. l. fi. in pe. col. ad munic. & Bal. etiam in l. ſi non a ſpeciali, in 3. col. C. de teſt. & Bar. in tract. repræſaliarum, in 7. p. Arti. i. iſtius partis.

eſt curandum de bono nomine, a vt lege,facta.§. ſi in danda,ff.
ad Trebell.aut eſt nomen appellatiuum,& tunc bene eſt curan-
dum de nomine,& Etymologia,lege ſecunda.§.appellata,ſi cer
tum petatur,aut eſt nomen demonſtratiuum; & idem de verb.
ſignif.l.iugerij,& l.vt Alphenus,& lege prima poſt princ.p. de
pact.& lege prima,de iuſtitia & iure.& facit extra, de reſcript.
cap.Rodulphus.Si matrimonium eſt prohibitum , an poſſit re-
peti datum? reſpõdeo aut loquimur in arrhis,aut in dote,aut in
donis.Si in arrhis,dic quod repetuntur, vt l.finali.C. de ſponſa.
Si in dote, aut matrimonium non tenuit ratione turpitudinis,
aut propter aliam prohibitionem.Si propter aliam prohibitio-
nem,repetetur,vt l.a diuo Pio ſupr. de ritu.nupt. & lege prima,
de cond ob cauſam,nec videtur donare, quia expreſſa cauſa, li-
cet inualida, facit ceſſare præſumptionem tacitæ donationis,vt
l.ſi cum aurum,ff.de ſolu.& ibi Cyn. Si propter turpitudinem:
aut eſt datum ab ignorante factum prohibitum , & repetitur ,
non autem perditur dos:aut a ſciente factum,& ius, & non repe
titur,de inceſt.nup.lege,qui contra:aut a ſciẽte factum,& igno
rante ius naturale,& non repetitur,vt lege,venia, de in ius voc.
Et hoc,ſi eſt datum pro matrimonio contracto de facto: ſed ſi
pro matrimonio contrahendo,repetitur, vt lege, auunculo.ff.
de condictione ſine cauſa.aut dubitatur; & tunc error facti præ
ſumitur.Adde quod not. infra , de rogu. iur. lege, nihil conſen-
9 ſui.§.fin. † vbi nimia perſonarum proximitas ſcientiæ præſum-
10 ptionem inducit,vt lege,Octaui.ff.vnde cog. † Error vero iuris
naturalis non præſumitur, nec error iuris ciuilis : tamen hoc de
errore iuris ciuilis fallit , ſi contra probetur ex perſpicuis indi-
ciis,vt C.de his qui ſibi aſcrip.lege, Senatus. Item fallit in mu-
b lieribus,b vt lege,ſi adulterium cum inceſtu.§ primo.ff de adul
ter.Sed quare minus punitur dans pro matrimonio contrahen
11 do,quam pro contracto? † Reſpondeo , quia in matrimonio
contrahendo non fuit turpitudo conſummata, & pœna quæ
imponitur ipſo facto per legem, requirit turpitudinem cõſum-
matam.non inchoatam.vt lege prima.§.hæc verba,quod quiſ-
que iur.& facit quod not.in cap propter,extra,de elect.libr.6 in
nouella.vbi nota quod licet ſententia hominis non ſemper re-
quiritur factum conſummatum : tamen ſententia legis ſem-
c per requirit factum conſummatum, c quod eſt not.facit extra,
de donat.inter virum & vxorem, capitulo ſecundo, & capitulo
prudentiam . Si vero loquimur de donatio. inter has perſonas ,
tunc ſi turpitudo fuit immediata cauſa,non repetuntur, lege fi-
nali.de actio.& oblig.ſi ſeparatur matrimonium , tunc ſic . &
prędicta vera de matrimonio perfecto;ſed de imperfecto dic,vt
ſupra,de condicti.ob cauſam l.quod ſeruus, & l.cum quis,& fa
cit infr.de his quibus vt indignis l.Claudius. Bal.

ADDITIONES.

a An B Nomine.Facit, quia ex malo noīe ſępe oritur ſiniſtra ſuſpitio,vt di
cunt Doct.in proœ. decre.in ver Gregorius Epiſcopus,allegantes,q habe
tur ibi in tex & gl.in l.facta.§.ſi in danda,ff.ad Treb.& in ſimil gl. in c.
licet,de elec.& refert Io.An.in c grauis,de depoſi. vxorẽ ſuã d.Milanciam
ſolere dicere q ĕt ſi nomina deberent emi magno precio, q deberet emi
pulchrum nomen ſilio.Car.Flo.in c.2.de præben.Et hinc eſt q Accurſius
gloſſator in d.§.ſi in danda,multum gloriatur de nomine ſuo. Imo plus
dicit Io.And.in c.grauis,& ibi Card.& Imo.in 1.col. per illũ tex in ver.
rediam,quod præcauere dẽt quis,ne in aliquo confidat, qui habeat turpe
nomen;& ſic ſi cognito nomine depoſuerit res ſuas.& eas perdiderit, ſi-
bi imputet,quia fuit in negligentia,& late d.Maria Senen. in c.cum dile-
cta,extra,de excel. prælat. adde quod inquit Plutarchus de liberis educan-
dis,procurare debent patres,vt filij bonis nominibus nuncupentur.
b Mulieribus.Vide Rom.in conſ.506.
c Conſummatum.Adde quod idem dicit Bal.in conſ.258.

§.Quemadmodum. Iſta dictio Quemadmo-
dum , ponitur interdum
ſimilitudinarie,vt lege,cum oportet, in princip. C. de bon. quæ
liber.Interdum exemplificatiue, vt lege, ſed & ſi lege. §. prim.
ff.de petitio.hære.i Interdum modificatiuè,argumen.legis,edi-
ta,C.de edẽ.Interdum interrogatiuè,vt quemadmod.teſta.ape-
ri.Interdum deſcriptiuè.ſi ſermo in alium non dirigitur,vt hic.
& facit ad no.per Cyn.C.de contrahen.& commit.ſtipula.ſecũ-
dum reſponſum. Bal.

LEX PRIMA.

1 *Priuilegia dotium in iteris concernentia multa ſunt.*
2 *Prædium dotale non ſubiacet pignori prætorio,nec conuentionali.*
3 *Priuilegia perſonalia non transmittuntur ad filios , ſaltem ſi filij ſint cauſa priuilegij.*
4 *Pro dotibus in dubio præſumitur.*
5 *Ordo temporis qualiter conſideretur,*
6 *Priuilegium quo præſumitur prioritas tranſit ad heredes .*
7 *Cauſa propriè non dicitur niſi lite conteſtata.*
8 *Cauſa dicitur ſumma uaria , vel ordinaria,quatuor modis , & cauſa dotis eſt ſummaria.*
9 *Appellari poteſt a ſententia lata ſuper dote.*
10 *Actio dotis eſt directa,& contraria.*
11 *Contractus dotis eſt de iure gentium.*
12 *Mutuum dicitur eſſe triplex.*
13 *Pater naturalis non tenetur dotare filium.*
14 *Frater an teneatur dotare ſororem,remiſſiue.*
15 *Filius an teneatur dotare matrem,remiſſiue.*
16 *Res mobilis data in dotem durante matrimonio poteſt alienari,ſed reuocatur,ſol.matr.*
17 *Intereſſe eſt duplex publicum,& priuatum.*
18 *Vtilitas Reipublicæ ſubtilitati diſputandi debet præferri.*
19 *Scholares non inuenientes domos poſſunt cogere dominos ad locandũ ipſis.*
20 *Mulier etiam ſterilis, gaudet priuilegijs dotalibus.*
21 *Ceſſatio rationis quando faciat legem ceſſare.*
22 *Legitimi ſoli præclaram,& famoſam faciunt ciuitatem.*
23 *Cauſa dotis,& ſtudiorum æquiparantur .*
24 *Filius confert libros ſibi donatos a patre,ſicut filia confert dotem.*
25 *Actus qui dependet a neceſſitate iuris,non regulatur ſecundum voluntatẽ hominis,ſed ſecundum arbitrium.*
26 *Iudex patre abſente filiam poteſt dotare de bonis patris.*
27 *Bona futura in tacita hypotheca non veniunt.*
28 *Dictiones ſemper,& vbique,quid importent .*

1 DOtis cauſa. † No.circa hanc materiam,
quod plura reperiuntur pri-
uilegia circa materiam dotium . Primum eſt
confirmandæ promiſſionis,vt lege,aiia, & le-
ge,legitima,de pactis.Secundum tacitæ pactio
nis hypothecæ,vt §.& vt plenius,in lege,vnica.
C.de rei vxo.actio. Tertium prælationis in per-
ſonali,& hypothecaria,vt lege, aſſiduis,C.qui potio.in pign.ha
ben.Quartum prohibitæ rei dotalis alienationis,lege,ſi prædiũ,
C.de iure dotium.Quintum præſumendæ cauſæ informis ſtipu
lationis,vt lege,quod autem,de iure do. Sed illud quando pro-
miſſio eſt facta ſub commemoratione matrimonij : vt ſi in-
ſtrumentum dicat, Talis intendens nubere Titio,promiſit ei.x.
Rizardus,& Cyn.Sextum ſubaudiendæ perſonæ imperſonalis
ſtipulationis,inf.eodem.poſt dotem.ſed illud eſt,quando dubia
diſpoſitio hominis aſſumit ſibi intellectum diſpoſitionis lega-
lis,de dam.infect.damni quod in ſtipulatione,& l.ſi vno.§.ſimil.
loca cum ſimil. Septimum per liberam perſonam acquirendæ
obl.inf.eodem. Gaius. Octauum permittendæ minori rei alie-
nationi,de iure dotium, Titia,& hypothecæ,lege,item quia,de
pactis,& no.in lege ſi.de leg. tut.Sed iſtud eſt ideo,quia talis ob-
ligatio iu. eſt & de iur. & ideo non eſt neceſſaria iudicis confir-
matio,vel decretum. Nonum domini recta via recuperationis,
lege.in rebus,de iure dot.Decimum ante tempus petitionis, in-
fra eodem,lege,ſi conſtante, in princ. & §. quoties . Vndeci-
mum permiſſio inter patrem & filium a l.donationis.l.Pompo.
Philadelphus, famil.ercii. Duodecimum inſtantiæ abbreuian-
dæ , vt hic , & de iudic. l. nonnunquam . Tertiumdecimum
pluralitas iudicũ , quia dos poteſt peti in foro ſeculari , & eccle-
a ſiaſtico,a vt in d.c.de prudentia,de dona.inter virum & vxorem.
Quartumdecimum : quia inter patrem,& filium pro dote con-
ſilij iudicium,de ritu nup.l qui liberos . Quintumdecimum :
quia vxor & maritus in eodem inſtrũo poſſunt ſe pro dote filiæ
obligare,licet alias vxor ad commodum viri in eodem inſtrũo cũ
viro ſe obligare non valeat,l pñ,de euic.& in auth. vt nulli iudi.
per Iac.de Bel.in §.illud. Decimumſextum: quia error dotantis
non officit doti,de condi.inde.l.cum his,§.ſi mulier. Decimum
ſeptimum quia incertitudo non vitiat contractum dotis,vt l. cũ
poſt.§.gener.ff de iure do. Decimumoctauum :quia non poteſt
mulier ſuis dotibus renunciare,C.ad Velle.auth.ſiue a me . nec
recipere dotem conſtante matrimonio niſi ex cauſa,vt inf.eo.l.
b quamuis,& de iure do. l.manus.& l.ſin. cum ſi † Item prędium
dotale non ſubiacet pignori prætorio,ſicut nec conuẽtionali,de
bo.dĩ.quinque legib.& nullus iudex põt facto viri derogare do-
tibus,vt ext.de pig c.ex literis.Item in dote non dat fideiuſſor ni
ſi rõne ſuſpitionis,ut ext.de do.inter vi.& vxo.c.per veſtras. & ſi
maritus eſt prodigus, non dʒ ei ſubuenire cũ diminutio. dotis ,
de conſue.c.ex parte.& qui fideiuſſit pro dote,interdum non re
petit,vt l.creditor §.j.ſup.man.Adde tria ſpecialia in dote.Primo
q recedit à perſona.C.de dotis promiſ.l.j. Secũdo qa confeſſio
de receptio eo qđ nõ eſt receptum, obligat tacite ad numerãdũ,
de dotis promiſ l.ſi volũtate.in notat.C.de dotis promiſ.l.ad ex
actione.Tertiũ eſt in auth.res quæ,C.cõia de leg. An ſpõſa liceat
realia priuilegia,gl.q nõ,in l.eos.qui po.in pig ha.ſecũ no.hic,
&

ADDITIO.

a Ad.Barb.Et eccleſiaſtico.Sed nunquid principaliter deduci poſſit in foro
eccleſiaſtico?dic q ſic,& eſt cõis opi.vt Bal.quẽ ſequitur Imo.& Paul. de
Ca.& adde Rom.in l.Titia,in 3.col.inf eo.& Inn.Hoſt.Io.An.& Abb. in
d.c.de prudentia,all.in tex.& Card.in c.ex literis,in 5.q.op.de pig.& ibi Im.
in 6.no.& Sp.in tit.de do inter vi.§ formatur,ver.verum eã dotis,& Pet.
de Anch.in cõſ.2.inci pro ſolutione.ad ſi.licet gl.in d.c.de prudentia,& ibi
d.Ant.& d.Ant.in c.litem,de for comp.& gl.in c.ea tenore,eo.tit.& Ange.
hic,& idẽ Bal.in l.in contractib.§.ſi.C.de non num pec. contrariũ dicit
d.Ale.de Imo.vero hic in 3.col ver.contrariũ,vltra multa alia allegata ad hoc
pro & cõtra dicit putare,quod opi.Bal.in d.l.in cõtractibus,procederet in
terris Imperij,ſed in terris eccleſiæ indiſtincte poſſe tractari corã eccleſiaſtico
ĩ iſs principaliter moueſ,rõne qua ibi.vide opi.Ang.tenet Fed.in cõſ.236.

& de priui.credi.l. s.& de iure do.l.ſi ſponſis, & ar. de bo. q lib.
l.non ſine. Et no. ex prædictis priuilegijs quędam ad hędes tran
ſire, quia reſident in cā, & ipſi cauſæ radicata, & infixa ſunt. quę
dam cohærent perſonæ, & oſſibus mulieris, & iſta nō tranſmit-
tuntur, & ſunt tria priuilegia, prælationis in perſonali. priuile-
gium prælationis in hypotheca J. eod.l.ēt, & l. aſſiduis, & eſt rō,
quia iſta prælatio lædit ius tertij, & ideo æquū eſt eam reſtringi
ad ſolam perſonam mulieris, ſupple, & patris, vbi actio eſt
cōis, vt inſti.de act. §.fuerat. Item ſupple, & filiorū eiuſdem ma-
trimonij, vt d.l.aſſiduis, & ar. J.de excu.tu.l.amiciſſimos, §. Lu-
cius. Eſt tertiū priuilegium phibitæ alienationis. & iſtud etiam
ad filios non tranſmittitur: ſed filius poteſt alienare, & repudia-
re dotem maternam, vt in auth. vt immobilia ante nup. §.ſi.& fa
cit J.de mili.teſta.l. dotale. Priuilegia autem quæ reſpiciunt eſ-
ſentialitatem, tranſeunt ad hæredem extraneum. Sed priuilegia
ordinis de futuro non tranſeunt ad hæredem extraneum. Et eſt
rō, quia ceſſante cā non ceſſat effectus per cauſam plenarie ac-
quiſitus, ſed acquirendus C.de inſti.& ſubſti.l. ante pe. qn di.leg.
3 ce l.cum vxori.de capi.di.l.tutelas, & l.fi. de diuor.† Et no. quod
a priuilegia perſonalia non tranſmittuntur ad filios, a niſi qn filij
ſunt cā priui.le.de priui cre.l.dabimus, de ritu nu.l. non ſolū §. ſi
puellæ, & d.l.aſſiduis, & l.1. de priui.do. Din.dicit φ priuilegium
4 dotis eſt ēt, † qa in dubio præſumitur pro dotibus. b exemplum ſi
b eadem die apparet inſtrm mutui cum obligatione bonorum
omnium, & ēt inſtrm dotis præſumit, quod ipſum dotis inſtrm
pceſſerit, vt l.in ambiguis ſ.de reg.iur.ſm Din. ſecus in alijs ca-
5 ſis, & l.ſi fundus § ſi duo, de pign. † Circa ordinem tpis dic aut
actus ſe hēt ad prohibitum, & permiſſum: in dubio præſumit, φ
tpe permiſſo fuerit celebratus, vt C.de peti.hære.l.poſt moram,
& ibi no. Aut hēt ſe totaliter ad permiſſum, & tūc refert aut or
do tpis eſt de ſubſtantia litis motæ, & fundat originē petitionis
oblatæ & dēt pbari, vt l.cū actio, de neg. geſt & de pba. matrē
mā. & in c.litteras, de reſcrip.in Cle. aut p talē ordinē non cōce-
dat pōās agendi ſed exercitium ptātis alias conceſſę, & tunc aut
vna cā eſt priuilegiata, alia non. & pſumit p priuilegiata, vt hic.
c aut cāæ ſunt pares; & tunc pariter eſt fauendū, c vs d. §.ſi duo. Et
adde φ vbi ſunt duo actus, quorum vnus hēt ſe ad alterū, vt ha-
bitus, alter, vt priuatio, ſp pręſumitur habitus præceſſiſſe, C. de
codicil.l.cū pponas, per Io. And.in c cum ſint partiū, de reg.iur.
lib 6.in nouel. Ad vltimū exemplū Di.vide exēplū gl.in l.Clau-
dius Fęlix, ſ qui po in pig habe. Itē v de aliud exēplum Di J.de
leg. 3.l.vxorem § feliciſſimos, ſm Di. Circa priuilegium præſu
6 mendi prioritatem.† Quæro vtrum tranſeat ad hæredem? dicit
d Bar φ ſic, qa dat doti, qa tex.dicit in ambiguis pro dotibus & c.d
ſm Bar.ex perſona hędis nā obligationis non mutaī l.1. de ver.
obl qa in ipſo natiuitatis principio conſumit ſuum effectū, arg.
C.de teſti.mili.l.ſi cū militantibus, & l.qui a pāe, & C. de impo.
7 lucra.deſc.l.1.lib. 10.† in glo.ibi, cā cauſata.no.quia cā e exponi-
e tur multis modis, & eſt ar. φ procurator conſtitutus ad cās pōt
libellum proponere, & litem conteſtari, q̄q̄ ſtricto vocabulo cā
non dicatur, niſi prius lit.conte.quia exponit cā. i.actio, & no. φ
duplex eſt cā. ſ.cā cauſans, & cā cauſata. Et facit ad qōnem, dicit
ſtatutum φ omnes venditiones factæ ab vno mēſe citra, ſint ip
ſo iure nullæ modo quidam vendidit, & tradidit. quærit vtrū
iſtud ſtatutum valeat tollere dominiū, & vr φ ſic, quia ſublata
cā tollitur effectus, vt in pacto l cōmiſſoriæ, & addic. in diem vt
no.in l.1.in glo.magna ff.de do. In ɔtrium vr: quia immediata cā
tranſlationis dominij eſt conſenſus. vñ licet tollatur cā media i.
titulus: ſi ex quo cauſa imediata remanet, ſufficit poſſeſſori, vt
ff.de condi.cauſa data l.3 § ſubtilius, de cond. ob tur cau.l.ſi ob
turpē.tenuit. do. Machagnanus, ɔquē eſt totum illud argm̄ de
antecedenti deſtructo, vt l.eum qui, de publi. ſed reſponde φ hic
non tollitur antecedens proximum, & immediatum, quod eſt
magis conſiderandum q remotū, vt J re amo.l. ſi mulier. & ſic
l.interdum diſponit de cā, interdum de effectu. & diſponendo
de cā vr diſponere de effectu inſeparabili, & immediato, non de
effectu mediatu ſm Macha In ead. gloſ ibi, conditio.i.nā, vt l.
ſi vnus, §.pactus, ver.quod in ipē dotis, ſup. de pac. Ius, & priui-
legiū in cā poſitum eſt.de priui.credi.l. priuilegia. ad l. Aquil.ſi
8 ex plagijs §. in cliuio. vis niſi a rei perfectæ appellatur nā. † In
ea.gl.ibi, inſtantia, quærit hic. an cā dotis ſit ſummaria? & vr φ
ſic, quia ſummarie proceditur ſicut in cā alimentorum, ar. hu-
ius gl. Tu dic φ cauſa dr ſummaria, vel ordinaria quatuor mo-
dis. Primo quo ad ſubſtantialia iudicij & tunc aut cā dotis inci-
dit in cā matrimoniali, & eſt ſummaria, de iud.c.diſpendioſam,
in Cle.de do intes vir.& vxo de prudentia. aut mouetur princi-
f paliter, & tunc requiritur li.conteſt. & ordo iudiciarius f J. eo.ſi
cum dotem, §.eo autem tpe Secundo modo dr cauſa ſumma-
ria quo ad probationem, quia in ſummarijs ſufficiunt ſumma-
riæ probationes, vt J.ad Carb.l.3. § duæ cauſæ. ad exhi. theſau-
rus, & iſto modo cā dotis non eſt ſummaria, imo requirit claras
probationes C. de rei vendi.doce ancillā, C. de ſenten. quæ ſine
g certa quantitate l.fi. g in auth. de æqualitate dotis, §. illud. Ter-
tio modo dr ſummaria quo ad dilationes, & tunc ſunt ampu-
tandę, vt hic.i.iudex dēt reſęcare inſtantiam. tñ non ducat mi-
nori tpe legali: quia hoc non eſſet fauor, ſed odium, ſi inſtantia
minori tpe finiretur, & quia illud minus tpis in dote non reperi
tur aliqua lege taxatum, ſm Din.Iac.& Ray Quarto modo quo
ad ferias. & dicunt quidam φ cauſa dotis pōt agitari tpe feriato,
quia reſpicit pietatem. & ſi vxor petit alimenta dotis dicit Spe.
9 quod non ſunt ſerię, in Spec.de ferijs. §. ſequitur † Sed an po-
teſt appellari a ſnīa lata ſuper dote? dic quod ſic, vt d.l.fin. C. de
ſen.quę ſine certa quant. Sed an tenet incerta ſnīa ſuper dote?
ibi dr quod non, arg. ɔ l.cum poſſ.§ gener. ſ de iur do. ſed ibi in
dote conſtituenda, hic in reſtituenda, ar inſti de act. §. curare &
de verb.obl.inuicem. Item ibi in ɔctu, qui debet certificari per
ſnīam, & ſnīa debet eſſe ex ſe certa. Barto.dicit quod valet incer
ta ſnīa, quia actio vniuerſalis dot. & allegat quod dr de impen-
ſis, quod non eſt verum, niſi vniuerſitas ſit in dote, vt peculiū,
vel hæreditas fatuum n. eſt dicere vt ſix petuntur nomine do-
tis, quod ſit vniuerſalis petitio ſnīa. q̄ certos, & ſpecificatos habet
10 fines: quod tene menti. † Quæro an actio dotis ſit directa, & cō
11 traria? dic, vt J.de impenſ l. omnino. † Quæro vtrum ɔctus do-
tis ſit de iure gen. & vr, φ ſic, de cap.dimi.l.eas dic. vt not.ſup.de
iuſti.& iur.l.ius ciuile. Sed ſi eſt de iure gen. quęro an ſit con-
h tractus nominatus? h reſpondeo, non olim. & ideo [illegible] non na
ſcebatur niſi actio præſcriptis verbis, vt l.auia, C.de iure dot. &
l.unica. §.accedit. C.de rei uxo.act. hodie ſic, quia fingitur ſtipu-
latio. d.l.unica, in prin. uel dic quo ad extraneum non eſt cōtra-
ctus nominatus, & de iur gent. Sed quo ad mulierem ſic. ut d.l.
12 cas. † Et vr quod ſicut triplex eſt mutuum, ut l.2.§ ſi.ſ ſi cer.pet.
ita triplex ſit dos. ſ.naturalis, ciuilis ſola abſ iſa ſacta abſ naturali-
tate, & ēt cui ius cui natura cooperatur l.cum enim & de noua.
ſed de æquitate canonica non uidetur φ ſit reperire dotem fi
ctam ex confeſſione, ut no. in c.locuples, de reg iur.lib.6 p Din.
13 In gl.omni tpe ibi patris.i.legitimi † ſed an pater naturalis te-
neatur dotare filiam? dic φ non, ut l.uxorem § pr. de lega.3. &
ibi not. Sed ſi nupſit filia legitima, & nālis ſine dote an poſſit
i petere qd pater dotet eam? dic quod ſic, i de actio. & obl. l.obli-
gamur. §.1.ubi de hoc, niſi indigne nubendo patrem offenderit,
14 ut l.4. §.ſi emancipati, de ɔiab. † Sed an frater teneatur dotare
k ſororem? k dic ut in l.cū in plures. §.in primis, de admi.tut. C.e.
l l.non ol. & per Gui.in prin.ſſorum. Sed an patruus neptē. l dic
15 ut l.& nihil, de in reo i uerſo.nec eſt alibi. † Sed an filius matrē?
dic ut no.Gui.C.de pręſcrip.lon.temp. l.4. & C. de inoffic do-
na.l.1. ¶, Quid de auo paterno? dic, ut l. dedit, de col. bono.
16 In ea gl. ibi, alienari. † Quæro quid de re mobili data in dotē,
an poteſt alienari? gl.dicit quod ſic, inſti.quibus ali.licet. Contra
riū vr no.hic. & in l.libertas, de reg iur. & l. vnica §. & cū lex, C.
de rei vxo act. So.interim valet alienatio, ſed reuocatur ſol mat.
ar. auth res quæ, C.cōia de leg. ſm Iac.de Ra fallit in libertate, q̄
non reuocatur, C.de iure do l & ſi do. Item fallit, ſi mulier cō-
ſenſit alienationibus, & vir poſſidet idoneam ſubſtantiam, quia
tunc

ADDITIONES.

a Ad filios. Vide tu ad hoc d.Soc.plene, & no.in cōſ.59 inci.viſis priuilegijs
ver. 2.hæc concluſio, cum ver.ſeq. in j p.ch. 102.
b Pro dotibus. Quid autem in teſtibus, vide Ro.in conſ.159.
c Fauendum. Adde quod voluit idem Bal.in conſ. 243.3. lib.& quod voluit
Are.in conſ. 144.& quod late per d.Iaſ Mai.hic.
d Pro dotibus & c. Adde idem tenentem do.Soc.in conſ.244.inci.viſo teſta-
mento, ver. ratio eſt, circa fi.in 2 p.ch. 216.
a Cauſa. Adde Fel.in c.cum dilecti, in 6.ia col.ver.in gl in ver.eſſe ca.& in
c.ſuper quęſtionem, de off. deleg & quod ibi in apoſt. habetur, & Ro.in
conſ 412.& an deſinat eſſe eandem perpetuationem iudicis, vel uſſen
tur, vide eundem in conſ. 378.
f Iudiciarius. Adde tex.ſormalē in l.3.in verbo more iudiciario, & ibi Bal.
C.de do.promiſ.& firmat Bar.in l.ſi conſtāte, in 6 q.3 par.is, & Ang.hic,
& Fulg.in ſuo conſ. 115.in fi.
g L.fi. Et ibi vide ad hoc etiam Bal & Sal.& adde Imo.in l 2.de rei iud.
h Nominatus. Sed quia ex quo cōtractus dotis eſt cōtractus, qui ſe perfici-
tur, ſi nō incipiat a traditione, ſed a pmiſſione, an iſta promiſſio dicatur
contractus, & ſit cōtractus nominatus, & filia tūc dicatur dotata? dic φ
nō eſt cōtractus nec nominatus, nec dr filia dotata, niſi quando dos tra
ditur ſecundum d.Soc.in cōſ 107.inci.in cauſa d. Annæ, ver.ſed ad hoc
rñ.ſer patronus, in 2.p.ch 81.& in conſ.70.inc incip.in præſenti conſul
tatione, ver.confirmantur præmiſſa, per tex.ca p.ch.47.
i Quod ſic. Adde d. Iaſ in auth.res quæ, C.cōmunia de le & Fran.Are.hic,
qui plene inſiſtit, & Lau.de Fa in §.cæterū, in 34.col poſt. de legi ag.ſuc
ceſ.& do. Alex.de Imo. in cōſ.32. 4 p.& Pau.de Cail in conſ. 106.& in
conſ.131.& do.Soc.in conſ 9 inci.proſequendo ordinem, ver. vlterius
etiam hoc probatur, circa fi 8 col.in j.p.ch 11.& limita verum, niſi ele
gerit maritum moribus ſuis indignum, vt per gl quam ſequitur ibi Ar-
chi.in c.de raptoribus 36 q.6.de quo vide Pau.diſtinguentem in c j.de
deſpon impub. Item limita φ licet verum φ pater teneatur totiens, &
quotiens dotare filiam: tñ ſi ſemel fuit dotata, & eā conſumpſit nō te
neretur amplius dotare. ſi ſua culpa conſumpſit, vt per d. Soc.in cōſ.75.in
ci.circa præſentem conſultationem, ver. j.quia vltra, circa prin in j p.ch.
129 Et ad pdicta adde quæ per Fel. habentur in c.quæ in eccl.in 34. col.
ſtatim poſt me.de conſti.& in c.eccl.in 16.col.ia fi.ver. primus eſt, eo.tit.
K Sororem. Adde Franc. Por.in trac.de duo.fra.4.p.1.q.& Abb.in conſ.32.
vbi etiam an pater teneatur dotare filiam, vt ſup.
l Neptem. Adde Rom.in conſ.483.

tunc non reuocatur. Sed petitur æſtimatio, vt in auth. immobilis ante nup. §. fi. & ibi no. & C. ad Velleia. auth. ſiue a me. ¶ Cõclude aut loquimur de alienatione reuocabili, & valet: aut irreuocabili, & tunc aut vir laborat inopia, & non valet: aut poſſidet idoneam ſubſtantiam, & tunc aut non eſt ſeruata forma alien. ſiue a me, & non valet, aut eſt ſeruata illa forma, & valet, & hoc vbi eſt ſpecies in dotem, ſed vbi eſt genus, indiſtincte valet alienatio, de iure dotium l. res in dotem, & adde de pign. l. cũ tabernam. & l. vbi adhuc. per Iac. C. de iure dot. & adde qđ not. infr. e. l. ſi extimat. fundus vero dotalis ẽt interim alienari nõ poteſt cattaneo nec permutari inter vir. & vxo. vt l. ita conſtante, de iur. do. fallit, ſi conditio mulieris fiat melior, vt l. fin. de iure do. & ar. l. ſi conuenerit. ſi pro ſocio. Itẽ fallit in caſibus, in quib. poteſt dos reddi conſtante matrimonio: & tunc iſta erit forma, quod vxor alienet conſentiente viro. nam tunc fingitur res primo reſtituta mulieri, & ſic deſinit eſſe dotalis. Econtra autem vir conſentiente vxore non poſſet alienare. C. de iure dotium. l. ſi prædium, & d. l. ſi ſecundum Iac. & Cy. In ea. gl. ibi, maritus. iõ maritus non eſt carcerandus, quia nec ad vnguem excutiendus, & nemo cruciatur nec carceratur niſi propter inopiam, qñ realiter non poſſet ſoluere, vt no. in l. 2. §. tutores. ſ. de ſuſpec. tut. niſi maritus eſſet in dolo. vt l. ſin. §. fin. quę in frau. cre. & adde quod no. in l. Titius, de procu. & de mil. teſt. l. denique. § ſed virum. qñ inopia eſt priuilegiata, & parit exce. merito qui non carceratur, quia tutus exceptione paupertatis. In gloſ. ibi, § gener, vide. C. de epiſc. & cler. l. priuilegia, per Cy. ſ. de verb. obli. l. triticum, per Din. C. de ẽhen. & cõmit. ſtip. l. 1. per Cyn. de lega. 3. Stichus,

17 & adde quod no. in l. 1. de do. promi. † In gl. & pro etiam. dic intereſſe eſt duplex publicum, & priuatũ, publicũ eſt multiplex: quoddam conſiſtit in officiorũ titulo: quoddã in ſacerdotiũ ſuffragio: quoddam in veneratione ſanctorũ: quoddã in numero: quoddam in burſali cõmodo: quoddã in punitione criminũ, & illud ius publicũ ſupponitur politicæ, de iuſtitia. & iure. l. 1 §. ius publicũ, & de cond. & dem. l. hoc modo. & C. de iure Reip. l. 1. & ſ. ad l. Aquil. l. ita vulneratus de publ. licitatio. §. quod licite.

18 infr. de iniur. l. quod rei publicæ. † vtilitas Reipublicæ ſubtilitari diſputandi debet præferri, vt d. l. ita vulneratus, & eſt verbum bene ponderandum ad multa Intereſſe priuatũ eſt duplex. ſ. vtilitatis, & affectionis. intereſſe affectus eſt duplex. ſ. cognationis ſpecialis, vt l. cũ ſeruus. cognationis generalis, vt l. ſeruus ea. & l. vt vim, & rei, in qua cadit affectio, vt l. ſi in emp. & l. obligatione generali. ſup. de pig. eſt & quartum. ſ. pœnæ non irrogatę indignationis, quod ſolã duritiã cõtinet, & non conſiderat, niſi vbi intercesserit ſtupro, vel damnũ, vt l. ſeruus ea. & l. ſerui. § ſi. de ſeruis expor. & no. quod intereſſe inæſtimabile ſm probabile attenditur interdum ad confirmandum petitionem. l. cũ ſeruus mãdati, ſed nõ ad moderandũ cõdẽnationẽ, de iniu. l. iniuriatũ æſtimatio, & l. pe. de cõſti. pec. adde qñq; ſub publico intereſſe includit priuatũ, quia publicũ infert in priuato, de offi. pro. l. Barbarius, & l. tale intereſſe priuatę cauſæ pfertur, vt ibi, qñq; non includitur priuatum. tunc aut tale intereſſe procedit ex fauore, & præfert priuato, vt no. in l. 1. C. de iure fiſci, lib. 10. aut prouenit ex odio tũc priuatũ pręfertur publico. extra. de pig. c. ea literis. & C. de pe. fil. l. 1. Econtra ſub priuato interdũ includitur publicum, & tunc aut includit per cãm proximã, & pfert publico l. quiq; legib. ſ. de bo. dã. aut per cauſam multum remotã, & pręfertur publicũ. l. vtilitas, C. de cadu. toll. l. 1. in fi. vbi eſt ratio, quia publicum intereſſe non erat cauſatum rõnabili titulo, Intereſſe priuatũ ſupponitur ęconomicæ, Bal. poſt Cyn. Not. quod ſicut publica vtilitas præfert priuatæ, ita vox publica præfertur priuatę, vt no. ſ. de here. inſti. l. teſtõ dñi, & ideo plus valet vox decurionũ quam vox mediæ partis omnium ciuiũ ẽt ſi eſſent decẽ millia Item

a in qõne de fabro e poſt Di. & Cy. vide in Spec. de ferijs, §. ſeq-

19 tur, vbi no. quod in iſta cauſa nõ ſunt feriæ, quod eſt notabile. † Itẽ adde ſi ſcholares nõ inueniunt domos, põt cogi dñs ad locandũ eis, vt not. Gul. C. de epiſ. & cler. l. decernimus, & d. l. 1. de ſtudijs lib. vrbis Romæ, & idẽ in religioſis non habentibus loca cõde-

b centia ſm Gul. Itẽ in qõne de teſte b poſt Di. & Cy. dicunt qꝛ aut loquimus de proba. aut de reproba. primo caſu, & ſecundo conſidera, quod verbũ viſus põt intelligi de viſione ſenſitiua, & intellectiua. & niata. th quia nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu, dẽt ergo per prius intelligi de viſione occulta, & p poſterius intellectuali, & abſtracta viſione, & ideo teſtis munitus ſenſu, & intellectu non dr̃ falſum deponere: immo probat, ſi de certo ipe deponit. nã dictio Semper debet modificari. & gratio

c ſalis temperari, c vt hic, & de manumiſ. teſta. Mæuia, & no. in authen. de iudici. §. ſed ebũt, & ar. de ſeruitu ſicut, & facit qđ not. p Di. in c. ſine poſſeſſione. & p Cy. de ſeruis fugi. l. 1. in fin. & per Rofre. in titu. de cõfeſ. & l. 1. de itine. actuq; priua. per gloſ. & Di. & l. ſtipu. iſta. §. hi quoq;, de verb. obli. facit ẽt de ſerui. vrb. pdi. l.

20 eum debere, & de verb. obli. l. ſi ſtipulatus ſim Damam. † Item in qõne de muliere ſterili dicit Old quod hẽt priuilegia: quia remota cauſa poſſeſſioni, ſicut eſt cauſa liberorum, non ſequitur remotio prioris cauſę. i. ipſius mulieris, quæ eſt prima cauſa, & radix priuilegij ſm Old. alleg. l. aſſiduis, C. qui potio. in pig. hab. quæ loquitr̃ in ea, quæ non peperit, licet non exprimat de ſterili. facit l. vlt. C. de inſir. pœnis cęli. quæ eſt in pe. rubrica finis 8. libri. & C. de nup. l. fin. † Item an ceſſatio rõnis faciat ceſſare l. dicas

21 aut eſt rõ impulſiua, & non facit ceſſare, d vt l. j. §. j. de poſtul.

d aut eſt ratio finalis, & tunc aut ceſſat aliqua rõ. ſed non omnis rõ, & non ceſſat lex l. ſi. ſecundo reſponſo, de hæred. inſti. & nos in l. liberorum, § fin. de inſa. Ray aut ceſſat omnis rõ, & tunc refert, aut ceſſat omnis ratio cõtenta in eadem l. & deſcripta in verbis eiuſdem, & tũc ceſſat l. quia talis ratio eſt vera mens leg. & cohæret legi, de condi. & demon. cum tale, §. pe. & no. per Dyn. in c. fi. de reg. iur. lib. 6. facit quod no. Cy. C. de inceſt. nup. l. cum ancillis. aut ratio non inſcribitur eidem legi, ſed venit interpretatiue per aliam l. tunc refert, aut talis rõ eſt probabilis, non neceſſaria, & non ceſſat lex, vt l. proſpexit qui & a quibus: aut eſt probabilis neceſſaria: & tunc aut ſi non ceſſaret l. perpetua. & inemendabilis, & ſequeretur abſurditas, aut ipalis incommoditas primo caſu ceſſat lex, de admin. tu ita auth. de pact. quod dictũ, de fonte l. j. §. hoc interdictum. quod iſta rõ nõ ſit mens, & aĩa legis, eſt tex. de excuſ. tut. l. ſcire oportet §. & ſi maxime, ibi mens, & rõ l. latoris, &c. qui tex. eſt melior ad hoc probandum, qui ſit in corpore iur. ſecundo caſu non receditur a l. pp minimam incongruitatem l. proſpexit. vnde Iac. de Are. & Cy. qui dicunt quod illa lex caret ſpiritu. non loquunt̃ bene, quia diſſonant legi. Adde quod illa cauſa præſumitur finalis, quæ per ſe infert in quolibet effectu concluſo ſub diſpoſitione: alias præſumit̃ impulſi-

22 ua, vt no. in c. ſtatutum, de hære. lib. 6. † No. quod præclaram, & famoſam ciuitatem ſoli legitimi faciũt, tex. eſt in auth. de nup. j. reſponſo. vbi dr̃, quod honeſta immortalitas non põt humano generi niſi per nu p. prouenire. nam baſtardi non perpetuant memoriam parentum, imo nimius increbatur pura caſtitas quam coniugium. ſed hodie eſt correctum per l. j. C. de infir. pęnis cælibatus. Item in quæſtione an ſi mulier producit inſtrũm dotis

e confeſſatæ, e nec apparet de vera numeratione, pręferat̃ alijs creditoribus, dicit glo. quod nõ, in l. aſſiduis, C. qui potio. in pig. ha. facit quod no. Cy. C. de do. ante nup. auth. ſed iam neceſſe, & idẽ tenuit diſputando do Mach. quod verum credo, niſi alius creditor ẽt nitat̃ ſola confeſſione. nam carens paribus pro dotibus iu

23 dicandum eſt. vt l. in ambiguis. Bal. † Quia gl. æquiparat cãm ſtudiorum doti, collige duo argumenta. Primum qđ valet dona

f tio inter patrem, & filiũ in pt̃ate cã ſtudiorũ, f arg. l. Pomponius Philadelphus ſicut in dote Secundo collige, quod ſi eadẽ die promiſſum eſt ſalarium doctori, õctumq; eſt aliud debitum, quod doctor dj præferri in ſuo ſalario, ſicut mulier in ſua dote, & adde quod no. in l. ſi. ſup. de in integ. reſti. Item collige quod debitũ ex cauſa ſtudij, & cauſa dotis concurrunt; quod eſt notabile ſm

24 Bar. † Item eſt ar. quod filius confert libros ſibi donatos a patre, ſicut filia confert dotẽ: ſed hoc diſtingue. aut pr̃ pauper filio docenti, vel ſtudenti hñs plures filios emit libros, & nõ vr̃ donaſſe: quia nõ præſumimus, quod pr̃ voluerit donare, & ſuum patrimonium extenuare, ubi habeat multos filios, vt l. ſi filiæ, de lega. 3. & ibi per Old. conferuntur ergo tanq̃ cõmodati filio, de pen, lega. l. ſi. C. fam. erc. §. certum, §. ar. C. de inoff. teſta. l. 4. aut pr̃ eſt diues, & tunc refert, aut pr̃ miſit filium ad ſtudium, & emit ei libros, & non vr̃ donare, quia habuit hoc neceſſitate facere, vt no. in l. 5. ad Maced. nam in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. vñ debitæ potius ſolutio quam donatio comprobatur, ſicut cum pr̃ dotat filiam, vt C. de imponend. lucr. de ſcrip. l. j. lib. x. aut filius acceſſit ad ſtudium proprio motu, & tũc aut pr̃ emit, & tradidit ei libros, & tunc conferuntur prout, & tanq̃ ſimplex donatio C. de coll. l. vt liberis, & l. illud §. ſi. & d. l. Põpon. Philadelphus. aut tradidit cõferẽdo in eũ ſupremũ iudiciũ, & vt poſt mortẽ patris habeat præcipuos, & tũc nõ confert, quia eſt vltima voluntas, vt d. l.

ADDITIONES.

e Fabro. Vide tu ad hoc late do. Iaſ. Mai. hic in 12. col. ver. in glo. ad ſi cũ ſeq. vbi etiam de ſcholari vicino altert, qui alta voce legendo impedit illũ, de quo etiam per Fel. in c. ſignificauerunt, in c. de iud.

b Teſte. vide ad hoc Ro. in conſ. 201. & Pe. de Anch in conſ. 217.

c Temperari. Adde Bal. in 3. conſ. C. circa fi. & Ang. in l. minime d. ll. & in l. 1 § 1. inſ. de flu. & in auth. de hæred. & Fel. in prin. per illum tex. & Lud. Ro. late in conſ. 163. inc. viſo puncto, & Pe. de Anc. in cõſ. 284. incip. in Chriſti nomine, viſis articulis, &c. & Ang. in cõſ. 162. & quod per d. So. in cõſ. 12. inci. circa præſentem conſultationem, ver. & inſuper quia prædicti, circa fi. in 1. p ch. 14.

d Ceſſare. Ad quod vide tu omnino do. Fel. in c. ſi quando, de reſcr. col. 8 in ver. ſed videt̃ mirabile, cũ pluri. ſeq. vbi no. & plene declarat hoc dictũ Bal. in d. l. proſpexit, qui & a quib. alle. in tex. adde hoc quod habetur in apoſt. & adde Dy. in conſ. 49. & quod ibi in apoſt.

e Confeſſatæ. Adde Pe. de Anch. in conſ. 310. & Ro. late in conſ. 445.

f Studiorũ. Adde quidem tenet Ang. & Raph. Cu. hic, & Lud. Ro. expreſſe in l. don. §. pater, ff. de do. & iſta mag. e communis opi. doct. a qua non eſt recedendum in iudicando ſecundum do. Iaſ. Mai. prædicta iura alle. & dicentem non obſtare, dictum Imo. & d. Alex. de Imo. hic, in fi. ſed quod non valeat conſuluit in terminis Fran. Are. in conſ. 17. in 3. col. ver. præterea, & tenet etiam d. Alex. in l. frater a fratre, de cond. inde.

d.l.filiæ,& hoc in filio ſcholare. Si autẽ pater emit filio doctori,
præſumitur ei donaſſe in peculium quaſi caſtrenſe, & ideo nõ
conferuntur. Item in ſcholari, ſi viuo patre doctoratum aſſum-
pſit ſm Bar.adde quod no.Cyn.C.de inoff.teſta.l.ſi.C.de colla.
l.filiæ,& de colla.bono.l.1.§.nec caſtrenſe, per Din. & ideo non
conferuntur. Idem per Din. Quid ſi filius non eſt doctor, ſed li-
centiatus? Reſpondeo qui eſt in potentia propinqua actui,vr in
actu,l.pe.de mili.teſta. vbi agitur de fauore ; ſecus,ſi tractamus
de pęna vel odio. vnde ſi Epiſcopus excommunicat oẽs docto-
res non diſputantes,non includuntur licentiati, quia in pœnali-
bus, & odioſis ſermones ſunt ſtricte interpretandi. Quæro an
valeat iſta promiſſio,promitto tibi dotem,quam voluero dare?
& videtur ꝙ non iuxta no.C.de ꝯtrahen.emp.l.in venditis, de ver.
obl.l.Titio.§ ſi.de reg.ior.l.in perſonam, §. & generaliter. nam
verbum voluntatis denotat adeo plenum arbitrium, ꝙ quis po
ſit præferre iniquum æquo.l.fideicommiſſa.§.quamq̃.de lega.
3.& verbum ab omni neceſſitate abſtracti, de reg. iur.non ſub-
miſſum,de procuratoribus ante litis. tamen d Cy.in l.3.de dot.
promiſ.vr ſentire ꝯtrium,& hæc eſt veritas , quia ſpeciale eſt in
dote.interdum.n.ſine vlla promiſſione agitur. C.de rei vxo.act.
25 l.vnica,in princ.& de dot.promiſ.l.ſi voluntate.† Itẽ quia actus,
qui dependet a iure neceſſitatis,non regulatur ſm voluntatem
hominis,ſed ſm arbitrium,de adop.l. ſi arrogator,§.ſed an im-
puberi.facit de dote prælega.l Theopompus,& argu. extra, de
teſta.c.cum tibi , æquiparando piam cauſam dotibus , & an va-
leat iſta promiſſio , promitto tibi centum dotis nomine vxoris
tuæ futuræ nulla perſona ſpecificata? Reſpondeo ſic,& cuilibet
nubenti debentur, de ver.obl.l.a Titio,vbi eſt text. notabilis. ſed
an inter virum,& vxo.valet promiſſio? Reſpõdeo ſic, ſi cã ſub-
26 eſt.de ver.obl l.ex ea parte.§ 1.†Sed an iudex parte abſente poſ
ſit dotare filiam de bonis patris.dic ꝙ ſic,vt l. profectitia §.1.de
iure do.etiam ſi pater ſtet in carcere,quia actus neceſſarius non
vitiatur,licet quis ſtet in carcere.& ibi eſt text. notabilis. facit
27 quod no.de teſta.l.qui a latronibus,† ſed an in tacita hypothe-
ca veniant futura bona?glo.ꝙ non,in l. ſi.quæ res pign. obl.poſ.
Contrarium eſt verius,vt l. hac edictali.l.omnibus. C. de ſec. nup.
& ibi per Cy. Sed an veniant nomina debitorum, dic vt no.C.
de hæredi.act l.hærede mariti. ¶ Sed an veniant bona hæredis?
ꝙ non,de pig. Paulus,niſi teſtator bona hæredis expreſſe obli-
gaſſet.nã eo ipſo ꝙ hæres adijt hæreditatem. vr ratificaſſe factũ
defuncti ſm Pet.& ipſe no.in l.aſſiduis.& facit de pig. act l.rem
alienam,arg.ꝯ de ſeruit.l. Papinianus. Sed ponamus cõtrahentes
nihil dixerunt de hypotheca. notarius verò appoſuit in inſtro.
quæritur an potuerit apponere? & vr ꝙ ſic,quia tacitum expri-
mendo ius commune non lędit.l.mutuam,mandati.nam quod
tacite ineſt per modum fauoris,habetur pro expreſſo , vt C.de
fideiuſ.non recte.ſecus ſi per modum modi , vt l. 3. ſi pe. appel.
mors interue. item tabellio videtur rogatus ſecundum naturã
a contractus,a vt poſſit apponere omnia, quæ ſunt de natura con
tractus,C.de fideiuſ.in l.fin.vbi eſt tex.no.& arg C loca l.licet.
In contrarium: quia notarius non dẽt conficere inſtrumẽtũ de
eo,quod intelligit modo rationis,ſed de eo quod percepit ſen-
ſu,uel viſu,vel auditu, & ideo ſicut per teſtes,qui dicant hypo
thecam fuiſſe expreſſam,deponeretur falſum: ita & inſtrumen
tum,niſi dicamus aliud in tabellione,quia ad eum recurritur ra
tione petitæ.vnde vr rogatus , ꝙ pariter faciat inſtrumentum ,
vt no.C.de vſur.l.1. Sed pone quod dos repetitur conſtante ma-
trimonio: nunquid alij creditores habent ius offerendi? & vr
ꝙ poſſint offerre,& debeant eis iura cedi,vt l.mulier, qui pot.
in pign.hab.ſed dic ꝯ,ut no. C. qui po.in pign. hab. l. eum tibi,
28 per Iaco.& Cyn.† Item no.hic de dictione Semper, & vbique.
Quæro ſi promitto tibi ſemper ſoluere , an poſſim opponere
excep.præſcrip.videtur quod non, vt l.ꝙ ſi nolit.§ ſi de ędil.edi.
In ꝯtrium videtur hic caſus coniuncta l.in rebus, de iure do. Et
hoc tangit Din.ꝟ.de leg.1.l.nemo poteſt. Deinde quæro ſi pro-
b mitto tibi vbiq; ſoluere,an poſſim ꝯueniri in nõ meo foro? b vi
detur ꝙ non,vt hic coniuncta l.exigere dotem,ff. de iudi. Solu.
vt no.de conſti.pecu.l.ſi duo,per Guil.& ꝟ. de adm.tut.l.Titiũ,
& Mæuium,§.tutores. Vltimo no.quod in quocunque loco ꝯ
trahatur , tali contractui ſemper ius commune ineſſe videtur.
tacite eſt enim ius commune ſicut genus.municipale ſicut ſpe
cies,& ſi municipale eſſet contra ius, derogatur iuri communi,
tum quia poſterius,tum quia ſpecies derogat generi.vt l de qui
bus,§.fi. de legi. ad ꝙ fideiuſſor ſm naturam contractus eſt pa-
ter viri,vt ꝟ.eod l.ſi cum dotem § pen. contra naturam contra-
ctus eſt fideiuſſor de dote conſeruanda,l.fin.ne fideiuſ. do. den.
extra naturam contractus eſt fideiuſſor de dote reſtituẽda ſm
Din.& de dote dãda viro,vt l.creditor §.1.man. Et no.quod §.
gener,habet locum non ſolum in ſubſtantia dotis,ſed in quoli
bet pacto dotali,ut ꝟ.de ſol.Calippus,alias incipit quamuis.

ADDITIONES

a Contractus. Adde d. Ale.in conſ.xcviij.
b Foro.Ad q̃ materiã. vide tu Bar.& d.Ale.de Imo.in l.ſi conuenerit,de iuriſ
dict.om.iud.& dom.Alexand.in l.2.§.de feudi, ſi.ex quibus cau. & adde
ad materiam hanc d. Bar. Cepo.ſua cautela lxxxviij.incipiente ſępiſſi-
me,char.x.vbi dicit ꝙ cautela ẽ,ꝙ in inſtrumẽto dicatur, ꝓmittit ſolue
re vbique locorũ et perſiſteris,et ſi nauiga es,etiam ſi diſtaient,&c.

LEX II.

1 *Dos propter bannum mariti,conſtante matrimonio venit reſtituenda.*
2 *Bannitus eo ipſo quòd eſt in banno,incipit abuti ſubſtantia ſua.*
3 *Dos reuerſa ad mulierem deſinit eſſe dos.*
4 *Legatum ſi relictum eſt pro virginibus maritandis, non debet promitti re-
ſtitutio dotis hæredibus dotantis.*
5 *Suſ.ectum aliquid eſſe dicatur,quãdo apparet ex probabilibus cõiecturis.*
6 *Dominus vendens proprietatem feudi, feudatarius nõ cogitur nouo domi-
no iurare,quod procedit in alienatione ſingulari,ſecus in vniuerſali.*

Soluto matrimonio. Hæc l. diuiditur in duas
partes, quia primo loqui-
tur in muliere ſui iur. Secundo.in ea,quæ eſt in poteſtate patris.
quæ diuiſio apparet ex textu.ſecunda ibi,quod ſi patris. prima
pars ſubdiuiditur in tres,quia primo ponit vnum dictum ad do
tem ſolutam. Secundo ponit aliud quo ad dotis promiſ. Tertio
quandam exceptionem Secunda primæ ibi,nec cogitur. Ter-
die locationis,ſed ex die,quod fundus cœpit eſſe dotalis. hoc dicit. Iſtud principium diuiditur in plures partes. Nam primo ponit quoddam dictum in genere. In ſecunda ad ſpeciem exemplificando. In tertia probat intentionem ſuam duplici argumẽto.ſcilicet communi,& ſpeciali per reductionem ad abſurdum. Quarto determinat concludendo. Quinto ponit caſum quo ad terminum diſſimilem,ſed ſimilem quantum ad iuris diſpoſitionem. Sexto ponit quẽdam nouum caſum,& determinat. Vltimo ponit quandam illationem concluſiuam ex prædicta. ſecunda ibi,neque enim. Et ſub illo verſiculo includitur etiam tertia ſecũdum idem quo ad rationem generalem,ſed ratio ſpecialis eſt in verſiculo,alioquin. Quarta ibi,itaque. Quinta ibi,e cõtrario. Sexta ibi,Item ſi meſſes. Vltima ibi,apparet ibi igitur. ad euidentiam præmitte quod gloſſ. huius l. ponit caſum in toto iſto principio vſque ad §.ob donatio. excepto verſiculo.item omiſſis.in quo verſiculo gloſſ.ponit caſum per ſe,quia habet tres lectur. In tex.ibi,non ex die locationis,id eſt in dinumerandu annum ex die locationis, ſed ex die quo fundus cœpit eſſe dotalis. In tex.ibi,neque enim.hic ponit exemplum remouendo dubiũ, & ponit duas rationes. In tex. ibi, æquum, quia repugnat rationi communi, quæ eſt quod tantum pro rata temporis, quo ſubijt onera,lucratur fructus.In tex.ibi,alioquin hic adducitur ratio per reductionem ad abſurdum.ſic ſupra de nego.geſt. Pompon. In tex.ibi,retinebit etiam ſi duraſſet vna die matrimoniũ, & in illa percepiſſet vindemiam, & ſequenti die factum eſſet diuortium,quod eſt abſurdum, & falſum, & non legas literam plane,Sed per modum reductionis ad abſurdum,ſcilicet argumentatiue per reductionem ad abſurdum. In tex. ibi, quatuor menſibus matrimonium. & tribus menſibus locatio, & vt clarius procedat,dicit Iacob.de Raue. quod penſio erat conſtituta ſoluenda pro rata ſingulis menſibus, vt ſupra l.locati, inſulam, §.qui eden.quod dicit ratione clarioris intellectus,non quod ſit de ſubſtantia huius l. In tex. vbi,vindemiæ,i. fructus omnes, qui pene ſunt 12. In tex.ibi,& quarta portio.pone eſſe tria. de illis,ergo 12.& ex iſtis tribus fit vnus aceruus, & ſic ſunt 15.de quibus retinet quinque, quia tertia parte anni durauit matrimonium. Et ſic quo ad modum diuiſionis non inſpicitur tempus locationis, ſed quo ad quantitatem rei diuidendæ,ſic,cum nõ ponatur hic in diuiſione tota merces,ſed quota temporis iam fluxi & in hoc glo. male loquitur in caſus poſitione,quia poſitio gl. ſonat, quod vir habeat tertiam partẽ totius mercedis, ſicut totius vindemiæ, quod falſum eſt, quia non tertiam totius, ſed tertiam quartæ partis mercedis.In tex.ibi,ex contrario,ſup.fauit mulieri,quia vir recepit fundum plenum in dotem. hic fauet viro,quia mulier dedit fundum vacuum ſecundum Iac.de Are.& in hoc eſt contrarietas in impenſione fauoris,ſed identitas eſt in dinumeratione temporis fienda nõ ex die locationis ſed ex die,quo fundus eſſe dotalis incepit, & vir onera ſupportauit. In hoc ergo verſiculo ponitur tota merces in contributione.Sed in præcedenti verſiculo ponitur in contributione ſola portio mercedis temporis iam lapſi. Quæ autem ſit ratio huius cõtie,dic q̃d conſiſtit in æquitate impendendi fauorem vni parti,vel alteri, proue factum diuerſificatur, & iſta fuit mens Iac.de Are.In tex. ibi, percepta per ipſam mulierem. quæ vindemia non venit in collatione,vt ꝫ.ea l. apparet. In tex.ibi,ſubſecutum,& ſic matrimonium durauit ſex menſibus. Sed locatio non durauit niſi vno menſe durante matrimonio.In tex.ibi,duodecimam mercedis,quia hoc eſſet inſpicere tempus locationis, quod non debet inſpici.In tex..ibi,fuit.& vir ſubijt onera matrimonij. In tex. ibi,debebatur partim in re,partim in ſpe. Vel dic,vt ꝫ.de fideiu. ſi a colo.& l.ſi ſeruus communis Mæuij.§.pen.de ſtipu.ſeruo. In tex.ibi,portionem.ſ.dimidiam. Dynus. Ibi,retinebit,ſ.vir. Ibi, ex forma.i.ex natura,quia nummis colebat. In tex.ibi,quo ad fructus aridos,id eſt,quo ad meſſem,vt infr. de furtis.ſi ſeruus vni. §.locati. ibi loquitur.ſupple inter, & vindemia quæ erat ſimiliter locata ad nummos.& illa eſt vna lectura,vel ſupple, ꝙ quantum ad vindemiam erat partiarius colonus,& iſta alia lect. quæ non differt a prima niſi in facti accidentia, & vtraque eſt vera, & eſt quædam tertia lect.hic, de qua dicam ſuper gloſ. quæ non differt a prima.In tex. ibi, ventre. confundetur ergo penſio frumenti cum penſione futuræ vindemiæ. Et de toto illo aceruo vir fert partem ſibi contingentem cum rata temporis,i.de præteritis præſentialiter,de futuris expectabit. Et hoc eſt quod dicit hic de Spec.In tex. ibi, ex his.i.ex §.ex contrario.vbi dicit ꝙ ſola penſio venit diuidenda & non fructus a muliere percepti. Et eſt hoc quoddam relatiuum,ſeu propoſitio non principaliter intẽtata.
a † No. primo quod omnes fructus prouenientes immediate ex re,vel mediate per rem debent diuidi pro rata vltimi anni matrimonij inter virũ, & vxorem, vel inter hæredes eorũ. Nec diſtinguunt in penſione, virũ ex induſtria mariti ſit aucta pẽſio necne Nam totum hoc venit diuidendũ, licet verſet induſtria, vt ꝫ.ad l. Falc.l.ſi hæres,& de rei vendi.ſi nauis.§.1. Secundo no. in verſic.neque ꝙ nõ omnes fructus perceptos vir lucratur,ſed
2 pro menſura temporis,quo matrimoniũ durauit.† Secus in vſufructuario, qui oẽs fructus perceptos lucratur, etiam ſi vna die duraſſet vſuſfructus,& illa die percepiſſet fructus,vt l.defuncta §. de vſuſf.& ratio dñæ eſt iſta,quia vſuſfructuarius non habet fructus ad certam cauſam. qua finita ſit finita vtilitas fructuum perceptorum, ſed dato reſp.cit certam cauſam.ſ.onera matrimonij,qua finita incipit finiri vtilitas fructuũ perceptorum ſm Pet. Quid in fructibus prabendæ? rñdeo.vt legit,& no.in l.1.C.de anno.ciui.lib.10. Et facit in auth.de æquali.dotis.§.cõſequens. Tertio no.ꝙ aut fundus datur in dotem plenus,vel vacuus.ſi plenus, fructus percepti cum penſione iur. intellectu percepta, & non percipienda confunduntur, & diuidunt pro rata temporis, quo durauit matrimonium.& vir ſubſtinuit onera matrimonij, vt ĩ verſ.itaq. Si vero fuit in dotem datus vacuus. confunditur pẽſio percepta iur. intellectu, & etiam percipienda.i.tota penſio anni illius,vt in verſ.econtrario. Ratio differentiæ ſm Iac.de Are. eſt æquitas,ne vir in primo caſu habeat nimis, & in ſecundo parũ. ego dico ꝙ ratio eſt,iuris ſubtilitas. Nam in primo caſu,ſi cõfunderẽt res cum ſpe,cõferent fructus duorum annorum, quod eſt ꝯ regulam,quæ loquitur ſolum de vltimo anno.Sed in ſecũdo caſu & res.& ſpes ſunt fructus eiuſdem anni, & procedunt reſpectu eiuſdem anni,& procedunt reſpectu eiuſdem culturæ, & ex hoc deuenitur in nouitam.§.item ſi meſſes nam ibi cõfertur res cum ſpe, quia ſunt eiuſdem anni fructus, & non procedunt ex cultura diuerſorum annorum, vt inf.ea.l.§ quod in ſementis,& illud eſt de mente tex. Dices tu,quare conferẽ ergo in primo caſu aliquid de penſione: nonne per hoc confunduntẽ duorum annorum fructus? Rñdeo,cum annus incipiat a tpe matrimonij,cenſetur iſte fructus in eodem anno emergẽte. Et eſt ac ſi iſte annus eſſet fertilior alio:& ita dicit gl.magna,ſcipit.i.tres.
3 Vltimo no. † ꝙ fructus percepti a muliere ante matrimonium, non veniunt in collationem. Fructus.n.ſeparati a re non ſequuntur rem,facit de act.emp.Iul.§.ſi locati,& l.fundi nihil,& ſi de lig.& l.quæſitum.§ pero habes etiam in verſ item ſi meſſes,qũo fructus ſunt coloni, qui nummis colit, in totum. partiarij vero pro parte,vt ſup locan.§.ſi merces.§.vis maior,& ꝫ de furtis. ſi ſeruus.§ locati. Extra no.in verſ neq enim, ꝙ dr̃ fieri tpe vindemiæ quod fit parum ante vindemiam. Et ſic dr̃ factum tpe guerræ,i.tpe ortæ diſcordiæ, vel paulo ante; quod no.in verſ.a ꝓrio.
a in verbo. Statim,illud quod dixi de verbo Mox,ſupra eod.l.fructus. † Et facit ad q̃õnem ſi quis eſt accuſatus, ꝙ fecit inſultum,
4 mox feritam,an puniatur de vtroque,quaſi intelligitur cũ temporis interuallo, An vero intelligatur inſultus ineſſe feritæ, & ſic confundatẽ iuxta no.C.de accuſ.l.qui de crimine? & dico quod verba ſunt æquiuoca. Tamen in dubio intelligimus in mitiorẽ
b partem,vt ꝫ.de pen.l.ſi præſes. & ideo aſſeſſores in ſuis inquiſitionibus adijcere ſolent verbũ cum temporis interuallo, vt puniant de vtroque:ſed hoc non debet fieri,niſi ſit ita rei veritas.In gl.alias eſt lex ibi,& non mercedis,non intelligas de tertia totius mercedis. ſed de tertia quartæ partis mercedis.alias glo.eſſet falſa.In ea.gl ibi,iungas omiſſo.§.item ſi meſſes,quem gloſſ. legit p ſe.& p ſe ibi ponit.In gl.idem ſi morte.ibi,ſit alenda Iſta glo. præſuppon t,ꝙ infra annum mulier inops ſit alenda ab hæredibus viri, & hoc caſu hr̃des lucrentur fructus pro iſtis oneribus. Nam cum hæredes ſuſtineant onus, hr̃e debent emolumẽtum fructuum ſm Dy.arg.ad hoc.ꝫ.vt in poſſ leg.l.pe.& quod no.C.
5 rem in ꝑñti § exactio.& Spec.no.in ti.qui filij ſint legit.† Sed quæro quid ſi vidua remanſit cũ hr̃dibus, & fuit alimentata apud illos,nunquid fructus fundi dotalis erunt hæredum illorũ? Dy.ꝙ non. nam ſm eũ iſta gl.non habet locum in re immobili, cum eius

ADDITIONES.

a A.B.Diſcordiæ. Adde Bal.etiam in c.1.in prin.de pac.tenen. vbi hoc idem alle.gl.bene no.in l.pen.in gl.1.ſup.de ope.lib. & ibi omnino vide Bal. & in c.1.in ver.non obmittent,de pac.conſtan. & Bal.in c.2.de feu.ſ.cul.non amit.& quod no.Io.And.in addi.ad Spec.in rub.de loca. facit hæc.q Bal. ad id quod in pulchra q.conſuluit Pet.de Anch. conſi.94.alias in conſ 88. incip præmiſſa facti ſerie conſiderata &c. vbi dicit quod ſi conuentum eſſet inter conductores gabellarum, & locatores, quod in caſu Guerræ deberet fieri remiſſio mercedis, quod ſi non venit, ſed rumor Guerræ eden quod mercatores non tranſiuerunt, fieri debebit remiſſio ac ſi in veritate fuiſſet guerra.allegat in arg.l.1.alias eſt l.3.§.armis.inf.de vi, & vi ar.qd dictum Bal.hic & locis.ſup.alleg.no. pro ſaluando dicta teſtis deponentis aliquid factum eſſe tempore guerræ,cum pactum ante guerram factum eſſet.item no.quia facit ad id quod in terminis voluit Bal.i l.pen. C.de pig.act.quod ſicut creditor poteſt capere debitorem fugientem l.ait prætor. §.ſi debitorem,ſſ.de his quæ in frau.cre.Item etiam poſſum capere debitorem meum ſe præparantem ad fugam,licet non ſit in actu fugæ. ad idem alleg.ſibi tex. Bal.in l quæſitum. ſup.de pig.act.idem Bal.in l.generali.C.de decu.lib.10. & in l.ſi quis in tantam. C.vnde vi,in pen col.licet Ang.in repe.l.nemo carcerem,C.de exa.tri lib.10. teneat quod requiratur quod ſit in actu fugæ per d.§.ſi debitorem,ſed vide do. Alex.de Imo.in conſ.64.in penult.& vlt.col.in 3.par.vbi quod debitor poteſt capi, quando trepidatio fugæ,licet non ſit in fuga.

b Partẽ.Adde Bal.idem tenentem in l.quotiens §.ſi quis,el 2.Inf.de her.Inſt. & ibi Mod.& Bal.in ſimili in l.aduerſus,C.de fur.& i auth.ſed nouo iure. ver.Item quod ſi cõfitetur,C.de ſer.fug. & Raph.Cu.i l.fructus.ſup.eo.& d.Alex.de Imo.in conſ.106.in 3.par.incip. in cauſa inquiſitionis formatæ.

eius reſtitutio ſtatim fieri debeat. Ego dico, ꝙ vſque ad concurrentem quantitatem fit cõpenſatio fructuum cũ alimentis. Si autem plus eſt in fructibus, reddendũ eſt mulieri, arg. in l. fin. ſ. de peti. hæred. & ȷ. eodem inſulam. §. fructus Et hoc verum, qñ alimenta non ſunt legata vxori, nec eſt prægnans vxor. nam primo caſu iure legati, ſecundo caſu iure ventris eſt alenda non cõpenſatis fructibus, vt infra de ven. in poſ. mit. l. curator. & ȷ. de alimen. & ci. leg. libertis libertabuſq;. §. fi. Sed hic quæro, quãdo vidua petit alimenta ab hæredibus miſerationis cauſa, vtrum teneatur habitare cum eis? dic ꝙ ſic, ſi ipſi volunt, & ipſa honeſte poteſt: alias non, arg. ȷ. de verb. ſignifi. Nepos Proculo. Ita dicit Spec. in d. tit. qui filij ſint legitimi, facit l. 4. & 5. ſupr. de vſu. & ha.
8 Sed an teneatur operari hæredibus. a glo. dicit ꝙ ſic, in l. ſicut, de oper. lib. Quid ergo ſi non fuerint operata? reſpon. tanto minus accipiet, & quantũ eſt precium operarum. Ad hoc. inſr. eo. ſi maritus, cum ſua gl. Sed quid ſi vxor non petit alimenta miſerationis cauſa, ſed ex vi moræ poſt annum? Reſpondeo, hoc eſt intereſſe quod debẽt ratione moræ abſque eo ꝙ cohabitet, vel operetur hæredibus, vt l. ſi mora. ȷ. eod. Adde ꝙ vidua q̃ diu eſt vidua, eſt quodãmodo in ſeruitio viri, vt l. fin. C. de bo. ma. In gl. Papin. de ſe. arg. ꝙ ſnĩa. & laudũ poteſt fieri in tertia perſona, vt hac gloſſ. In gl. ideſt tres. ibi, debita. ex iſta gloſſ. vr̃ ꝙ penſio debeatur pro rata tpis pteriti, & ſic non expectato fine tpis poſſit peti pro rata tpis pteriti. alibi vr̃ dicere ꝙ debeatur in fine tpis. vt C. loca. l. eden. nã locator nõ impleuit ante ex parte ſua. impletionẽ perfectã deſiderat natura ꝯctus, arg. ad hoc. C. de vſu. corrup. Tu circa hoc ſic diſtingue. Aut promittitur aliquid pro opera: aut promittit penſio pro re. Si pro opera. ſi pro diurna, debet̃ ſingulis diebus. ſi pro menſtrua, debetur ſingulis menſib. ſi pro annua, debet̃ ſingulis annis. ſi promittitur ſcriptori tm̃ p petia, debetur in ſingulas petias, vt ſ. locati qui inſulã. §. qui ędem. Et hoc in eo q ponit tm̃ operã Sed vbi ponit operã, & impenſam, debet ſoluı in initio p̃ſtita cautione de impẽdendo, & operando, vt ſ. loca. inſulã. §. fi. & ſ. mandati, ſi vero non remunerandi. §. fi. & facit ad pdicta l. 3. ȷ. de verb. ſignifi. & l. 2. de annuis leg. Si vero loquimur in locatione rei, tunc ſi aliqua eſt conſuetudo, illa eſt in dubio obſeruanda, quod vr̃ in dubio tacite contractui ineſſe, vt C. locati, & licet, & l. excepto. Si nulla eſt conſuetudo, vel pactũ, tunc refert aut loquimur quo ad natiuitatẽ actionis, & in initio naſcitur actio, quia oritur ex cõſenſu. hoc verũ, ſi talis eſt perſona, in qua poſſit radicari actio p toto tpe. Si aũt nõ pôt radicari p toto, dic vt l. ſi ſeruus cõis Meuij. §. fin. de ſup. lego. Aut loquimur quantũ ad interpretationem iur. tũc pro tpe preterito vr̃ perceptio facta pro futuro in tpe, vt in mag. glo. aut loquimur quantũ ad exercitiũ actionis, & tunc agẽs ante finem tporis repellit̃, quia nondũ impleuit ex parte ſua, ita debet intelligi gl. quæ eſt in l. æden. arg. ad hoc de act. emp. Iul. §. offerri, & l. qui pendentem. Et ita de hoc tenendum eſt. In ea. gl. ibi, ſi petitus, id eſt primo menſe, quia fieret maior contributio. In ea gl. ibi, legatum. dic quo ad portionem, vt ita dixerim, ex aceruo ſumendã incipit debet tempus principij matrimonij In ea gl. ibi, nõ haberet. ſ. aliquid, & facias hic punctum. In ea gl. ibi, peneret quod eſſet incongruum. quod minus haberet pro commodo quã ſubſtinuerit onera In ea. gl. ibi, minus. imò reſponderi poteſt, quod pro futuro tpe non eſt oĩno certũ debitum iri, cũ non ſit impletus ꝯctus ex parte locantis. In ea gl. ibi, neceſſe ſtare Quod patet eo ipſo quod habet diu dere penſionem cum viro. Non ſuccedit vxor in plenũ, ſed eſt ſucceſſio ſua modificata per l. cum vir retineat portionem. & ideo non pôt expellere colonũ de iure. dicit Dy. quod non tenetur ſtare colono præciſe, ſed cauſatiue ſic. Ego dico, ꝙ ſi expellit colonũ, ꝙ ſuccurret̃ colono officio iudicis, arg. ȷ. de don. Aquilius Regulus, & quod no. de condict. fur. & ideo. §. vera eius. In ea gl. ibi, in venditione ibi, & ſpeciale odio
6 cõtumacis. In ea. gl. ibi, ex neceſſitate † no. hoc dictum, quod ſuc-
b ceſſor particularis, & neceſſarius tenetur ſtare colono.b Sed ſucceſſor particularis, & voluntarius non tenet̃ ſtare colono, nec colonus ſibi, vt ſup. loca. l. qui fundum. ſed ꝯ primũ videt̃. ſup. loca. l. ſi quis domũ. § hinc ſubiungi. Nam proprietarius ſuccedit ibi ex neceſſitate, & non tenet̃ ſtare colono. Item ꝯ de pign. l. lex vectigali. Sed rñdeo ibi non eſt proprie ſucceſſor, q̃ non deſcendit ius in eum ex perſona prioris poſſeſſoris, ſed eſt per quandã priuat. Idẽ in prębendario, vt extra, ne p̃la. vi. ſuas. c. q̃relam. Item ꝯ ſcdam oppo. de l. colonus, de vi. & vi ar. Sed rñdeo, ꝙ ibi pp̃ impenſas dat retentio, q̃b. reſtit. libere expellit̃, ante non, ꝙ eſt nor.
7 †Quęro de fiſco vtrũ dicat̃ ſucceſſor volũtarius, vel neceſſarius? rñdeo ꝙ æquiparat̃ volũtario ſucceſſori. vnde non tenet̃ ſtare colono, niſi ſuccedat vſr. vt ſup. locati. l. ſi fundus, q̃ eſt ad hoc no. Ex prędictis collige talẽ diſtinctionẽ, an ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare colono. Refert aut ſuccedit p quandã priuationem, ſeu abnegationem, & non tenet̃ ſtare, vt l. ſi qs domũ. Io. aut ſuccedit per quandam tranſmiſſionẽ, tũc refert aũt ſucceſſor, & neceſſarius, & tenet̃ ſtare colono, vt hic. aut voluntarius, & non tenet̃ ſtare colono, vt l. emptorem. C. locati. Fallit. In tribus caſib. primo in l. ſi ȷ. de iure fiſci. ſcdo ſi fuit reſeruatum ius coloni, vt l. ſi mercedẽ. §. fi. de act. emp. Tertio ſi colonus fecit expen. quia nõ pôt expelli niſi reſti. expẽſis, vt l. colonus, de vi, & vi ar. Et ita eſt tenendũ in iſto puncto in ſimplici colono, q non hẽt ius in re. Nam hñs ius in re non pôt expelli, donec illud ius durat; poſtea ſic, vt ȷ. de ſuperfi. l. 1. §. qđ ait, & l. 2. de iure emph. In ea. gl. ibi, detractio. ſ. de anno locationis. Io. detrahit vnũ menſẽ, q̃ ſupplet ex primo menſe ante locationẽ, & penſionem tertij dec. mi menſis applicat menſib. anterioribus diuidendo, vt ſequit̃ in gl. & hoc facit lo. ne vltimus annus tranſcẽdat in ꝯtributionem. tamẽ iſtud eſt quoddã ſomniũ, qđ non pbat. licet q̃dã dñi ꝙ in ver. & cõ̃no. fuit facta locatio pro 12. menſib. retro inchoatis a die matrimonij, & pñt hoc ꝯhentes p pactũ fingere, & eſt in vſu. Sed ego dic. ꝙ tunc eſſet idẽ tps loca. & mr̃imonij quantũ ad intellectum ꝯhenſiũ, qđ non [illegible] de magis ꝯſidero ipſam fru[illegible] pceptionẽ eius anni iſt ipſa pceptio, & magis ꝯſidero cãm q tps, arg. ſup. de vſuf. defuncta. In ea. gl. ibi, Azo. & Rogie. hæc vera In ea gl. [illegible] ſed dic ꝯ [illegible] in ſubſidium, vt d. l. vxor, ſm Pe. l. 1. no. ꝙ ſi vir e [illegible] abſens [illegible] meliũ remotis patrib ſatis diceret tunc in ſubſidium, vt no. in l. damni. §. fi. de dam. infec. qđ eſt no. in oĩ caſu. in quo dẽt fieri ceſſio. In ea glo. ibi annus incipit. ſ. annus leg. [illegible] in materia dotis. In ea. gl. ibi, ſed ſi in altero. cum
8 illo anno [illegible] ſures redditus incedant. † Extra quæritur de eo qui emit redditus iurisdõnis pro vno anno, & in [illegible] anni committitur maleficiũ; pro eo maleficio ſequẽti anno fit punitio: ad quẽ pertineat illa pęna? Et dic [illegible] no. in l. extra territoriũ, in vlt. q. per Cy. in ſuo cõmento, qui determinat finaliter ſm Pet. qui tenet ꝙ pertinet ad emptorẽ illius anni. in quo maleficiũ fuit perpetratũ. In gl. Berta. ibi, eo. anno p iſtã gl. pôt ſubſtineri libellus pductus de menſe Auguſti, in quo ꝯtinet ꝙ eodẽ anno de menſe Nouẽbris fuit maleficiũ ppetratũ, q̃q̃ non ſit idẽ annus ab incarnatione ſeu natiuitate Dñi. ꝯtinuando tñ eſt idem annus emer-
c gens, e id eſt ſpatiũ 12. menſium. ita ponit Iac. But. inſti. de act. in prin. in lect. ad qđ optime facit illa gl. ibi, §. vis maior, & melius. ſup. de pra[illegible] per l. natural[illegible] §. [illegible] do. In [illegible] l. in fi. hoc eſt dicere, mulier nõ ꝯfert mercedẽ, quã percepit p[illegible] illo anno, & ideo ſuppletur ex ſeq. arg. l. ſi vno, in princ. ſup. locati. Sed ego dico, ꝙ fructus perceptos correſpondẽtes tpi præterito ante matrimonium v[illegible] non confert. Sed correſpondẽdo tempori matrimonij, credo ꝙ debeat conferre, quia illud debet eſſe vacuum tempus, & ſic [illegible] quod gl. [illegible] de ſuppletione, &c. Bal.

ADDITIONES.

a Hæredib. An, & quãdo mulier operas debeat hæredib. viri, & vbi illi dẽat an in domo hæredum, an vero alibi, ſi ei placuerit. Vide eundẽ Bal. in l. ſi annalibus. in hac, C. de leg. & in l. ſi donatoris §. 1. ſup. de condit. ob cauſam, & in aut. no[illegible] l. eũ, C. ſi ſecundo nup. mul. in l. ſi ea de condit. inſer. & Bal. Ang. & Sal. in l. 1. C. de lega. Bar. in l. Gaio. §. Imperator. & in l. 4. § fi. inf. de alimẽ. & cib. leg. & Ang. hic, & in l. Titia, de ſolu. [illegible] in [illegible] 141. Sed quid ſi mulier ab alio, quã ab hæred. [illegible] viri [illegible] fuit, an po[illegible] ab hæredibus alimenta præterita petere, vid [illegible] & Pau. contra Bal. Sed in pro deci huius art. diſtingu. notab. vt per Bar. in l. libertos quos, § 1. de ali. & cib. lega Sed quæro quas operas vxor pſtare teneatur hæredibus, dic, vt per Bal. in l. ſi vxorem, C. de cond. inſer.
b Colono. Ad quod videtur no. d. Soc. in conſi. [illegible] ſuperius, verſi. etiã 2. q. cum ver. ſeq. in prima parte, & Ro. in conſi. 309.
c Emergens Adde Bar. in l. cum hæres. § Stichum, de ſta. lib. & Bar. in l. libel. inſtum, infra, de acc. & Ia. But. in l. more, ſupra, de ferijs, & Ro. in conſ. 300. vbi multa de ſaluatione teſtium contrariantium.

1 *Compenſatio rerum amotarũ, vel donatarũ cũ fructibus dotis admittitur.*
2 *Dos a[illegible] extenuetur perceptione fructuum ex rebus obligatis pro dote remiſſiue vide.*
3 *Extenuatio, & compenſatio inter ſe differunt.*
4 *Fructus non computantur cum quantitate, niſi ſint conſumpti.*
5 *Extenuationem ſortis allegans, debet probare conſumptionem fructuum.*
6 *Vna moneta poteſt ſolui pro alia, niſi interſit creditoris.*
7 *Libellus, peto fructus ſi extant, ſin autem, [illegible] æſtimationem, valet.*

1 §. Ob donationes.† Ac ſimationis rerũ amotarũ, vel donatarũ cũ fruct. bus dotis admittitur compenſatio. hoc d. In glo. hoc eſt contra ibi, §. ſed nec ob illas res. Iſtud contrarium eſt de iure ſpeciali in donatis. In ead. glo. ibi, hic non eſt dos. contra vr̃ not. ſ. eod. ſi ante, in fi. Sed ibi fructus fuerunt percepti ante matrimonium: vnde bene cedunt in augmentum dotis, hic poſt, & ſic ſunt acceſſio dotis, non ipſa dos principalis, vt ȷ. eod. ſi marito, §. ſi fundum. circa tñ hunc articulum de compenſatione ſic diſtingue. Aut compenſatio opponitur a muliere: & iſta eſt p[illegible] miſſa, & ita pôt intelligi iſte §. aut cõpenſatio opponitur mulieri. Et tunc refert aut opponitur in dote, aut in acceſſorijs dotis Primo caſu ſunt opi. Nam glo. h. c, & l. 1. ſ. eod. tenet ꝙ non obijciatur compenſatio. Sed in l. rei iudicatæ, 1. ȷ. eod. tenet ꝙ poſſit obijci. Et in §. ſed nec ob impenſas, tenet idem & cõiter hoc approbatur. Gui. tamen præcedentem opi. tenet, vt aliquid ſit ſpeciale in dote. Sed contra acceſſoria dotis bene admittitur compenſatio. Et ſic per omnia non eſt idem priuilegium in principali quod in
a acceſſorio, & ita loquitur iſte §. ſecundum [illegible] † Quid de extenuatione vtrum dos extenuetur perceptione fructuum ex rebus obligatis pro dote? dic, ꝙ de iſta quæſt. eſt caſus ȷ. de [illegible]

tio.

3 tio. Titia, quod no. † Dña inter extenuationem, & compenſatio-
nem eſt, quia extenuatio fit ſine oppoſitione alicuius exceptio-
nis, non m fit niſi ex debito, & ſimili, ſiue conformi, puta quan-
titatis ad quantitatem, vel generis ad idem genus, vt no. Cyn. in
l. 1. & 2. C. de pig. act. & gl. tangit J. ſtatim, & Iac. de Are. hic. In
ea. gl. ibi, ſi conuenerit illud cõtrarium eſt de iure communi. In
4 ea. gl. ibi, & fructib. Nota optimam gl. † q fructus non compẽ-
ſantur cum quantitate, niſi ſint conſumpti. Nam ſicut non poſ-
ſunt ſolui pro quantitate, ita nec ꝯpenſari ſecundum Iac. de A-
re. & Barto. Et hoc probatur aperte J. de fideiuſ. ſi fideiuſſorem
accepero, & inſ. mandati, ſi is qui negocia, §. fi. & l. fideiuſſorẽ.
Et per hoc limitantur oẽs leges, quæ dicunt q fructus extenuãt
a ſortem, q debet intelligi de fructibus conſumptis a ſecundum
5 Cy. & Bar. & hoc fuit dictum Fran. Ac. † & ideo debitor qui alle
gat extenuationem, debet formare articulum de ꝯſumptione
fructuum, quod eſt no. dicit hic Bar. q poſtquam eſt facta con-
b ſumptio, non poteſt amodo accreſcere, aut decreſcere æſtima-
tio b ex mora. non obſtat l. vinum, ſi cer. quia fructus ibi debe-
bantur in genere, quod non poteſt conſumi: hic in ſpecie, quod
6 eſt menti tenendum. † Extra op. Bar q vnum genus poſſit ſolui
pro alio, vt aurum pro Argento, vt l. 1. & l. Titia, de aur. & arg. le
ga. ergo fructus poſſunt pro pecunia ſolui. Sol ſpeciale eſt in pe-
cunia, q vbi non intereſt creditoris, poſſit ſolui vna moneta pro
alia, vt no. C. de dona. ſi quis argentum. & de ſol. Paulus. Ego al-
lego legem notabilem. inſ. de verb. obl. l. quæ extrinſecus, & ibi
7 per Pe. † Vltimo prædicta faciunt pro libellis, pero fructus ſi ex-
tant, & ſi non extant, pero eorum æſtimationem. Qui libellus
eſt formatus recte ſecundum iſtam gl. Bal.

ADDITIONES.

a Conſumptis. Adde Bal. in l. 1. ſup. all. in tex. C. de pig. ac. & in l. ſi e. ni. & in l. pe. in prin. C. de nõ nu pe. & in l. quoniam. C. in qui. cau. pig. ta. cõ. & adde Ant. Bu. in c. ad noſtram, de iniu. & Pe. de Anc. & Io. An. in c. 1. de vſu.

b Aeſtimatio. Adde Bal. in l. 2. ad fi. C. de fru. & li. expen. & idem no. eſt. in l. eum qui inſ. de his, qui vt indig. & in l. diuerſo § 1. ſup. de rei vend.

1 *Emens vuas viridarij, vel roſas quæ fructiſicant bis in anno, debet habere primum fructum tantum.*

a *Lex quæ loquitur de certo tempore, attenta eius ratione poteſt reſtringi, & ampliari.*

a § Quod in anno. a Statutum in anno habet locũ in ſex menſibus, & in quinquen-
nio, ſi ibi eadem ratio reperitur. h. d. In tex. ibi, fructus. l. anni, vt
quia ſit talis terra, quæ bis ſeritur in annis, & de ſex menſibus in
ſex menſes. In tex. ibi, dici põt in vno anno, vt pro quota parte il-
lorum plurium annorum, quo ſteterit matrimonium, lucratur
vir, & pro reliqua vxor, qñ in illis plurib. annis non percipitur ni-
ſi vnus fructus. vnde ſm Bar. ſi in vno anno fiant meſſes frumẽ-
ti ſeminati, & in anno ſequenti nil ſeminaretur, vel ſeges mino-
ris valoris illi duo anni computantur pro vno, vt pro quota par-
te illorum duorum annorum durauit matrimonium, lucratur
vir, pro reliqua vxor ſm Bar. hic, & eſt caſus hic. In tex. ſi vir. pro
1 alia reſtituatur vxori ſm Dy. Tene menti prædicta. † No. primo
hunc §. in argũ ad quæſtionem de eo q emit vuas viridarij, vel
roſas, quæ fructiferant bis in anno, quia non debet habere, ni-
ſi primum fructum & non ſecundum, b & ita fuit diſputatum
b vltra montes, ſm Iac. de Ra. & Cy. arg. ꝯ. ſup. de vſufruc. defun-
cta. §. fi. & facit de ꝯh. emp. cum manuſata. §. Sylua cædua. Secũ-
a do no. † q lex quæ loquitur de certo tpe, attenta eius ratione po-
teſt reſtringi, & ampliari. Tertio no. quod id quod per ſupra or-
dinariam præſtationem præſtatur, vt plauſtrum, lignorũ in quin-
quennij fructu connumeratur. Et hoc facit ad quæſtionem, ſu-
per qua fuit conſultus Old. a dño Papa Io. quia Archidiaconus
de Capua locauerat Archidiaconatum ſuum. Quærebatur vtrũ
illud quod præſtatur Archidiacono in ſuo iucundo aduentu, in-
cludatur illa locatione. Iſte tex. eſt in argumentum, q ſic, tamen
c non allegatur per Oldr. c ſed ipſe determinauit ꝯtrium, quia iſta
præſtatio concernit perſonam, non autẽ concernit patrimoniũ
Archidiaconatus, arg. J. eo. ſi vero §. item quicquid, & J. ad Treb.
debitor. §. fi. item quia iſta dona non ſunt vniformia, arg. J. de an-
nu. le. l. Seio. §. medico. Item quod præſtatur in ingreſſu, non dr̃
in fructu, vt probatur ex coniunctione duarũ legũ. quæ vſir ad
literam ꝯtriæ J. de vſufr. leg. l. quæro, & de lega. 3. l. his verbis. §.
alumno, ſm Old. In gl. vt pro quota. no. arg. a proportione tpis.
In ea. gl. ibi, bis terra colitur. hæc vera ſm Pet. In ea. gl. ibi, ad ſli
quid. not. 1. eſt vnus fructus quo ad deductionem Sed non, quo
ad diuiſionem. prima verior. In ea. glo. ibi, ſed quid. hæc gl. non
ſolum quærit, ſed ponit exemplum in tex.

ADDITIONES.

a Quod in anno. per hunc tex. vide quod ſignanter voluit idem Bald. in l. ædem. C. loc. & in l. certi, in x q co. iii. per quod declarantur reg. c. potuit, de lo. a. & l. 2. C. de re emphy. & facit ad q. conſultam per Ale. de Imo. in conſi. 106. in 2. & 3. col. in 1. par.

b Et non ſecundũ. Faciunt ad hoc no. per Bar. in l. hoc art. in fi. inſ. de hæredibus inſtituen. per textum in l. boue § hoc ſermone, de verborum ſignific. item faciunt etiam nota. per Albert. de Ro. in ſecunda parte ſtatuto rum, quæſt. 180 incip. per dom. Franciſc. Vbertum item faciunt nota per Bartol. in l. dotis promiſſio, ſupra, de iure dot. & limita hoc dictum, vt per do. Alex. hic in 2. col. in verſ. qui cum ſeq. referendo prædicta, ad quod vide per eum in conſ. 16 in 4 parte, & omnino do. Iac. May in 2. col.

c Per Oldra. Ad quod vide eius conſ. in nu. fuerant conſ. 129. incip. in q. quo quæritur, vbi reſpondit ad iſtum tex. quod illud quod hic vltra præſtabatur, erat certum, in illo caſu incertum.

1 *Fructus rei immobilis percepti intra annum diuortii, ſunt pro rata reſtituendi.*

2 *Interuſurium medii temporis in re dotali cedit lucro mariti.*

3 *Debitori expedit dilationem habere.*

4 *Fructus omnes pendentes dilatione lucratur.*

§ Non ſolũ. Fructus rerũ mobiliũ inter virũ & vxo. diuiduntur pro rata vltimi anni, ſicut fru-
ctus immobiliũ. h. d. In tex. ibi, nihil reddat. lege interrogatiue,
quaſi reſpondeat imò reddat. In tex. ibi, curant. No quod nõ ſo-
lũ inſpicit tempus finis totius actionis conſummationis, ſed etiã
1 proceſſus eiuſdem, q eſt no. ſm Cyn. † No hic q fructus rei im-
mobilis intra annũ diuortij percepti ſunt pro rata reſtituendi.
Contra, cũ reſtõ non debeat fieri niſi poſt annum. ergo interim
maritus debet lucrari fructus beneficio dilationis. hic eſt caſus,
2 & J. eo. ſi conſtante. §. quotiens. vbi vr̃ † q interuſurium medij tẽ
poris cedit lucro mariti. Breuiter ſolue, q ibi loquitur in ciuili
acceſſione ab omni naturalitate abſtracta. i. in vſuris: hic autem
loquitur in acceſſione naturali, vel ciuili loco nãlis ſubrogata, vt ĩ
penſionibus, & vecturis nõ diuer eſt, quia vſura concernit ſolum
tractũ tpis, & tractus tpis concernit maritũ. Sed acceſſio nãlis,
vel quaſi naturalis concernit rem ipſam, & ideo poſt annũ dẽt
reſtitui pro rata tpis vltimi anni, vt C. de rei vxo. actio. §. exactio,
& no. rerum amo. l. ſi mulier, § rerum, per Iac. de Are. dices tu,
3 ſi vir reſtituit, ad quid prodeſt ſibi dilatio anni. † Rñdeo, expedit
debitori dilationẽ hr̃e, vt ſ. de pac. do. l. 4. & de pecu. ſed ſi dãnũ.
§. Marcellus. põt ẽt dici ſm Bar. ĩ §. quotiens, q hic loquitur in fru-
ctibus ſpecies dotalis, ſed §. quotiẽs, loquitur vbi dos ꝯſiſtit in gñe,
vnde fructus non percipit tunc ex re dotali, vel pp rem dotalẽ,
quia genus non eſt res dotalis ſm Bar. & eſt ſubtiliter dictũ, &
4 adde hic q no. J. eo. §. interdũ. Secundo opp. † q oĩs fructus pen-
dentes dilatione lucratur. vt J. ad Trebel. mul. cr. §. alia cã eſt. Sol.
aliud in dilatione. q dat miſerationis cauſa, vt hic, & C. de exe.
rei iud. ſi lõgius, & inſ. de re iu. l. negociorũ, & ſ. de vſuris, tutor,
aliud in ea, quæ conceditur ex pacto, vel a teſtatore, vt l. ſi cum
militi §. cum inter, de compenſa. quæ ad hoc facit notabiliter.

1 *Fructuum appellatione non venit, niſi quod renaſcitur.*

2 *Maritus non poteſt incidere arbores fundi dotalis, quæ non renaſcuntur breui tempore.*

3 *Maritus tenetur vtili actione legis Aquiliæ.*

§ Si fundum. Arbores q ſunt in fundo alias in fru-
ctuoſæ inciſæ ad virum pertinent: aliæ
non: nec theſaurus pertinet ſibi niſi tanquam inuentori pro par-
te dimidia. h. d. de theſauro adde quod dr̃ ſ. de rei vend. a tutore.
In tex. ibi ceciderit. ſupple quæritur. debeant remanere marito,
& reſpondet, ſi hæc. & c. Dy. In tex. ibi, ſed hæ. ſ. arbores cæſæ, ſũt
in fructu. In tex. ibi, puto autem. incipit dicere quæ arbores ſunt
in fructu. In tex. ibi, reſtituetur, ſolu matrim. interim enim eſt
1 viri. No. † hic quod non dicitur in fructu niſi quod renaſcitur.
Et ex h. d. Bar. quia ſi teſtator, qui erat tabellio, legauit vxori v-
ſumfructum omnium bonorum ſuorum, quod quantitas quæ
a percipitur ex Protocollis, a cum ſemel percipiatur, non pertinet
ad vxorem, & ita dicit ſe de facto reſpondiſſe, quod dictum in-
tellige quod non pertinet ad vxorem iure perpetuo, ſed bene p-
tinet, vt illa quantitate vtatur, & fruatur, donec viuit, vt l. 1. de
a vſufru. Secundo no. † quod maritus nõ poteſt incidere arbores,
quæ non renaſcuntur in breui tempore. Idem dicit Dyn. in em-
phyteuta. Et ego habui de facto in emphyteuta. Et dico quod
b talis emphyteuta poteſt expelli, quia facit rem deteriorem, b ni-
ſi tales arbores ſint in fructu, vt C. de ſacroſ. eccl. auth. qui rem,
& facit J. quod vi aut clam, ſi alius. §. notauit & J. de teſti. l. 1. & al.
leg. ll. hic allegatas per Dyn. & idem in colono, qui conduxit ad
longum tpũs. Sed quid ſi domus dotalis, vel emphyteutica indi-
get refectione, nunquid pro illa re aptanda põt incidi arbores?
Dic q ſic. Tex. eſt no. in l. arboribus. in prin. ſ. de vſufr. In gl. vxo-
ri. in §. ſi maritus. ille §. nihil facit, quia vxor ibi dederat damnũ
in rebus proprijs mariti, & ſic nil ad propoſitum. dicunt ergo
quidam, quos ſequitur Bar. quod maritus non tenetur actione.
l. Aquil. quia dñs. quæ ratio parum valet, quia nõ habet liberum
dominium, ſed modificatum, & qualificatum, & ideo excludẽ-
3 do modum dominij tenetur † vtili actione leg. Aquil. arg. ſup. ad
l. Aquil. ſed ſi proprie, & l. ſed ſi patre. Item in iſto §. adde. ſupra
de dolo, eleganter. §. non ſolum. quod no. etiam.

ADDITIONES.

a Protocollis. Vide Bar. in conſ. 50 & dom. Soc. in conſ. c. incip. in cauſa Baptiſtæ, circa med. 3. col. in 1. par. char. 167. & vide Do. Iaſ. May. in §. ſeq. in prin. 3. col.

b Deteriorem. Vide d. Alex. de Imol. hic referentem opin. pro hoc dicto Bal. & ſic declara, & dic vt per eum, & Franc. Cur. ibi in apoſtil. & omnino D. Iaſ. May. qui plene, & no.

Impenſæ

SVMMARIVM.

1 *Impenſa eſt triplex.*
2 *Banna, pœnæ, & mulctæ cenſentur in fructu.*

§. Si vir in fundo. Iſte § tria dicit. Primò loquitur de vtili impenſa facta in re. Secū
do de inutili. Tertio redit ad primum. Et loquitur de impenſa,
q̃ reſpicit fructuū perceptionem. Secunda ibi, & impenſa. Ter-
1 tia ibi. niſi. ¶ † Et ad euidentiam præmitte, q triplex eſt impenſa.
Prima reſpiciens rei commoditatem. quædam rei incommo
ditatem q̃dam fructuum vbertatem, & h d. vtilis, & probabilis
impenſæ rō eſt habenda, non autem improbabilis. In tex. ibi, &
impēſa. mutat caſum nam ſ. impenſa erat vtilis, hic inutilis tam
reſpū rei q̃ fructuum ſm gloſ. ¶ In gl. impenſa. ibi. reſtituere ei,
quia concernebat perpetuam rei vtilitatem, & perpetuum red-
ditum, vt J. ead l. §. ſimili modo. ¶ In ea. gl. ibi, de dolo, dn̄t Do-
ctores q imo actione neg geſt. Et ſic ceſſat de dolo, vt C. de rei
vxo. act. l. 1. §. ſed nec ob impenſas. Et ad iſtam quæſtionem facit
a in rōne ſui. l. ſi pecunia. In prin. ſ. de cond. ob cauſam. ¶ † Extra
no. exiſto. §. ar. q ſi mulier dedit caſtrum in dotem, q caſtrū hēt
territorium, & iuriſdictionem. Et maritus exigit pœnas, & mul-
2 ctas, & banna, a q ſoluto mr̄imonio eadem diuiſio fiet de iſtis
bannis, quæ de cæteris fructib. Nam fructus, & commoditas iu
riſdōnis ſunt pœnæ, & banna, q̃ quotidie naſcuntur, & hēnt cau
ſam quaſi nālem. Et ita allegant iſtum tex. Pet. & Cy. facit de v-
ſufruc. legato. l. generali. §. pe ¶ Si. n. iſta banna non intelligeren
tur in fructu, eſſent integraliter reſtituenda vxori, vt ſup. eadem
lege, in §. ſi fundum; quod eſt falſum, &c.

ADDITIO.

a Et banna. Adde plenius eundē Bal. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & Ang. in l. ſi cōſtante. §. quotiens, infra, eodem, & Pet. de Ancl. in c. 2. ne præ vic. ſu. & Old. in conſ. 148. & omnino dominum Ia. Mai. hic, qui mouit q. de iure præſentandi, prout per eum. vide in 3. col. in verſ. vltra ſcribentes.

SVMMARIVM.

1 *Cauendum eſt de futuris, de præteritis eſt ſoluendum, & de præſentibus.*
2 *Fructus quando veniunt vt acceſſorij ad fundum dotalem, vir non habet annum ad reſtituendum fructus ipſos.*
3 *Maritus propter ſpem fructuum, fundi retentionem habet.*
4 *Poſſeſſio pro cautione cedit.*

1 §. Interdum. † De futuris cauēdū eſt, de præteritis eſt ſoluēdum q̄d ſolui dēt h. d. Circa illud
generale dictum vide. l. no. J. de ſtatulib. ſtatulibertatione. n. &
quod ibi no. per Iac. de Are. In tex. ibi, nihil retinet. ſ. principali-
ter, i. maritus. No. q interdum reſtituit vxori fundus plenus, tūc
dēt viro cauere. vnde diuiſio, quam quidam faciunt, non eſt ra-
tionabilis, quia fructus pendentes diuiduntur in agro, vt, pona-
mus, vnus habeat vltra foſſatum, alter citra foſſatum, niſi partes
de hoc eſſent cōcordes, vt lege. Lucius Titius, familiæ erciſcun.
& lege. Gaius. §. prædijs, de leg. 2. interdum redditur mulieri fun
dus vacuus. tunc ſi omnes fructus pertinent ad maritum, non re
ſtituitur quicquam a marito. Si non omnes, tūc pars fructuum
2 eſt ſtatim cum re reſtituenda, & non cauendum. ¶ † Et not. hic,
quòd quādo fructus veniunt vt acceſſorij ad fundum dotalem,
vir non habet annum ad reſtituendum fructus; quod eſt notabi
3 le. ¶ Not. hic † propter ſpem fructuum maritum non habere re
tentionem fundi. Secus autem ſi fructus eſſent maturi, quia tūc
retinere poteſt vſque ad ſeparationem fructuum, ſecundum gl.
no quæ eſt hic & adde quod hēs inf. de vſufr. leg. l. vſufructu, &
ſup. ſi cer. per l. ſi quis nec cauſam, nec propoſitum. §. res pigno
ri. ¶ In gl. reddet. ibi, noui iur. imò erat idem de iure. ff. quod res
immobilis erat ſtatim reſtituenda ſoluto matrimonio. vt inf. in,
§. exactio. Ia. de Are. & ſ. de iure dot. l. cū in fundo. §. ſi fundus.
Iac. de Ra. & Pet. & not. inſ. de do præleg l. 2. §. fin. ¶ In ea. glo.
ibi, nec mulier cauet, quia non eſt de præſentib. cauen. ſed ſol-
uendum, vel mulier, de condi. ob cauſam ¶ In ea. gl. ibi, relin-
quere, ſcilicet quo ad poſſeſſionem, vt C e. l. dotis. ¶ In ea. glō.
ibi, cauebit. i. vxor viro. ¶ In ea. glo. ibi, in eis. ſ. vxoris. ¶ In ea. gl.
ib., videtur. an velit poſſeſſionem dimittere, vel cauere. ¶ In ea.
4 gl. ibi, quod hic dicit. Item † quia poſſeſſio pro cautione cedit, vt
J. ad Trebel. l. de bonis. §. qui punitio. ¶ In ea. gl. ibi, vel de vtro-
que. hæc vera. & facit. C. de iure fiſci. l. facultas, & de offic. præſ. l.
ſenatuſconſulto. Quando ergo cautio præſtatur ratione reſti-
tuendorum fructuum futurorum, debet duo cōtinere, de fru-
ctib. reſtituen. & non baratandis, vnde maritus poterit ponere
a cuſtodes, vt in Spe. de deci. in fi. ¶ In glo. nuda. a ibi §. quotiens.
Sol. fauor mulieris ſoluit contrarium. nam hic, vt ſatiſdet, eſt e-
ius fauor, quia difficile eſt inuenire fideiuſſorē, vt not. in l. 2. ſup.
eod. ¶ Sed in cōtrario ſimpliciter eſt fauor mulieris, ne ſatiſdet,
ſed vt ei ſatiſdetur. Alij dicunt vtrobique idem, quòd cautio de-
bet eſſe plena, non nuda, & male dicunt, quia hæc dilatio nō in-
dulgeretur mulieri ex beneficio, ſed ex ipſa natura, vt. J. de ver.
oblig. l. interdum, & inſ. de cond. & demon. l. 1. in fin. Bar. dicit,
quòd eſt ſpeciale in vxore, quæ eſt quaſi ſocia. & ideo non arcta
tur ad ſatiſdandum quod tene mentu.

ADDITIO.

a Nuda. Dic, & limita vt per do. Alex. de Imo. hic, & adde omnino Fel. in c. ad noſtrā, de iniu. in 1. col. ver. in gl. ii. & do. Ia. hic in 11. col. & oīno p Old. in conſ. lxviii. & Pau. de Caſt. conſ. ccclvii. quæ dicatur cautio idonea, col. ii. & do. Alex. in conſ. xxxv. col. iiij. in prin. in iii. p. vbi quando fit mētio de cautione ſufficienti, quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi impendit in fructibus, & nihil percepit, ipſius eſt detrimentum.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei non conuenitur niſi in eo, quo factus eſt locupletior.*

§. Impendi. Hic § declarat, q̄d eſt dictū. ſ. e. l. fructus, ga aut impēſæ fiūt gratia fructuū quæren
dorum, & non debent deduci de fructibus, aut fiunt ad perpe-
tuam rei vtilitatem, & tūc repetunt p actionē mādati, vel neg.
geſt. Di. ¶ In tex. ibi, in tutelam. qſi modica expenſa eſt neceſſa
a ria, vt l. hactenus. a ſ. de vſufru. ¶ In tex. ibi curandū. & hoc intel
lige de modica expenſa, vt l. in rebus. § poſſunt. ſup. cōmo. ¶ In
text. ibi, nō petent. ſ. p maritum ab vxore. ¶ In tex. ibi, ſatiſfaciē-
dum eſt. eum ergo habeat omnes fructus, & ſatiſfactio dēt fieri
ex fructibus; ergo nihil pōt petere. ¶ In tex. ibi, plane. ſup. dixit
de expen. contēplatione fructuum, hic contemplatione perpe-
tua. ¶ In tex. ibi, actione. intellige ſecundum modificationem. l.
1 in fundo. ſup. de rei vend. ¶ † Quæro hic duo. primo, ſi maritus
impēdit in fructibus, & nihil percepit, cuius ſit detrimētū? Rn̄.
mariti ſecundum gl. maxime, quia debuit reſpicere hoc poſſe
euenire, vt ſup. loc. l. ſi quis domum. §. pen. Non ob. l. ſi ſumptus,
de peti. hære. quia in petitione hæreditatis magis fauetur bonæ
fidei poſſeſſori. quàm in actione de dote marito. maritus enim
2 ex ſua promiſſione conuenitur. † Sed bonæfidei poſſeſſor non
cōuenitur, niſi in eo, quòd locupletior eſt, nec præcedit aliqua e-
ius promiſſio, vel obligatio; & illa eſt veritas. ¶ Secūdo quæro,
vtrum expenſæ factæ ad perpetuam vtilitatem rei compenſen-
tur cum fructibus? gl. hic dicit, q non, ꝯrium vr̄ no. ſup. de rei vē
di. l in fundo. & l. emptor. Sol. aut conuentus hēt cauſam ab a-
gente, & nō fit compenſatio, vt hic. Aut non habet cauſam ab
agente, & tunc fit compenſatio, vt in ꝯtrijs; quod bene no. &c.

ADDITIO.

a Hactenus. Tu vero ad hoc adde tex. optimum in l. pe. ibi, alioquin. & quæ ſit modica &c. infra. e. l.

LEX IX. alias VIII.

Si fundus. A quodam vniuerſali poteſt excipi particu-
la, quæ veniebat de natura ꝯtus, vt hac l. in
fin. & eſt arg. quòd ſi Abbas concedit fundum in emphyteuſim
vel locat, retento ſibi toto fructu arborum, quod valet reſerua-
a tio, a & habes gl. ord. ſup. de ſeruit. ruſt. præd. l. certo generi, & a-
liam in l. damni. §. Sabinus, de dam. infe.

ADDITIO.

a Reſeruatio. Adde quo. l. ſimile in q. ponit etiam gl. in l. obligationum fere. §. placet, infra, de act. & oblig.

§. Quod in ſementem. Expē facta in ſemē
rē detrahitr̄ de vinde-
a mia eiuſdem anni hoc dicit. Nec eſt iſte. §. alibi ſm Io. Pa. a ¶ In
tex. ibi, vnus fruct' eſt, id eſt vna fructificatio, vel ſic, ſumma iſtū
§ expenſa facta contemplatione fructus aridi, ſuppletur ex liq-
do eiuſdem anni. hoc dicit. tene menti hunc caſum &c.

ADDITIO.

a Io. Pa. Adde, quòd iſte Io. Pa. fuit magiſter Baldi, & magnus textualis, & fuit Senenſis, vt per do. Alex. hic.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio eſt duplex, realis, & verbalis, & in re immobili non cadit niſi verbalis.*
2 *Dies tacita interpellat, ſicut expreſſa.*
3 *Contumacia appellatur maleficium.*
4 *Mora nihil aliud eſt, quam culpa quædam in omittendo.*
5 *Pœnæ capitales requirunt dolum.*
6 *Maior eſt culpa in committendo, quam in omittendo.*

LEX IX. alias X.

Si mora Mora mulieris in recipiendo commiſſa, mariti
periculum extenuat, vt non teneatur de culpa
in ommittendo; tenetur tamen de fructibus perceptis. h d. Di-
uiditur in tres partes lex iſta. nam primo ponit dictum. Secūdo
rōnem. Tertio ponit quoddam aliud dictum. Scđa ibi, ne facto.
1 Tertia ibi. fructus ¶ † In gl. q̄d eſt. ibi, oblata. duplex eſt oblatio,
verbalis, & realis, & in re immobili non cadit niſi verbalis obla
a tio, a quæ idē q̄d realis operat, & adde q̄d not. C. de diſtra. pig. l. ſi
reſiduum

ADDITIO.

a And. Bar. Obligatio. Quod dic verū, ſecundū eundē Bal. in d. l. acceptā, in 2. q. C. de vſur. ſtatim allegata eſſe vera, ſi verbaliter rē immobilē offerēs illā habeat ſolutio. paratā; alias ſecus. allegat in ſimili not. p Dn̄. in reg. peccatū, de reg. iur. in vj. dū ibi dicit Do. q ſi fœnerator offerat ſoluere, & reſtituere vſuras, quas extorſit, puta Titio, nō liberatur a peccato, licet dicat Titius q ſibi illas remittit, niſi fœnerator haberet tūc pecuniā reſtitutioni paratā per no. gl. Doct. in l. ſingularia, ſupra. ſi cert. peta. quod no. & tene menti. Vide tamen Pet. de Anc. poſt Fed. de Se. in conſ. cccvii. q gratuita remiſſio vſurarum ſufficit, quia ſufficit quātercunq; creditori ſatiſfiat.

eſt curandum de bono nomine, a vt lege, facta. §. ſi in danda, ff.
ad Trebell.aut eſt nomen appellatiuum,& tunc bene eſt curan-
dum de nomine,& Etymologia, lege ſecunda.§.appellata, ſi cer
tum petatur, aut eſt nomen demonſtratiuum; & idem de verb.
ſignifi.l.tugurij,& l.vt Alphenus,& lege prima poſt princip. de
pact.& lege prima, de iuſtitia & iure.& facit extra, de reſcript.
cap. Rodulphus. Si matrimonium eſt prohibitum, an poſſit re-
peti datum? reſpõdeo aut loquimur in arrhis, aut in dote, aut in
donis. Si in arrhis, dic quod repetuntur, vt l.finali.C. de ſponſa.
Si in dote, aut matrimonium non tenuit ratione turpitudinis,
aut propter aliam prohibitionem. Si propter aliam prohibitio-
nem, repetetur, vt l.a diuo Pio ſupr. de ritu.nupt. & lege prima,
de cond.ob cauſam, nec videtur donare, quia expreſſa cauſa, li-
cet inualida, facit ceſſare præſumptionem tacitæ donationis, vt
l.ſi cum aurum, ff. de ſolu.& ibi Cyn. Si propter turpitudinem:
aut eſt datum ab ignorante factum prohibitum, & repetitur,
non autem perditur dos: aut a ſciente factum,& ius, & non repe
titur, de inceſt.nup.lege, qui contra: aut a ſciẽte factum, & igno
rante ius naturale,& non repetitur, vt lege, venia, de in ius voc.
Et hoc, ſi eſt datum pro matrimonio contracto de facto: ſed ſi
pro matrimonio contrahendo, repetitur, vt lege, auunculo. ff.
de condictione ſine cauſa. aut dubitatur; & tunc error facti præ
ſumitur. Adde quod not. infra, de rogu. iur. lege, nihil conſen-
9 ſui.§.fin. † vbi nimia perſonarum proximitas ſeiẽtiæ præſum-
10 ptionem inducit, vt lege, Octaui, ff. vnde cog. † Error vero iuris
naturalis non præſumitur, nec error iuris ciuilis: tamen hoc de
errore iuris ciuilis fallit, ſi contra probetur ex perſpicuis indi-
cijs, vt C.de his qui ſibi aſcrip.lege, Senatus. Item fallit in mu-
b lieribus, b vt lege, ſi adulterium cum inceſtu. § primo. ff de adul
ter. Sed quare minus punitur dans pro matrimonio contrahen
11 do, quam pro contracto? † Reſpondeo, quia in matrimonio
contrahendo non fuit turpitudo conſummata, & pœna quæ
imponitur ipſo facto per legem, requirit turpitudinem cõſum-
matam, non inchoatam vt lege prima. §. hæc verba, quod quiſ-
que iur.& fac. quod not. in cap. propter, extra, de elect. libr. 6 in
nouella. vbi nota quod licet ſententia hominis non ſemper re-
quiritur factum conſummatum: tamen ſententia legis ſem-
c per requirit factum conſummatum, c quod eſt not. facit extra,
de donat. inter virum & vxorem, capitulo ſecundo, & capitulo
prudentiam. Si vero loquimur de donatio. inter has perſonas,
tunc ſi turpitudo fuit immediata cauſa, non repetuntur, lege fi-
nali. de actio.& oblig. ſi ſeparatur matrimonium, tunc ſic. &
prędicta vera de matrimonio perfecto; ſed de imperfecto dic, vt
ſupra, de condicti. ob cauſam l.quod ſeruus, & l.cum quis, & fa
cit inf. de his quibus vt indignis l.Claudius. Bal.

ADDITIONES.

a An B Nomine. Facit, quia ex malo noĩe ſępe oritur ſiniſtra ſuſpitio, vt di
cunt Doct. in proce decre. in ver. Gregorius Epiſcopus, allegantes, q̃ habe
tur ibi in tex.& gl. in l.facta.§.ſi in danda. ff. ad Treb.& in ſimili gl. in c.
licet, de elec.& refert Io. An. in c.gratis, de depoſi. vxorẽ ſuã d. Milancium
ſolere dicere q̃ etſi nomina deberent emi magno precio, q̃ deberet emi
pulchrum nomen filio. Car. Flo. in c. 2. de præben. Et hinc eſt q̃ Accurſius
gloſſator in d.§.ſi in danda, multum gloriatur de nomine ſuo. Imo plus
dicit Io. And. in c.gratis, & ibi Card.& Imo. in 1. col. per illũ tex. in ver.
ſedem, quod præcauere dẽt quis, ne in aliquo confidat, qui habeat turpe
nomen; & ſic ſi cognito nomine depoſuerit res ſuas, & eas perdiderit, ſi-
bi imputet, quia fuit in negligentia, & late d. Maria Senen. in c. cum dile-
cta, extra, de excel. præla. adde quod inquit Plutarchus de liberis educan-
dis, procurare debent patres, vt filij bonis nominibus nuncupentur.
b Mulieribus. Vide Rom. in conſ. 506.
c Conſummatum. Adde quod idem dicit Bal. in conſ. 256.

§. Quemadmodum. Iſta dictio Quemadmodum, ponitur interdum
ſimilitudinarie, vt lege, cum oportet, in princip. C. de bon. quæ
liber. Interdum exemplificatiue, vt lege, ſed & ſi lege. §. primo.
ff. de petitio. hæred. Interdum modificatiuè, argumen. legis, edi-
ta, C. de edẽ. Interdum interrogatiuè, vt quemadmod. teſta. aperi.
Interdum deſcriptiuè. ſi ſermo in alium non dirigitur, vt hic.
& facit ad no. per Cyn. C. de contrahen.& commit. ſtipula. ſecũ-
dum reſponſum. Bal.

LEX PRIMA.

1 *Priuilegia dotium in iteruum concernentia multa ſunt.*
2 *Prædium dotale non ſubiacet pignori prætorio, nec conuentionali.*
3 *Priuilegia perſonalia non tranſmittuntur ad filios, ſalui ſi filij ſint cauſa priuilegij.*
4 *Pro dotibus in dubio præſumitur.*
5 *Orda termonis qualiter conſtitueretur.*
6 *Priuilegium quo præſumitur prioritas tranſit ad heredes.*
7 *Cauſa propria non dicitur niſi lite conteſtata.*
8 *Cauſa dicitur ſum aria, vel ordinaria quatuor modis, & cauſa dotis eſt ſummaria.*
9 *Appellari poteſt a ſententia lata ſuper dote.*
10 *Actio dotis eſt directa, & contraria.*
11 *Contractus dotis eſt de iure gentium.*
12 *Mutuum dicitur eſſe triplex.*
13 *Pater naturalis non tenetur dotare filium.*
14 *Frater an teneatur dotare ſororem, remiſſiue.*
15 *Filius an teneatur dotare matrem, remiſſiue.*
16 *Res mobilis data in dotem durante matrimonio poteſt alienari, ſed reuocatur, ſol. matr.*
17 *Intereſſe eſt duplex publicum, & priuatum.*
18 *Vtilitas Reipublicæ ſubtilitati diſputandi debet præferri.*
19 *Scholares non inuitis ſientes domos poſſunt ingerere dominos ad locandũ ipſis.*
20 *Mulier etiam ſterilis, gaudet priuilegijs dotalibus.*
21 *Ceſſante ratione quando faciat legem ceſſare.*
22 *Legitimæ ſolis præclaram, & famoſam faciunt ciuitatem.*
23 *Cauſa dotis, & ſtudiorum æquiparantur.*
24 *Filius conf. libros ſibi donatos a patre, ſicut filia confert dotem.*
25 *Actus qui dependet a neceſſitate iuris, non regulatur ſecundum voluntatẽ hominis, ſed ſecundum arbitrium.*
26 *Index patre abſente filiam poteſt dotare de bonis patris.*
27 *Bona futurum tacita hypothecam veniunt.*
28 *Dictio ſemper, & vbique, quid importent.*

1 Dotis cauſa. † No. circa hanc materiam, quod plura reperiuntur pri-
uilegia circa materiam dotium. Primum eſt
confirmandæ promiſſionis, vt lege, auia, & le-
ge, legitima, de pactis. Secundum tacitæ pactio
nis hypothecæ, vt §.& vt plenius, in lege, vnica.
C. de rei vxo. actio. Tertium prælationis in per-
ſonali,& hypothecaria, vt lege, aſſiduis, C. qui potio. in pign. ha
ben. Quartum prohibitæ rei dotalis alienationis, lege, ſi prædiũ,
C. de iure dotium. Quintum præſumendæ cauſæ informis ſtipu
lationis, vt lege, quod autem, de iure do. Sed illud quando pro-
miſſio eſt facta ſub commemoratione matrimonij: vt ſi in-
ſtrumentum dicat, Talis intendens nubere Titio, promiſit ei. x.
a Hæredib. An, & quãdo mulier operari [illegible] hæred. b viri, & vbi illi dẽat an in domo hæredum, an vero alibi, ſi ei placuerit. Vide eunoẽ Bal. in l. ſi annalibus. in fine, C. de leg. & in l. ſi donaturus §. 1. ſup. de condit. ob cauſam, & in aut. hoc locũ, C. ſi ſecundo nup. mul. in l. ſi ea [illegible] condit. inſer. & Bal. Ang. & Sal. in l. 1. C. de lega. Bar. in l. Gaio. § Imperator. & in l. 4. § fi. ſuf. de alimẽ. & ciba leg. & Ang. hic, & in l. Titia, de ſol. [illegible] in conſ. 141. Sed quid ſi mulier ab alio, quã ab hæred. [illegible] an poſſ[it] ab hæredibus alimenta præterita petere, vid. [illegible] de ali [illegible] tranſlat. & Pau. contra Bal. Sed tu pro decis [illegible] diſtingu. notab. vt per Bar. in l. libertos quis, § 1. de ali. & cib. leg. Sed quæro quia operas vxor pſtare teneatur hæredibus, dic, vt per Bal. in l. ſi vxorem, C. de cond. inſer.
b Colono. Ad quod videtu no. d. Soc. in conſ. [illegible] quæ ſupertus, verſi. circa 2. q. cum ver. ſeq. in prima parte, & Roin conſ. 309.
c Emergens. Adde Bar. in l. cum hæres. §. Stichum, de ſta. lib. & Bar. in l. libellorum, infra, de acc. & Ia. But. in l. more, ſupra, de ferijs, & Ro. in conſ. 320. vbi multa de ſaluati[on]e teſtium contrariantium.

1 *Compenſatio rerum amotarũ, vel donatarũ cũ fructibus dotis admittitur.*
2 *Dos an extenuetur perceptione fructuum ex rebus obligatis pro dote remiſſiue vide.*
3 *Extenuatio, & compenſatio inter ſe differunt.*
4 *Fructus non computantur cum quantitate, niſi ſint conſumpti.*
5 *Extenuationem ſortis allegans, debet probare conſumptionem fructuum.*
6 *Vna moneta poteſt ſolui pro alia, niſi intereſſit creditoris.*
7 *Libellus, peto fructus ſi extant, ſin autem, peto æſtimationem, valet.*

1 § Ob donationes. † Aeſtimationis rerũ amotarũ, vel donatarũ cũ fructibus dotis admittitur compenſatio. hoc d. In glo. hoc eſt contra ibi, §. ſed nec obſtat res. Iſtud contrarium eſt de iure ſpeciali in dotibus. In ead. glo. ibi, hic non eſt dos. contra vr̃ not. s. eod. ſi ante, in fi. Sed ibi fructus fuerunt percepti ante matrimonium: vnde bene cedunt in augmentum dotis, hic poſt, & ſic ſunt acceſſio dotis, non ipſa dos pncipalis, vt J. eod. ſi marito, §. ſi fundum. circa tñ hunc articulum de compenſatione ſic diſtingue. Aut compenſatio opponitur a muliere: & iſta eſt [illegible], & ita põt intelligi iſte §. aut cõpenſatio opponitur mulieri. Et tunc refert aut opponitur in dote, aut in acceſſorijs dotis. Primo caſu ſunt opi. Nam glo. hic, & l. 1. s̃. eod. tenet ꝙ non obijciatur compenſatio. Sed in l. rei iudicatæ, 1. J. eod. tenet ꝙ poſſit obijci. Et in §. ſed nec ob impenſas, tenet idem & cõiter hoc approbatur. Qui tamen præcedentem opi. tenet, vt aliquid ſit ſpeciale in dote. Sed contra acceſſoria dotis bene admittitur compenſatio. Et ſic per omnia non eſt idem priuilegium in principali. quod in
2 acceſſorio, & ita loquitur iſte § ſecundum [illegible] † Quid de extenuatione vtrum dos extenuetur perceptione fructuum ex rebus obligatis pro dote? dic, ꝙ de iſta quæſt. eſt caſus J. de ſoluto.

3 tio.Titia,quod no.† Dñia inter extenuationem,& compenſatio-
nem eſt, quia extenuatio fit ſine oppoſitione alicuius exceptio-
nis,non m̃ fit niſi ex debito,& ſimili,ſiue conformi, puta quan-
titatis ad quantitatem, vel generis ad idem genus,vt no.Cyn.in
l.1.& 2 C.de pig.act.& gl.tangit ̃J.ſtatim, & Iac.de Are. hic. In
ea.gl.ibi,ſi conuenerit illud cõtrarium eſt de iure communi.In
4 ea gl ibi,& fructib. Nota optimam gl. † ꝙ fructus non compẽ-
ſantur cum quantitate,niſi ſint conſumpti Nam ſicut non poſ-
ſunt ſolui pro quantitate,ita nec ꝯpenſari ſecundum Iac.de A-
re.& Barto. Et hoc probatur aperte ̃J. de fideiuſſ.ſi fideiuſſorem
accepero,& inſ.mandati,ſi is qui negocia, §. fi. & l.fideiuſſorẽ.
Et per hoc limitantur oẽs leges,quæ dicunt ꝙ fructus extenuãt
a ſortem , ꝙ debet intelligi de fructibus conſumptis ᵃ ſecundum
5 Cy.& Bar.& hoc fuit dictum Fran. Ac.† & ideo debitor qui alle
gat extenuationem , debet formare articulum de ꝯſumptione
fructuum,quod eſt no.dicit hic Bar. ꝙ poſtquam eſt facta con-
b ſumptio,non poteſt amodo accreſcere , aut decreſcere æſtima-
tio ᵇ ex mutat. non obſtat l. vinum,ſi cer. quia fructus ibi debe-
bantur in genere.quod non poteſt conſumi: hic in ſpecie,quod
6 eſt menti tenendum.† Extra op.Bar ꝙ vnum genus poſſit ſolui
pro alio,vt aurum pro Argento,vt l.1.& l. Titia,de aur & arg.le
ga.ergo fructus poſſunt pro pecunia ſolui.Sol ſpeciale eſt in pe-
cunia,ꝙ vbi non intereſt creditoris,poſſit ſolui vna moneta pro
alia,vt no.C.de dona.ſi quis argentum. & de ſol. Paulus.Ego al-
lego legem notabilem. inſ.de verb.obl.l.quæ extrinſecus,& ibi
7 per Pe.† Vltimo prædicta faciunt pro libellis,peto fructus ſi ex-
tant,& ſi non extant, peto eorum æſtimationem . Qui libellus
eſt formatus recte ſecundum iſtam gl. Bal.

ADDITIONES.

a Conſumptis. Adde Bal.in l.1.ſup.al.in tex. C.de pig.ac.& in l.fi e tit.& in l.pe.in prin. C.de nõ nu pe.& in l. quiuis. C.in qui.cau. pig ta.cõ.& adde Ant Bu.in c.ad noſtram,de iniur & Pe de Anc & Io.An.in c. 1 de vſu.

b Aeſtimatio. Adde Bal.in l.2 ad fi C.de ſin.& li.expen.& idem no.per.in l. eum qui inſ.de his,qui vt indig.& in l diuerſo § 1.ſup.de rei vend.

---

1 *Emens vuas vernaceas, vel roſas quæ fructificant bis in anno, debet habe-re primum fructum tantum.*

2 *Lex quæ loquitur de certo tempore,attenta eius ratione poteſt reſtringi,& ampliari.*

1 § Quod in anno. ᵃ Statutum in anno habet locũ
in ſex menſibus,& in quinquen
nio,ſi ibi eadem ratio reperitur.h.d.In tex.ibi,fructus.l andi, vt
quia ſit talis terra, quæ bis ſeritur in annis,& de ſex menſibus in
ſex menſes.In tex.ibi,dici põt in vno anno, vt pro quota parte il
lorum plurium annorum , quo ſteterit matrimonium,lucratur
vir,& pro reliqua vxor,q̃n in illis plurib.annis non percipitur ni
ſi vnus fructus.vnde ſm: Bar.ſi in vno anno fiant meſſes frumẽ
ti ſeminati, & in anno ſequenti nil ſeminaretur,vel ſeges mino
ris valoris illi duo anni computantur pro vno, vt pro quota par
te illorum duorum annorum durauit matrimonium, lucratur
vir,pro reliqua vxor ſm Bar.hic, & eſt caſus hic.In tex.ſi vir.pro
1 alia reſtituatur vxori ſm Dy.Tene menti prædicta.† No. primo
hunc §.in argm̃ ad quæſtionem de eo q emit vuas vernacias,vel
roſas, quæ fructiferant bis in anno, quia non debet habere , ni-
a ſi primum fructum & non ſecundum, ᵇ & ita fuit diſputatum
b vltra montes, ſm Iac.de Ra.& Cy. arg.̃ꝯ.ſup.de vſufruc.defun-
cta.§.fi.& facit de ꝯh.emp.cum manuſata.§.Sylua cædua.Secũ-
2 do no:† ꝙ lex quæ loquitur de certo tpe,attenta eius ratione po
teſt reſtringi,& ampliari. Tertio no.quod id quod per ſupra or-
dinariam pręſtationem pręſtatur,vt plauſtrum,lignorũ in quin
quennij fructu connumeratur. Et hoc facit ad quæſtionem, ſu-
per qua fuit conſultus Old. a dño Papa Io.quia Archidiaconus
de Capua locauerat Archidiaconatum ſuum. Quęrebatur vtrũ
illud quod præſtatur Archidiacono in ſuo iucundo aduentu,in-
cludatur illa locatione.Iſte tex.eſt in argumentum,ꝙ ſic,tamen
c non allegatur per Oldr. ᶜ ſed ipſe determinauit ꝯrium,quia iſta
præſtatio concernit perſonam , non autẽ concernit patrimoniũ
Archidianatus,arg. ̃J. eo. ſi vero.§.item quicquid,& ̃J.ad Treb.
debitor.§.ſi item quia iſta dona non ſunt vniformia,arg. ̃J.de an
nu le.l.Seio.§.medico. Item quod præſtatur in ingreſſu,non dr̃
in fructu,vt probatur ex coniunctione duarũ legũ , quæ ſ̃nt ad
inn.cein ꝯriæ ̃J.de vſufr.leg.l. quæro,& de lega.3.l.his verbis.§.
alumno,ſm Old.In gl. vt pro quota. no.arg a proportione tpis.
In ea.gl.ibi,bis terra colitur. hæc vera ſm Pet In ea.gl.ibi,ad ali
quid.not.i. eſt vnus fructus quo ad deductionem Sed non,quo
ad diuiſionem. prima verior. In ea.glo.ibi,ſed quid.hæc gl.non
ſolum quærit,ſed ponit exemplum in tex.

ADDITIONES.

a Quod in anno. per hunc tex. vide quod ſignanter voluit idem Bald.in l. eadem.C.loc & in l.ceni,in s q.n.tit.per quod declarantur reg.c.potuit, de lo 2.& l.2.C.de iu emphy.& facit ad q.conſultam per A.ex.de Imo.in conſ. 106 in 2.& 3.col.in 3.par.

b Et non ſecundũ. Faciunt ad hoc no.per Bar.in l.hoc en.in fi.inſ de hæredibus inſtituen. per textum in l. boues §. hoc ſermone,de verborum ſignific Item faciunt etiam nota.per alberi.de Ro.in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt.180 incip. per dom.Franciſc Vberium Item faciunt nota per Bartol.in l.dotis promiſſio,ſupra,de iure do.& limita hoc dictum,vt per do.Alex.hic in 2.col.in verſ.qui cum ſeq.referendo prædicta,ed quod vide per eum in conſ.16 in 4.parte,& omnino do. Iac.May in 2.col.

c Per Oldra. Ad quod vide eius conſ.in no. ſuorum conſ.129 incip.in q. qua quæritur, vbi reſpondit ad iſtum tex. quod illud quod hic vltra præſtabatur,erat certum,in illo caſu incertum.

---

1 *Fructus rei immobilis percepti intra annum diuortii, ſunt pro rata reſtituendi.*

2 *Interuſurium medii temporis in re dotali cedit lucro mariti.*

3 *Debitori expedit dilationem habere.*

4 *Fructus omnes pendentes dilatione lucratur.*

§ Non ſolũ. Fructus rerũ mobiliũ inter virũ & vxo.
diuidunt̃ pro rata vltimi anni , ſicut fru-
ctus immobiliũ.h.d. In tex.ibi, nihil reddat.lege interrogatiue,
quaſi reſpondeat imò reddat. In tex.ibi,currat̃ No quod nõ ſo-
lũ inſpicit̃ tempus finis totius actionis conſummationis,ſed etiã
1 proceſſus eiuſdem,ꝙ eſt no ſm Cyn.† No hic ꝙ fructus rei im-
mobilis intra annũ diuortij percepti ſunt pro rata reſtituendi .
Contra,cũ reſtõ non debeat fieri niſi poſt annum ergo interim
maritus debet lucrari fructus beneficio dilationis. hic eſt caſus,
2 & ̃J.eo.ſi conſtante.§.quotiens.vbi vr̃† ꝙ interuſurium medij tẽ
poris cedit lucro mariti. Breuiter ſolue, ꝙ ibi loquitur in ciuili
acceſſione ab omni naturalitate abſtracta. i.in vſuris: hic autem
loquit̃ in acceſſione naturali, vel ciuili loco nãtis ſubrogata, vel̃
penſionibus,& vecturis rõ dr̃iæ eſt,quia vſura concernit ſolum
tractũ tpis, & tractus tpis concernit maritũ. Sed acceſſio nãlis ,
vel quaſi naturalis concernit rem ipſam, & ideo poſt annũ dẽt
reſtitui pro rata tpis vltimi anni,vt C.de rei vxo.actio.§.exactio,
& no.rerum amo.l.ſi mulier,§ rerum, per Iac.de Are.dices tu,
3 ſi vir reſtituit. ad quid prodeſt ſibi dilatio anni.† Rñdeo,expedit
debitori dilationẽ hr̃e, vt s̃ de pac.do.l.4.& de pecu. ſed ſi dãnũ.
§.Marcellus.põt ẽt dici ſm Bar.ĩ §.quotiens, ꝙ hic loquit̃ in fru
ctibus ſpeciei dotalis,ſed §.quotiẽs,loquit̃ vbi dos ꝯſiſtit in gñe,
vnde fructus non percipit̃ tunc ex re dotali, vel pp rem dotalẽ,
quia genus non eſt res dotalis ſm Bar. & eſt ſubtiliter dictũ, &
4 add. hic ꝙ no.̃J.eo §.interdũ.Secundo opp.† ꝙ oĩs fructus pen-
dentes dilatione lucrat̃.vt ̃J ad Trebel.mulier.§.alia cã eſt. Sol.
aliud in dilatione. q̃ dat̃ miſerationis cauſa, vt hic. & C.de exe.
rei iud.ſi lõgius, & inſ.de re iu.l.negociorũ, & s̃ de vſuris,tutor,
aliud in ea. quæ conceditur ex pacto, vel a teſtatore, vt l.ſicum
militi §.cum inter,de compenſa. quæ ad hoc facit notabiliter.

---

1 *Fructuum appellatione non venit, niſi quod renaſcitur.*

2 *Maritus non poteſt incidere arbores fundi dotalis, quæ non renaſcuntur breui tempore.*

3 *Maritus tenetur vtili actione legis Aquiliæ.*

§ Si fundum. Arbores q̃ ſunt in fundo alias in fru-
ctuoſæ inciſæ ad virum pertinent:alia
non:nec theſaurus pertinet ſibi niſi tanquam inuentori pro par
te dimidia. h.d de theſauro adde quod dr̃ s̃.de rei vend.a tutore.
In tex.ibi ceciderit.ſupple quæritur. debeant remanere marito.
& reſpondet,ſi hæc,& c.Dy.In tex.ibi,ſed hæ.l.arbores cęſæ,sũt
in fructu.In tex.ibi. puto autem. incipit dicere quæ arbores ſunt
in fructu In tex.ibi, reſtituetur, ſolũ matrim. interim enim eſt
1 viri.No. † hic quod non dicitur in fructu niſi quod renaſcitur .
Et ex h.d. Bar.quia ſi teſtator, qui erat tabellio , legauit vxori v-
ſumfructum omnium bonorum ſuorum, quod quantitas quæ
a percipitur ex Protocollis, ᵃ cum ſemel percipiatur,non pertinet
ad vxorem , & ita dicit ſe de facto reſpondiſſe, quod dictum in-
tellige quod non pertinet ad vxorem iure perpetuo,ſed bene p-
tinet, vt illa quantitate vtatur, & fruatur, donec viuit,vt l.1.de
2 vſufru.Secundo no.† quod maritus nõ poteſt incidere arbores,
quæ non renaſcuntur in breui tempore.Idem dicit Dyn.in em
phyteuta. Et ego habui de facto in emphyteuta. Et dico quod
b talis emphyteuta poteſt expelli,quia facit rem deteriorem,ᵇ ni-
ſi tales arbores ſint in fructu, vt C.de ſacroſ.eccl.auth.qui rem,
& facit ̃J.quod vi aut clam,ſi alius.§ notaui & ̃J.de teſtu.l.1.& al
leg.ll.hic allegatas per Dyn, & idem in colono,qui conduxit ad
longum tp̃s.Sed quid ſi domus dotalis, vel emphyteutica indi-
geat refectione, nunquid pro illa reaptanda põt incidi arbores ?
Dic ꝙ ſic. Tex.eſt no.in l.arboribus.in prin.s̃.de vſufr. In gl.vxo-
ri.in §.ſi maritus.ille §.nihil facit, quia vxor ibi dederat damnũ
in rebus proprijs mariti , & ſic nil ad propoſitum . dicunt ergo
quidam,quos ſequitur Bar. quod maritus non tenetur actione.
l.Aquil.quia dñs.quæ ratio parum valet, quia nõ habet liberum
dominium,ſed modificatum,& qualificatum. & ideo excludẽ-
3 do modum dominij tenetur † vtili actione leg Aquil.arg.ſup.ad
l.Aquil.ſed ſi proprie, & l.ſed ſi patre.Item in iſto §.adde.ſupra
de dolo,eleganter.§.non ſolum. quod no.etiam.

ADDITIONES.

a Protocollis. Vide Bar.in conſ.90.& dom.Soc.in conſ.c.incip.in cauſa Baptiſtæ,circa med.3.col.in 1.par.char.167. & vide Do.Iaſ.Mey.in §.ſeq.in prin.3.col.

b Deteriorem. Vide d.Alex.de Imol.hic referentem opin. pro hoc dicto Bal. & ſic declara,& dic vt per eum,& Franc.Cur.ibi in apoſtil.& omnino D. Iaſ.May.qui plene,& no.

Impenſæ

SVMMARIVM.

1 *Impenſa eſt triplex.*
2 *Banna, pœnæ, & mulctæ cenſentur in fructu.*

§. Si vir in fundo. Iſte § tria dicit. Primò loquitur de vtili impenſa facta in re. Secũdo de inutili. Tertio redit ad primum. Et loquitur de impenſa, q̃ reſpicit fructuũ perceptionem. Secunda ibi, & impenſa. Ter-
1 tia ibi, niſi. ¶ † Et ad euidentiam præmitte, ꝙ triplex eſt impenſa. Prima reſpiciens rei commoditatem. quædam rei incommoditatem. q̃dam fructuum vbertatem, & h. d. vtilis, & probabilis impenſæ rõ eſt habenda, non autem improbabilis. In tex. ibi, & impẽſa. mutat caſum. nam ſ. impenſa erat vtilis, hic inutilis tam reſpũ rei q̃ fructuum ſm gloſ. ¶ In gl. impenſa. ibi. reſtituere ei, quia concernebat perpetuam rei vtilitatem, & perpetuum redditum, vt ĩ. ead. l. §. ſimili modo. ¶ In ea. gl. ibi, de dolo, dñt Doctores ꝙ imo actione neg. geſt. Et ſic ceſſat de dolo, vt C. de rei vxo. act. l. 1. §. ſed nec ob impenſas. Et ad iſtam queſtionem facit
2 in rõne ſui. l. ſi pecunia. in prin. ſ. de cond. ob cauſam. ¶ † Extra no. ex iſto. §. ar. ꝙ ſi mulier dedit caſtrum in dotem, ꝙ caſtrũ hẽt territorium, & iuriſditionem. Et maritus exigit pœnas, & mul-
a ctas, & banna, a ꝙ ſoluto mrimonio eadem diuiſio fiet de iſtis bannis, quæ de cæteris fructib. Nam fructus, & commoditas iuriſdõnis ſunt pœnæ, & banna, q̃ quotidie naſcuntur, & hẽnt cauſam quaſi nãlem. Et ita allegant iſtum tex. Pet. & Cy. facit de vſufruc. legato. l. generali. §. pe. ¶ Si. n. iſta banna non intelligerentur in fructu, eſſent integraliter reſtituenda vxori, vt ſup. eadem lege, in §. ſi fundum; quod eſt falſum, &c.

ADDITIO.

a Et banna. Adde plenius eundẽ Bal. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & Ang. in l. ſi cõſtante. §. quotiens, infra, eodem, & Pet. de Anch. in c. 2. ne præ vic. ſu. & Old. in conſ. 148. & omnino dominum Ia. Mai. hic, qui mouit q. de iure præſentandi, prout per eum. vide in 3. col. in verſ. vltra ſcribentes.

SVMMARIVM.

1 *Cauendum eſt de futuris, de præteritis eſt ſoluendum, & de præſentibus.*
2 *Fructus quando veniunt vt acceſſorij ad fundum dotalem, vir non habet annum ad reſtituendum fructus ipſos.*
3 *Maritus propter ſpem fructuum, fundi retentionem habet.*
4 *Poſſeſſio pro cautione cedit.*

1 §. Interdum. † De futuris cauẽdũ eſt, de præteritis eſt ſoluẽdum qđ ſolui dẽt. h. d. Circa iſtud generale dictum vide. l. no. ĩ. de ſtatulib. ſtatuliberationem. & quod ibi no. per Iac. de Are. In tex. ibi, nihil retinet. i. principaliter, i. maritus. No. ꝙ interdum reſtituit vxori fundus plenus, tũc dẽt viro cauere. vnde diuiſio, quam quidam faciunt, non eſt rationabilis, quia fructus pendentes diuiduntur in agro, vt, ponamus, vnus habeat vltra foſſatum, alter citra foſſatum, niſi partes de hoc eſſent cõcordes, vt lege. Lucius Titius, familiæ erciſcun. & lege. Gaius. §. prędijs. de leg. 2. interdum redditur mulieri fundus vacuus. tunc ſi omnes fructus pertinent ad maritum, non reſtituitur quicquam a marito. Si non omnes, tũc pars fructuum
2 eſt ſtatim cum re reſtituenda, & non cauendum. ¶ † Et not. hic, quòd quãdo fructus veniunt vt acceſſorij ad fundum dotalem, vir non habet annum ad reſtituendum fructus; quod eſt notabi
3 le ¶ Not. hic † propter ſpem fructuum maritum non habere retentionem fundi. Secus autem ſi fructus eſſent maturi, quia tũc retinere poteſt vſque ad ſeparationem fructuum, ſecundum gl. no. quæ eſt hic & adde quod hẽs. in l. de vſufr. leg. l. vſuſfructu, & ſup. ſi cer. per l. ſi quis nec cauſam, nec propoſitum. §. res pignori. ¶ In gl. reddet. ibi, non i tur. imò erat idem de iure. ff. quod res immobilis erat ſtatim reſtituenda ſoluto matrimonio. vt inf. in, §. exactio. Ia. de Are. & ſ. de iure dot. l. cũ in fundo. §. ſi fundus. Iac. de Ra. & Pet. & not. inſ. de do præleg. l. 2. §. fin. ¶ In ea. glo. ibi, nec mulier cauet, quia non eſt de præſentib. cauen. ſed ſoluendum, vt l. mulier, de condi. ob cauſam ¶ In ea. gl. ibi, relinquere, ſcilicet quo ad poſſeſſionem, vt C. e. l. dotis. ¶ In ea. glõ. ibi, cauebit. i. vxor viro. ¶ In ea. glo. ibi, in eis. ſ. vxoris. ¶ In ea. gl. ib., videtur. an velit poſſeſſionem dimittere, vel cauere. ¶ In ea.
4 gl. ibi. quod hic dicit. Item ꝙ quia poſſeſſio pro cautione cedit, vt ĩ. ad Trebel. l. de bonis. §. qui punitio. ¶ In ea. gl. ibi, vel de vtroque. hæc vera. & facit. C. de iure fiſci. l. facultas, & de offic. præſ. l. ſenatuſconſulto. Quando ergo cautio præſtatur ratione reſtituendorum fructuum futurorum, debet duo cõtinere, de fructib. reſtituen. & non baratandis, vnde maritus poterit ponere
a cuſtodes, vt in Spe. de deci. in fi. ¶ In glo. nuda. a ibi §. quotiens. Sol. fauor mulieris ſoluit contrarium. nam hic, vt ſatiſdet, eſt eius fauor, quia difficile eſt inuenire fideiuſſorẽ. vt not. in l. 2. ſup. eod. ¶ Sed in cõtrario ſimpliciter eſt fauor mulieris, ne ſatiſdet, ſed vt ei ſatiſdetur. Alij dicunt vtrobique idem, quod cautio debet eſſe plena, non nuda, & male dicunt, quia hęc dilatio nõ indulgeretur mulieri ex beneficio, ſed ex ipſa natura, vt. ĩ. de ver. obligat. l. interdum, & inf. de cond. & demon. l. 1. in fin. Bar. dicit, quòd eſt ſpeciale in vxore, quæ eſt quaſi ſocia. & ideo non arctatur ad ſatiſdandum quod tene menti.

ADDITIO.

a Nuda. Dic, & limita vt per do. Alex. de Imo. hic, & adde omnino Fel. in c. ad noſtrã, de iniu. in 1. col. ver. in gl. ii. & do. Iaſ. hic in ij. col. & oino p Old. in conſ. lxviii. & Pau. de Caſt. conſ. ccclvii. quæ dicatur cautio idonea, col. ii. & do. Alex. in conſ. xxxv. col. iiij. in prin. in iii. p. vbi quando fit mẽtio de cautione ſufficienti, quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi impendit in fructibus, & nihil percepit, ipſius eſt detrimentum.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei non conuenitur niſi in eo, quo factus eſt locupletior.*

§. Impendi. Hic § declarat, qđ eſt dictũ ſ. e. l. fructus, qa aut impẽſę fiũt gratia fructuũ quærendorum, & non debent deduci de fructibus, aut fiunt ad perpetuam rei vtilitatem, & tũc repetũtur p actionẽ mãdati, vel neg. geſt. Di. ¶ In tex. ibi, in tutelam. qñ modica expenſa eſt necceſſa
a ria, vt l. hactenus. a ſ. de vſufru. ¶ In tex. ibi curandũ. & hoc intellige de modica expenſa, vt l. in rebus. §. poſſunt. ſup. cõmo. ¶ In text. ibi, nõ peteret. ſ. p maritum ab vxore. ¶ In tex. ibi, ſatiſfaciẽdum eſt cum ergo habeat omnes fructus, & ſatiſfactio dẽt fieri ex fructibus; ergo nihil põt petere. ¶ In tex. ibi, plane. ſup. dixit de expen. cõtẽplatione fructuum, hic contemplatione perpetua. ¶ In tex. ibi, actione. intellige ſecundum modificationem. l.
1 in fundo. ſup. de rei vend. ¶ † Quæro hic duo. primo, ſi maritus impẽdit in fructibus, & nihil percepit, cuius ſit detrimẽtũ? Rñ. mariti ſecundum gl. maxime, quia debuit reſpicere hoc poſſe euenire, vt ſup. loc. l. ſi quis domum. §. pen. Non ob. l. ſi ſumptus, de peti. hære. quia in petitione hæreditatis magis fauetur bonæ fidei poſſeſſori, quàm in actione de dote marito. maritus enim
2 ex ſua promiſſione conuenitur. † Sed bonæfidei poſſeſſor non cõuenitur, niſi in eo, quòd locupletior eſt, nec præcedit aliqua eius promiſſio, vel obligatio; & iſta eſt veritas. ¶ Secũdo quæro, vtrum expenſæ factæ ad perpetuam vtilitatem rei compenſentur cum fructibus? gl. hic dicit, ꝙ non, cõtrium vr̃ no. ſup. de rei vẽdi. l. in fundo, & l. emptor. Sol. aut conuentus hẽt cauſam ab agente, & nõ fit compenſatio, vt hic. Aut non habet cauſam ab agente, & tunc fit compenſatio, vt in cõtrijs; quod bene no. &c.

ADDITIO.

a Hactenus. Tu vero ad hoc adde tex. optimum in l. pe. ibi, alioquin. & quæ ſit modica &c. infra, ti. 1.

LEX IX. alias VIII.

Si fundus. A quodam vniuerſali poteſt excipi particula, quæ veniebat de natura cõctus, vt hac l. in fin. & eſt arg. quòd ſi Abbas concedit fundum in emphyteuſim vel locat, retento ſibi toto fructu arborum, quod valet reſerua-
a tio, a & habes gl. ord. ſup. de ſerui. ruſt. præd. l. certo generi, & aliam in l. damni. §. Sabinus. de dam. infe.

ADDITIO.

a Reſeruatio. Adde quod ſimilem q. ponit etiam gl. in l. obligationum fere. §. placet, infra, de act. & obliga.

§. Quod in ſementem. Expẽſa facta in ſemẽtẽ detrahiť de vinde-
a mia eiuſdem anni hoc dicit. Nec eſt iſte. §. alibi ſm Io. Pa a ¶ In tex. ibi, vnus fruct⁹ eſt, id eſt vna fructificatio. vel ſic, ſumma iſtũ § expenſa facta contemplatione fructus aridi, ſuppletur ex ligdo eiuſdem anni. hoc dicit. tene menti hunc caſum &c.

ADDITIO.

a Io. Pa. Adde, quòd iſte Io. Pa. fuit magiſter Baldi, & magnus textualis, & fuit Senenſis, vt per do. Alex. hic.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio eſt duplex, realis, & verbalis, & in re immobili non cadit niſi verbalis.*
2 *Dies tacita interpellat, ſicut expreſſa.*
3 *Contumacia appellatur maleficium.*
4 *Mora nihil aliud eſt, quam culpa quædam in omittendo.*
5 *Pœnæ capitales requirunt dolum.*
6 *Maior eſt culpa in committendo, quam in omittendo.*

LEX IX. aliàs X.

Si mora. Mora mulieris in recipiendo commiſſa, mariti periculum extenuat, vt non teneatur de culpa in ommittendo; tenetur tamen de fructibus perceptis. h. d. Diuiditur in tres partes lex iſta. nam primo ponit dictum. Secũdo rõnem. Tertio ponit quoddam aliud dictum. Scda ibi, ne facto.
1 Tertia ibi. fructus ¶ † In gl. qđ eſt. ibi, oblata. duplex eſt oblatio, verbalis, & realis, & in re immobili non cadit niſi verbalis obla
a tio, a quæ idẽ qđ realis operať, & adde qđ not. C. de diſtra. pig. l. ſi reſiduum

ADDITIO.

a And. Bar. Obligatio. Quod dicit verũ, ſecundũ eundẽ Bal. in d. l. acceptã, in i. q. C. de vſur. ſtatim allegata eſſe vera, ſi verbaliter rẽ immobilẽ offerẽs illã habeat ſolutio. paratã, alias ſecus. allegat in ſimili not. p Din. in reg. peccatũ, de reg. iur. in vj. dũ ibi dicit Di. ꝙ ſi fœnerator offerat ſoluere, & reſtituere vſuras, quas extorſit, puta Titio, nõ liberatus a peccato, licet dicat Titius ꝙ ſibi illas remittit. niſi fœnerator haberet tũc pecuniã reſtitutioni paratã per no. gl. Doct. in l. ſingularia, ſupra, ſi cert. peta. quod no. & tene menti. Vide tamen Pet. de Anc. poſt Fed. de Se. io conſ. ccc... remiſſio vſu rarum ſufficit, quia ſufficit qualitercunq; creditori ſatiſfieri.

reſiduū, & ſup. de reſcin. ven. l. fund. ¶ In ea gl. ibi, vt equus. no.
a in ſpēbus conſignationem nō requiri. a Idem no. in l. acceptam, C. de vſur. Et ad l. e hic, quod no. ſup. de dolo. l. eleganter. § nō ſo lū, in fi. magnæ gl. ¶ In ea gl. ibi l. qui decem. ex illa l. opponit ꝯ tex. illius legis. oām ibi dr̄. ꝙ vſura creditoris debitorem liberat a dolo, nō a culpa. hic autem dr̄. ꝙ liberat a culpa in omittendo; ergo male. ¶ Sol. ibi erat debitor generis, qui tenebatur de caſu ex nā contractus, ideo mora operatur circa caſum, hic erat debitor ſpeciei. Vnde caſus non veniebat de natura contractus. vnde mora non operatur circa culpā ſm Bar. ſimile no. in l. ſi quis. §. quæſitū. ſi qs cau. Alij dicunt ꝙ in omni debito ſiue in genere, ſiue in ſpecie oblatio debitoris facit ceſſare periculum leuis culpę in omittendo, ne facto creditoris debitor perpetuo teneatur cuſtodire, quę eſt ratio literæ noſtræ. Nō ob. gl. illa, qa cū dicit de culpa, debet intelligi in committendo, non in omittendo, qđ videtur ſatis rationabile. Nā debitor poſt morā tenet̄ de caſu. Tñ ſi offerret, poſtea liberat̄ a caſu, & a culpa leui in omittendo, vt hic. qđ eſt bñ not. ¶ In ea gl. ibi. ineſt, ibi enim ineſt conditio, ſi matrimoniū ſoluatur, ſed nō dies certa. vnde non interpellat ꝓ hoīe, vt ſup. eo. l. diuortio. §. interdū, & no. ℑ. de ver. obl. ita ſtipulatus, & per Cy. in l. magnā. C. de cōtrah. & com. ſtip. tex. enim legis noſtræ videtur loq in agro, & ſic in re immobili. Sed in re
a mobili, vel q̄titate eſt vera gl. Et not. ex eo ꝙ dies tacita interpel
b lat, ſicut dies expreſſa. b & illud eſt bene notā. ¶ In gl. eadē. ibi, purget. ſupple. vel nō cōnumerat̄. ff de cōſt. pec. l. ſed ſi alia, & l. itē illā. ¶ In eadē gl. ibi, debet offerre. Itē debet offerre, vt ꝯſequat̄ beneficiū legis noſtre, & deinceps nō teneat̄ de leui culpa in negligēdo commiſſa. ¶ In ea gl. ibi, interpellari debet. Adde, dicit Inn. ꝙ aut pęna inleſit ꝯſtitutioni negatiuę, & requirit̄ admonitio hoīs, vel partis: aut ꝯſtitutioni affirmatiuę, & nō reqrit̄ mo-
c nitio. c ita eleganter loquit̄ Inn. & Hoſt. ī c. extirpādę, ex. de ꝓb. & facit ℑ. de colla bo. l. ſi qs filiū §. ſtipſo, ¶ In ea gl. ibi, q ꝓpō ſe rat. illa gl. loquit̄ in ꝯpēſatione delictorū In ꝯpēſatione vero debitorū q ſunt ī obligatione, nō curamus ex qua cā ſint orta, nec hēt locū hæc gl. Et no. ex hac gl. ꝙ appellat̄ culpa hic, alibi appel
3 lat̄ dolus, vt l. dolus, ſup. mādati † Alibi cōtumacia appellat̄ maleficium, vt ſup de interro. actio. l. ſi filius q. alibi vero dr̄ ꝙ mora non eſt culpa, nec cō. vt no ſup. ad l. Rod. de iactu. l. ſi. §. idē iuris.
4 veritas eſt, ꝙ mora eſt † quædā culpa in omittendo, vt hic, nō tñ eſt maleficiū ꝓprie loquēdo, nec ꝓ maleficio reputatur quo ad punitionē criminalē, niſi qñ mora eſt ꝯtemptus ꝓtoris. quo caſu mulctat. nō tñ ſtricto mō ſic dr̄ maleficiū, vt no. in l. i. C. de mōmul dicebat Bar. ꝙ ex ethymologia vocabuli apparet, ꝙ omittere nō eſt ꝓprie maleficiū, qa nō eſt malefacere niſi interpretatiue, vt in regula, qui nō facit. quę interpretatio non hēt locū in ſtatutis. Ex iſtis ꝯcludit̄ ꝙ ꝯdēnatus ex ꝯtumacia, nō eſt ꝯdēnatus ꝓ maleficio; ad qđ facit. ℑ. de furtis l. q vas. §. 1. ¶ In gl. ſ. leuē. ibi, ſuſceptus. interdū rōne ſolius doli reſultat titulus criminis, ſeu eius diffinitio, & tunc lata culpa nō ęquiparat̄ dolo, vt in furto. interdū titulus, & diffinitio criminis nō cōſiſtit in dolo; tunc
5 recurramus ad genus pęnę diſtinguēdo. † Nā pęnę capitales requirūt dolum. pęnę pecuniarię nō pęna ēt infamię bene exigit dolū hæc ꝓbant̄ hac gl. & no. ℑ. de ver. ſig. l. magna negligētia, & l. j. §. 1. ſi qs teſt. lib. eſſe iuſ. fue. ¶ In ea gl. ibi, & hoc maxime. ¶ Op. ꝙ maritus non exoneret̄ a culpa per oblationē, ſed ab ipſo principio nō teneat̄ de culpa. ſ. in omittendo pure. quia non adhibet diligētiam quam cōiter diligētes hoīes adhibēt in cultura agrorū, vt inf. eo. l. ſi filio. §. maritū. & l. ſi ꝯſtāte. §. maritus. Azo fatet̄ ꝯtriū, qa cū res dotalis ſit tanq̄ propria viri, non debet ab eo exigi rōne culpæ leuioris ſm Azo. Contrariū tenet gl. & doct. Nā dicunt doct. ꝙ ꝯtus dotis celebrat̄ grā vtriuſq;, & ideo de culpabili adminiſtratione tenetur maritus reddere rōnē, ſm regulā l. ſi vt certo. § nunc videndū. ſ. cōmo. quod no. ¶ In glo. non factum. ibi. no. ar. ꝙ in maleficijs in omittendo cōnotari dēt locus, ſicut in committendo, q̄q̄ male videantur poſſe circunſcribi per locū, qa nō ſunt in loco. Hoc ponit Io. And. in Spe. de accu. in iiij. parte, in princ. in ſuis additio. & Bar. in l. libellorum. ff. de accu. ¶ In e. gl. ibi. vel leuiſſima. iſtud non concedit Bar. de iure iſto, ꝙ veniat leuiſſima, quia ſm eum dñiū non transferretur in vxorem recta via, ſed hodie ſic ꝑ l. in reb. C. de iure du. pōt dici, quod rei immobilis dñiū recta via trāſferat̄ ēt ſm ius ff orū, vt no. ℑ e. ſi alienā. Secus in re mobili, niſi poſt annum, vt C. de rei vx. ac. in l. 1. § exactio. Et eſt rō, qa dilatio impedit dñij
6 trāslationē, vt ℑ. de vſuſr. l. Sēpꝛius Attalus. ¶ † In e. gl. ibi, vel negligēdo. no. & ſp allegat̄. ꝙ maior eſt culpa ꝯmiſſionis q̄ omiſſionis. Itē & maleficiū eſt ntaꝰ, vt no. ℑ. ad Syl. l. diuus, tñ illa gl. intellt in maleficio ficto & interꝓtatiuo. Itē facit qđ no. e. n. l. 1. §. ſpubes. ꝑ Di & l. u. C. ſi radu. del. & ℑ. de furtis, l. q vas. §. ¶ In gl. licet. ibi, reddit fructus. ar. ꝙ quia vr̄ habuiſſe rē ꝓ derelicto, ar. ℑ. de dā. infec. l. ꝓtor, in prin. ¶ Sed tū dico, ꝙ ibi fuit paſſus alij cōſtitui ius ī re; hic uō. & ſic ñ ob. ¶ In e gl. ibi. §. dulo. qđ nō vr̄ verū, cū negligentia nō petēns ꝑcipiātur, vt ℑ. ad Treb. l. mulier §. ſi hrdes. Sed ibi in re debita, hic in ꝓpria, ſeu q̄ſi ꝓpria re mulieris. ſm Ia. de Are. & eo modo rñdet ad id, qđ no. ſ. eo. l. de diuiſione.

ADDITIONES.

a Non requiri. Adde Ang. hic, ꝙ licet [illegible] conſignatio in ſacculo, pro vt ſit in pecunia. l. ſi [illegible] requiritur depoſitio, cum depoſit poſſit alle. tex. in l. 1. §. quæ depoſita. ſup. dep. & hic. quo autē dicatur fieri cōſignatio, qūo depoſitio, vide in l. [illegible] ſup. [illegible] Et adde iuxta prædicta, ꝙ vbi realiter offerre debet pecuniā, videt ꝙ ſufficiat eam in marſupio offerre, vt ſentit gl. reputata ſing. in auth. vt exa. inſt. de. §. illud, in verſ. cōteſtetur, ad fin. & ſequitur Bar. in d. l. acceptā, alle. in text. qđ eſt verū, ſi præſentibus teſtibus pecunia numeretur, & poſtea in marſupio offeratur, ita not. intellexit Bal. in [illegible] inſ. de cond. [illegible] dem. & ideo dicit Lud. Rom. in conſ. [illegible] ꝙ [illegible] ſufficit pecuniam fuiſſe oblatam ſuper quodam tapeto, niſi fuerit numerata.
b Expreſſa. Adde textū in l. quoties in diem [illegible] l. ſeq. inſ. de verb. oblig. ſecundū Bal. ibi. facit l. 2. C. de iur. [illegible] illam gl. pro no. alleg. ad hoc in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & in rub. de conſ. pe. vbi alleg. gl. Cy. in l. ſi duo. §. ii. in verſ. conſtituendo tex. de conſt. pec. [illegible] quid dies interpellat pro homine, an & quando locum habeat, vide d. [illegible] in conſ. 107. inci. vt in quæſtione, verſ. [illegible] ergo concluſum, [illegible] & per Fel. in c. licet Heli, de ſimo. in med. [illegible]
c Monitio. Adde qđ idē no. Bal. in auc. hoc amplius, C. de fideic. & Bal. in l. q cum, C. q acc. in quib. locis all. Arch. in plurib. locis. & Bal. i l. magnā, alle. hic in gl. & i [illegible] de pa. Cōſt. in verſ publico latrone, & in l. & ſi poſt tres, in 8. col. ſup. ſi qs cau. & d. An. in c. qa pp. de loc. & in c cū. §. ſi vero, vt li. non cōt & adde Bar. i l. inficiādo. §. infans, ī fi. e. co. inſ. de fur. vbi aliter recitat illud dictū Inn. ꝓ quo dicto Inn. adde tex. ī c. excōicamus. §. moneant, de hęre. & limita, vt per Fed. de Se. in conſ. 109. inci. quod no. fecerit And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Dos a patre profecta ad eū redire debet, licet deceſſerit filia apud hoſtes.*
2 *Dos ad patrem tribus modis reuertitur. primo per ſtipulationem. ſecundo, per ſucceſſionem. tertio iure patrio per conſolidationem, vel iure peculij per occupationem.*

LEX XI. alias X.

1 Si ab hoſtibus. Dos a p̄re profecta ad eū redire debet, licet deceſſerit filia apud hoſtes. h. d. ¶ In tex. ibi, ac ſi nupta. vide inf. de cap. l. non vt a patre. ¶ In tex. ibi, non fuerit tpe mortis, pō [illegible] veritate, fingit̄ tñ fuiſſe, interiecta fictiu [illegible] legis Corn. hic. Din. & dic ꝙ illud principiū pōt
2 intelligi trib. [illegible] ¶ † Primo, ꝙ dos reuertat̄ ad p̄rem ꝑ ſtipulationē. & iſte modus ꝓcedit tā in filia emācipata, q̄ in ñ emācipata, vt ℑ eo. quotiens. Secūdo modo per ſucceſſionē; & iſte modus nō procedit niſi in filia emācipata, vt no. ſ. eo. l. filiæ meæ, dic. vt dicam. ℑ. eo. poſt dotem. Tertio modo, iure patrio per conſolidationem, vel iure peculij per occupationem; tunc non poteſt loqui, niſi in filia in poteſtate. facit l. ſi. C. cōia vtriuſ. iud. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Pactum eſt ſic interpretandum, vt delinquenti non proſit.*
2 *Ex maleficio nemo debet meritum reportare.*
3 *Statutum ſi dicat, quod poſſit vir impune occidere vxorem inuentam in adulterio, tali maleficio non obſtante vir lucratur dotem.*
4 *Maritus negligens vxorem infirmam, nō debet lucrari dotem ea mortua.*
5 *Vulneratus, qui non adhibuit medicum, præſumitur deceſſiſſe ſua culpa.*
6 *Paria ſunt adhibere malum medicum, & nullum.*
7 *Alteratio, vel diminutio pęnę non facit delictum non eſſe delictum.*

§ Si vir vxorem. Pactū de dote lucrāda nō vendicat ſibi locū, ſi vir occidit vxorē. h. d. ¶ In tex. ibi, & e ꝯrio. i. ſi vxor facit pactū de lucrando donatione pp nuptias morte viri, & ipſa toſſicat virū, eā nō lucratur.
1 † No. ꝙ pactū eſt ſic interꝑtādū, vt delinquēti non ꝓſit, verba. n. ſunt referēda ad merētes, nō ad delinquentes, vt ℑ de le. 2. l. Lucius Titius Damā. ¶ † Secūdu no. ꝙ nemo debet reportare meritū ex maleficio. Et facit ad qōnem. Gñali ſtatuto cauet̄, ꝙ occidens bannitū habeat pręmium. Alio ſtatuto cauet̄, ꝙ de quibuſdā bānitus debeat̄ media pęna. Nunc q̄rit̄, nunquid occidens bānitū debeat habere pęnā ſtatuti generalis. Et eſt hic argm̄ ꝙ nō
a a cū gl. ſua. Itē habes hic, ꝙ pactū nō refert ſe ad homicidiū. Quęritur de quo maleficio intelligatur? Rñdet gl. qñ homicidiū nō fuit licitū, licet puniat̄ minori pęna. Sed qd ſi fuiſſet licitū ꝑ ſtatutū, vt puta, qa vir inuenit vxorē in adulterio? Cy. dicit, ꝙ pactū non habet locum in hoc caſu, quia non fuit de hoc cogitatum. Bar dicit, quod qñ homicidium eſt licitum, premium lucratur. Sed hoc eſt verum in præmio legali, ſed in cōuentionali, idem, qñ conuentio continet idem quod lex. quando vero continet
3 contrariū, tunc teneo idem quod Cyn. ¶ † Ex his habemus, ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ poſſit vir impune interficere vxorem inuentam in adulterio, Nunquid vir lucratur dotē ex tali maleficio?

Et

ADDITIONES.

a Qđ nō. Pro quo facit ſm Alex. de Imo. hic, qa ſtatutū ſm erat ſpāle, ꝑ quod in ſua ſpecie videbat̄ a primo gñali receſſum. l. Titia cū teſtū §. Lucius Titius relictis. inf. de l. 2. l. alimēta. §. Baſilicæ, & de ali. & ci. b. leg. l. cō hſ di. §. 9. in prin. & qđ in ſimili ī pulchra. q. decidit ibi Bal. inf. de vul. & pu. & qđ ī alia ſimili q. not. ꝑ doc. in l. Gallus. § ille caſus. inf. de lib. & poſt. facit ēt l. ſanctio, & ibi Bar. ī verſ. circa hoc q̄ro, inf. de pę. & qđ ī ſimili. q. no. Dr. Ang. Bal. & Imo. ī l. talis ſcriptura. inf. de le. 1. & plene ꝑ Bar. ī ſimili qōne ī l. qđ nō. §. ſi. inf. de fun. inſt. inſtr. oq; leg. & Bar. in l. quotiēs. C. fam. e. [illegible] Nec ob. ꝓdictæ deciſio. tex. no. & qđ ibi doc. in l. 3. §. ſed vtrū, verſ [illegible] quęque. inf. ad Syl. cui tāde ꝑ vt hic per d. Alex. de Imo. poſt prin. [illegible]

Et dicēdum eſt, q ſic ſm Bar. nam iſtud homicidiū eſt licitum. & facit l.fi. C.de adult.in 𝔷trariū facit, quia ille qui dicit ius ſibi pſi, non conſequit premium legale, vt J.de furtis. l.interdum. §.q
4 furem. In gl.ibi, medicum. † No. gl. auream quod maritus qui ne
a gligit vxorem infirmam, non debet lucrari dotē a pp mortem ipſius, ſiue tale lucrum perueniat per pactum, ſiue per ſtatutū,
5 ſiue per conſuetudinem. Itē no. ex iſta gl. argumentum † quod ſi vulneratus non adhibuerit medicū, præſumit deceſſiſſe ex ſua
b culpa, b non ex vulnere, qñ qualitas vulneris iudicio medicorū poterat ſe habere ad vitam, & mortem, quod eſt no. dignum. In ea gl. ibi, malum. qñ imperitus medicus reſtificatur, & iudex ſequitur eius iudicium: poſtea iudicio peritorum confertur, & apparet 𝔷trium, reuocatur factum per iudicem, ac ſi eſſet factum p
c falſas atteſtationes. c facit iſta gl. † q paria ſunt adhibere malum
6 medicum, vel nullum, ex iſta gl. etiam patet q vir tenetur vxori parare medicinam, & omnia alia cauſa infirmitatis neceſſaria. In ea gl. ibi, ad minorationem pœnæ. No. quod minoratio pœnæ non facit delictum non eſſe delictum. vnde interdum lex diſponit de delicto, interdum de pœna, interdum de exercitio. Primo caſu ſi diſponit permittendo, licet quantum ad veritatem ſit crimen, quia eſt 𝔷 ius naturale, quod eſt immutabile. tñ quantum ad fictionē legis non eſt crimen, vt l.ſi ſeruus. C.de his qui ad eccle. 𝔷fu. Secundo caſu, aut diſponit de pœna totaliter remouenda, & non reputat pro crimine, aut de parte pœnæ, & tunc non eſt crimen. Tertio caſu tollitur, quod crimen non eſt crimen, q̄tenus in iudicio nō deducat, vt J.rerum amo. l.1. C. de infa. l.1. & in l.
7 decuriones. † Ex prædictis hēs quod alteratio, vel diminutio pœnæ non facit delictum non eſſe delictum. Adde quod habes in l.tranſigere, vel paciſci, per Cy. Extra 𝔷 hunc §. opponitur, & vr q illa dos non debeat hæredib. reſtitui, ſed debeat confiſcari. aufertur enim a marito tanq̄ ab indigno, vt l.cum qui. J.de his quibus, vt indignis Sol ibi loquitur in lucro indigne quæſito, quod aufertur ab indigno. hæc autem lex reſiſtit acquiſitioni, & obuiat principio. vnde ipſo iure non quæritur viro. & non venit fiſcus. & adde quod habes. C.de hæred. inſt. l. ſi pater, & hanc opinionem firmat Iacob. de Aret. hic.

ADDITIONES.

a Dotē. Vide q per hunc tex. voluit no. idē Bal. in l.1. §. ſed ſcimus C.de lati. liber. tollen. & in l. q in vxorē. C.de neg. geſt. & adde eundē Bal. hoc idē dicentē in auth. dos data. C.de dona. ante nup. 2. col. bene facit l. necare. ſſ. de libe agno. & in auth. ſi captiui C.de epiſ. aud. & adde q voluit Bal. per hūc tex. in l.1. C.vñ vir & vx. & adde q idem, ſi denegat alimenta, vt voluit Pau. de Caſt. hic, & Abb. in conſ. 85. 2. lib. & Bal. in conſ. 328. 4. parte.
b Culpa. Sed quid ſi adhibuit medicum, qui eum curauit per incantationes, quæ ſunt prohibitæ? dic idem quod dicitur fuiſſe in culpa adhibendo artem condemnatam, & prohibitam ia medicum, in qua dicit potius mors q̄ vita, & eſt punibilis, nec dr medicum adhibuiſſe, quia tales non ſunt medici, vt per Dom. Soc. in conſ. 178. incip. primo aſpectu ver. confirmantur etiam præmiſſa, in 2 par. char. 50. & vide Bal. in conſ. 193. 4. lib.
c Atteſtationes. Adde q idē tenet Io. And. in ad. ſi. ad Spec. in tit. de homic. §. 1. ver. pone, referens ita tenere Gul. de Suza. in prin. ff & ſequitur D. Ant. & communiter doct. in c. propoſuiſti, de proba. vbi pro hoc adducit c. 2. de purg. vul. & c. licet cauſam matrimonij, de prob. bene facit tex. ſingu. in l. ſi qui adulterij C.de adult. ſecundum intellectum Iac. Butr.

LEX XII.

1 *Mulieri repetenti dotem, ſibi obſtat exceptio dominiū excluſiua.*

1 Si alienam. † Mulieri repetenti dotem ſibi obſtat exceptio dñij excluſiua h d. In gl. quæ incipit, a
a ctione. circa hāc gl. vtrū qō dñij poſſit referri, a ſic diſtingue, aut agitur actione reali, aut agit ex 𝔷ctu, vel quaſi: aut agit ex delicto vel quaſi. Primo caſu pōt referri qō dñij, aut in iſta gl. fallit. C.de præſcr. 30. ann. ſi qs emptionis. §. ſed hoc ſuper illis, & hoc ſi dñiū eſt cā principalis & propria actionis intentatæ. Sed ſi venit adminiculatiue, tūc dic, vt l.1. ſ. fam. ercisc. & l. ſi cum l. §. ſi quæratur, ſi ſeruit. vendic. Scdo caſu, qñ agit ex 𝔷ctu, refert, aut dñiū eſt cauſa 𝔷ctus, & tunc pōt referri qō dñij, vt no. in l. nā & ſi fur. ſ. ſi cer. pet. Aut e𝔷 dñium eſt cauſa nullitatis 𝔷ctus, & idem in l. neq. pignus, de reg. iu. q limita, vt no. Dy. in c. qui ad agendū, de reg. iur. in 6. Si aūt 𝔷ctus eſt cā dñij non pōt referri qō dñij, niſi in limine immineat euictio, vt l. habitationum. §. ſi de peric. & cōmo. rei vend. Tertio caſu. ſ. in quaſi 𝔷ctu dic, vt ſ. de cond. inde. l. indebiti. §. ſed ſi nummi. Quarto caſu. ſ. in maleficio, vel quaſi, dic, vt ſ. de cond. ſur. & ideo §. Neratius, & de agri. & cenſ. l. ſi coloni, & C. de plagia. l. ſi pręſes. Nā ſi quidē dñium excludit titulū criminis, pōt alterari dñium opponentis: alias non. Adde de do-
b minio tertij vtrū poſſit excipi, b dicit Old. aut probatio dñij ſine exceptione excluderet petentem, tunc pōt excipi, vt l. fi. C. de rei vend. Aut non excluderet ſine exceptione, & tunc non pōt excipi, niſi excipiens habeat cauſam a domino, vt l. 2. ſi ager vect. & fam. ercisc. his 𝔷ſr §. 1. & l. loci corpus, ſi ſerui vendi. nam ſicut quis de iure proprio debet agere, ita quotieſcunq. excipiēdo fingitur agere, debet fundare exceptionem de iure proprio, non de iure alieno, vt infra de ſecun. tabu. qui ex liberis. §. teſtamento. dicitur autem agere non ille, qui ſimpliciter negat, ſed ille q ponit excipiendo, vt no. ſ. de prob. l. ei qui. & tene menti hæc verba. In gl. cedendi. ibi, præfertur. i. præferendus eſt per iudicem facta liquidatione tui dñij. Tamen interim res eſt reſtituenda vxori præſtita cautione, vt ſup. de rei vend. l. ſi a quo, & l. pen. de pet. hær. facit quod no. in l. 1. §. apud Iul. ſup. de poſitu. Bal.

ADDITIONES.

a Referri. Vide Pau. de Caſt. conſ. 3.
b Excipi. Vide Pau. de Ca. in conſ. 142. & do. Car. in conſ. 144.

LEX XIIII.

1 *Maritus nō tenetur, niſi in quantū facere pōt, extraneus tenetur in ſolidū.*
2 *Beneficium perſonale non egreditur perſonam.*

1 Maritum. † Maritus nō tenet niſi q̄tū facere pōt: a hæ
a res extraneus tenet in ſolidū. defenſor vero iuris mariti cenſet. h.d. † No. q beneficiū pſonale non egreditur perſonā. facit de ritu nup. non ſolū. §. ſi puellæ. Sup hoc ſic diſtingue. Aut loquimur I cōmiſſione, vel in 𝔷ceſſione, vel in priuilegio. Pimo caſu nunquam commiſſio tranſit ad hēdem, vt J. de cur. fur. o. l. cuius bonis, & J. de tut. & l. antepe. Scdo caſu refert. aut priuilegium conceditur perſonæ pp cām, aut ſimplr, & mere conceditur ipſi cauſæ. Primo caſu, aut loquimur, an tranſeat ad aliam perſonā, q̄ fuit cauſa priuilegij concedendi, & tranſit, vt l. aſſiduis, qui pot. in pig. hab. & ar. J. de excuſ. tuto. l. amiciſſimos. §. Lucius. aut ad aliā perſonā, quæ non erat cauſa priuilegij, & non tranſit, vt hic, & in d. l. non ſolum. §. ſi puellæ, & no. in l. ſciendum, de re iudic. Scdo caſu, qñ conceditur pſonæ pp cām,
a aut illa cauſa cohærebat perſonæ, & non tranſit ad alium, vt l. 3. §. ſi quid filio, de mino. aut non cohærebat perſonæ, vt rei familiaris damnum, vel intereſſe, & tunc tranſit ad aliū. vt infr. de adm. tut. l. ſi minores, & l. non ſolū, de in integr. reſti. & l. Pantonius, de acqu. hær. Tertio caſu qñ priuilegium dat meræ cauſæ, tunc eſt tranſitoriū cū ipſa cā. vt J. de regu. iu. l. in oībus de aqua quo. l. 1. §. permittit. ar. de 𝔷h. emp. l. ſi aquęductu, & de act. emp. l. in venditione. aut priuilegij verba ſunt dubia, & tunc aut ſi fieret extenſio ad ſucceſſorē, priuilegium nimis læderet ius tertij, & præſumitur perſonale, vt extra de inſti. cap. cum veniſſet. Aut
b non læderet ius tertij, tunc innuit gl. qđ præſumat reale, b vt J. de cenſ. l. forma. § q̄q̄. adde hic vltra Dy. c. priuilegiū, ext. de re. iur. & quod no. de excu. mu. ſordidorum, & quod hic per Pet.

ADDITIONES.

a Poteſt. Limita vt per do. Alex. de Imo. hic.
b Reale. An in dubio cenſeatur reale, vel perſonale, vide per Pet. de Ancha. in conſ. 328. per Fed. in conſ. 68. per Barb. in conſ. 64. 2. lib. & per d. Alex. de Imo. conſ. 86. 1. parte.

LEX XV.

Alia cauſa. Vide quod nota. ſupra de procuratori. l. Titius, &c.

1 *Pactū per quod auferetur reuerētia, quæ debetur viro per vxorē, non valet.*
2 *Debitor per pactum pōt ſe obligare ad carcerem publicum, non priuatum.*

1 §. Elegāter. † No. valet pactū, p q aufert reuerētia, quę debet p vxorē viro. h.d. In tex. ibi, reuerētia.
2 no. q pacti. no valet 𝔷 ius reuerētiale. † Quærit hic doct. nunqd debitor p pactū poſſit ſe obligare ad carcerē? bř illa eſt veritas,
a q ad carcerē iudicis: ſed ad carcerē priuatū nō, a licet gl. innuat 𝔷 triū in l. interdū. §. q furē. ff. de fur. & de hoc no. p Dy. in l. 2. de lib. ho. exhi. Cū n. carcer ſit publici iuris, & incarceratio ſit actus iuriſd. nō pōt 𝔷cedi p pactū priuatorū ſimplr: captura aūt, vt ad iudicē ducat, & ibi detineat, vř poſſe pacto pmitti, arg. l. fi. C. de decur. lib. 10. & vide ſup. de neg. geſt. l. nam & ſeruis, in princi. & C. de act. & obl. l. ob ex. & quod ibi per Cy. tene menti.

ADDITIO.

a Non. Ad hoc vide in Ange. ſingulariter in l. nemo pōt, de le. 1. vbi dic, q ſi per partes cōuentū ſit q debitor poſſit pſonaliter, & realiter cōueniri, & capi auctoritate propria creditorū, vel iudicis, q p hoc nec p creditorē nec p iudicē capi, aut carcerari poterit, tū q a debitor nō eſt dñs mēbrorū. a & quia partes nō pñt facere, quin ordo iudiciarius & eius ſolēnitas ſeruari dēat, vt no. in cle. ſæpe, in ver. neceſſario, de ver. ſig. & in c. fin. de iud. li. 6. l. 1. C. de carc. 𝔷ret. iud. & gl. ord. in c. de cauſis, de offi. delega. & per doc. in auct. ꝓferatur. C. de li. cont. Sed iure nō pōt inchoari proceſſus ab executione, ſed requiritur, q pcedat libellus, li. cont. & inſ. l. 1. C. de exequ. rei iu. l. ſi cū nulla inſ. de re iu. Et ad capturā nō pōt perueniri, niſi pcedente libello, & citatione vt pbatur in l. conſentaneū. & ibi Bart. C. quo. & qñ iud. & no. Bar. in l. cū ex co. inf. ad l. Iul. pec. & idē in qualibet executione. l. meminerint. C. vñ vi. ſita tñ hoc vt p Fel. in c. qm, in 8. col. ver. cōfirmatur, vi li. nō cōte. quē vide & vide ad pdicta Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de ſen. § ſequitur, qui alias loquitur, & adde Abb. in conſ. 43. 2. lib.

LEX XVI.

Rei iudicatæ. Extra dic, quod aliquem eſſe ſoluendo interdum eſt cauſa petitionis formandæ, & tūc inſpicit tps lit. conte. Interdū condemnationis moderandæ, & tunc inſpicitur ſnīæ tps. Interdum executionis modificandæ, & tunc inſpicitur tps executionis. primū probat J. de ſo. in pupillo. ſcm probat hic. tertiū pbat inſti. de ac. § ſi. Rſ aūt id, quod eſt cauſa vnius, eſt cā alterius, vt ſ. de neg. geſt. l. Pompo.

1 *Exceptio cōpenſationis tollit ipſo iure obligationem naturalem, & ciuilem.*
2 *Hæredes mariti non poſſunt opponere mulieri repetenti, dicendo q perdit dotem propter adulterium, quod maritus ſub ſilentio pertranſiuit.*

§. Hæredi mariti. Doti opponitř cōpēſatio, & hř
mariti nō pōt obijcere vxori cir
ca mores id, qđ maritus ſub ſilētio ptrāſiuit. h.d. & eſt no. §. Pri
mā partē de cōpenſatione declaraui in l. diuortio. §. ob dōnes. ſ.
1 eo. ſecundā declarabo hic. In tex. ibi, ſit obligatus.† No. optimū
tex qđ exceptio cōpenſationis tollit ipſo iure oblonem nālem,
a & ciuilem. vt no. J. de adm. tu. l. inter tutores. No.† in verbo mo
rum. qđ hæredes mariti non pñt opponere mulieri repetenti di
cēdo qđ pdit dotē p adulteriū. Adde qđ facit J. g. & a gb. l. ſed ſi
maritus. §. 1. & C. de reuo. do. l. ſi. & C. de decu. l. ſi ille, li. x. & hoc
tenet gl. hic. nō ob. l. ſi. de adul qa ibi eſt caſus: eǭ p̄deceſſit vxor
& maritus viuit: tunc. n. marito ſaluū eſt ius excipiendi iā ſibi
quæſitū. facit qđ no. ſup. e. l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir. Cū. n. maritus de
cedit, hæredi mariti non vř ꝯcedi hæc exceptio, qa ad vindictā.
vt l. cū emancipat. §. cū emancipatus filius. de colla. bon. Quidā
diſtinguunt. Aut maritus ſciuit, & ſimulauit, & eius hřs oppo-
nere nō pōt. Aut ignorauit, tunc ſic. prima pars eſt verior, & ſa-
cit in in rōne ſui de iure ſiſci. l. eius qui delatorē. Hanc qōnē mo-
a uet Spe. a in tit. de do. inter vi. & vxo & fuit qō antiqua. In glo.
ibi. §. taceat. hoc eſt falſum, quia ille §. intelligitur, qñ mores nō
lædunt pudicitiam, ſeu caſtitatem mulierum, vt quia eſt ebria:
ſecus, ſi lædunt, vt quia meretricatur ſecundum omnes Doct. in
l. ſi. in ſi. C. de rep. & in d. §. taceat. vnde non teneas gl. hic.

ADDITIO.

a Spec. Adde q̄ Spe. bene hoc diſputauit, ſed non decidit. vide eū in tit. de
excep. item quæritur. Et adde text. in l. 1. in ſi. inf. ad Syll. & in l. oīno, poſt
prin. ibi. nā ſi nulla. C. de inoſ. teſt. limita ſi, niſi ſciuerit, ſed ita repente
deceſſerit q̄ eā accuſare, vel de tali adulterio contra eā opponere non po-
tuit, vt ſing. decidit Io. And in addi. in tit. de feu. §. ſi. in addi. inci. reſolutor
hic q. & idem tenuit idem Bal. in ſuo conſi. 382. 1. vol. & Abb. in conſil. 2.
& Pau. de Ca. in conſi. 128. in ſi. tu vero dum ēr dicunt quod tunc hære
des mariti accuſare poſſunt, dic verū, niſi hæredes ſint extranei, vel hære
des ſint ſingulares ſucceſſores, ēt ſi maritus ſciuerit & cōqueſtus fuerit ip-
ſam expellēdo. ita idē Bal. in conſi 68. 1. li. inci. in Chriſti no īe, tñ quando-
que. & ita dicit debere intelligi dicta Iac. de Bal. quos ipſe allega. in l. 1. C.
de rei vxo. actio. & vide Lud. Rom. in conſi. 186. And. Barb.

1 *Pater viri ad reſtitutionem dotis, & pater vxoris, & ipſa vxor non exigā-
tur, niſi in quantum facere poſſunt.*
2 *Societas poteſt contrahi cum mulieribus.*
3 *Beneficium inter ſocios eſt perſonale.*

1 §. Socero quoque. †Pater viri ad reſtōnem dotis,
& pater vxoris, & ipſa vxor nō
exigantur, niſi inquantū facere poſſunt. h.d. vſque ad §. ſi. In tex.
ibi, ſi ſocer. ſ. alter: quia duo ſunt ſoceri př viri, & př mulieris.
In tex. ibi, ex promiſſione. ſ. dotis. ibi, magis: quia propter q̄ vnū-
quodque, & illud magis. & hoc no. colligit hic Pet. & Cy. Et id,
qđ reperit in ſecūda cā, multo fortius reperit ī prima, vt no. J. d
fideic. li. l. ſi filius, §. erit Rubriano, & J. de cap l. ſi quid in bello.
a adde qđ no. J. de re iud. ſed hoc ita. In tex. ibi, ſocia.† No. ſocie-
tatē cū mulierib. ꝯhi poſſe. Et argu. ad q. fratrum ſimul habitan-
tiū cū ſororib. facientib. oīa cōiter, ſicut faciunt ruſticæ q̄ ligoni
zant, & oīa faciūt ſicut maſculi. Itē no. hic qđ ſocietas, q̄ ē inter
virū, & vxorē, non eſt plus priuilegiata, q̄ expſſa ſocietas, q̄ inter
3 alios. ita vult iſta lřa.† Itē hic collige, quare iſtud bñficiū eſt p-
ſonale: qa bñficiū inter ſocios eſt p̄ſonale, vt ſ. pro ſocio. l. verū.

LEX XVII.

1 *Iudicium inter virum, & vxorem valet etiam conſtante matrimonio.*

Quia parentis. In glo. ſ. nālis. ibi, ſed non eſt. quo ad
merum vinculū p̄tātis. Sed quantū
ad operandum ſic, vt no. C. de condi. inſer. l. ſi vxoram, & inſtitu
requirit duo extrema, ſed in ꝯdictorijs non reperitur, niſi vnum
extremum verũ. Si vero agitur ciuiliter, tunc refert, aut ex cõi
delicto quis vult conſequi præmium, & non auditur in præ-
mio cõſequendo, ſiue ſit reus, ut hac l. 1. reſpon. ſiue accuſator,
vt hac

ADDITIONES.

a Inter reos. Quomodo autẽ intelligatur nomen receptum inter reos, licet variæ ſint ſententiæ tamẽ magis vera, & communis cõcluſio eſt, prout ꝑ d. Ale. de Imo. hic, ꝙ ſi cõtra perſonam accuſatoris ſint oppoſitæ aliq̃ exceptiones non concernentes merita cauſæ, tunc eo ipſo ꝙ iudex procedit ad vlteriora, videlicet declarando eum eſſe accuſatum, vel ſe eſſe iudicẽ cõpetentem, & ſimilia, dicitur nomẽ accuſati receptũ inter reos, vt l. adulterij, & l. adulterã. C. de adult. vbi uero non ſunt oppoſitæ tales exceptiones, & tunc eo ipſo, ꝙ lis eſt conteſtata per accuſatum, vel inquiſitum, dicitur nomen accuſati eſſe receptum inter reos, vt d. §. præſcriptiones, alle. in tex.

b Cum dolo. Iſtã mãm vide per gl. & doc. in l. ſi duo. ſup. de dolo, & l. ſi ambo, in prin. ſup. de compen. & ibi per do. Ale. de Imo. & per cano. in ca. intelleximus, de adult. per Spec. in tit. de excep. §. ſi ad fi. & per Bar. & Imo. in l. viro. ſup. eo. & adde d. Soc. in conſ. 168. incip. in primis determinanda, verſ. confirmatur, quia etiam in 2. par. char. 35.

vt hac l.2.Rñ.& l.apud Celſum.§.Marcellus, & l.a.§.ne quis,
cum ſi.aut vult euitare damnum,vel tueri ius ſuum iam iudica
tum,& tunc auditur vt hic,& l. viro,atq; vxore,ſm Iac.de Are.
facit de pac.iuregen. §. ſed ſi fraudandi. & hæc vera in paribus
culpis,& dic vt no.in l.2.ſ.eo.& l. pdictæ procedunt in cõpenſa-
tione delictorum. Eſt alia cõpenſatio.l.vnius debiti ad aliud de-
bitum ficta ſoſo.& iſta in ciuilibus procedit non inſpecta paritta
te culparum,vt l.ſi ambo.§.quotiẽs , de ꝯpen.ſm Di duplex er
go eſt cõpenſatio.ſ.facti ad factũ,de ꝯhen. emp.domum,& de-
biti ad debitum.prima naſcentem cãm perimit.ſecunda ſpecies
natiuitatem non elidit,ſed permittit fictam ſoſonem, de cond.
& de.l.Iul. Decimo tertio op.dr̃ hic a ꝯrio ſenſu,ꝙ maritus per
viã excep.lucrat̃ dotem.ꝯ. imo vr̃ ꝙ debeat criminaliter accuſa
re de adult.alias dotem non lucratur,vt l. miles,de adul.§.ſoce-
rum Sol. imo ille tex.probat ꝙ lucrat̃ dotẽ: ñ qa turpiter deſi-
11 ſtit,põt iterũ accuſare. † excluſus ergo ab accuſatione nõ exclu
dit ab exceptio.qa excluſus ab vno iure, non excludit̃ ab alio,a
quo non reperit̃ excluſus,vt d.l.miles.§.60 de euic. & hoc vr̃ p-
bari in tex.d.§.ſocer,ibi,dum dicit,contentus lucrũ ex dote reti
nere.& ibi dũ dicit,cõmodũ dotis vindictæ domus ſuæ ppone-
re non erubuit.vñ tex.pro conſtanti vr̃ præſupponere de dote lu
cranda.ſed ꝯ hoc vr̃ tex.in auth.vt hic. mat.& auiæ.§. quia verò
plurimas,vbi dr̃ ꝙ vir debet ſe in ſcribere, & accuſare vxorẽ de
adulterio,& alr̃ non lucratur dotẽ, & not. C.de repu.conſenſu.
§.vir.quoq;,in 1.gl.& in §.ſi vero,in gl.vt m̃,& hoc tenet Bar.in
d.§.ſocer.Sed ꝯtra Bar.ſic arguo,lege cauet̃,ꝙ mortua muliere,
vir opponit hr̃di mulieris excep. adulterij. & tñ accuſare non
põt;& ſic ad lucrũ dotis non eſt neceſſaria accuſatio.C.de adul.
l.ſi.Item error iuris excuſat a pęna criminali.vñ nõ poteſt accu
ſari de crimine adulterij.& tñ perdit dotem,vt not.de condi.ſine
cã.l.auunculo.ergo non ſp neceſſaria eſt accuſatio. Item de cri-
mine cognoſcitur per accuſa. & excepe. hic dicit ꝙ ſufficit ex-
ceptio,ſi vir non eſſet pari labe infectus.nã vtrumq;.ſ.accuſatio,
& exceptio non eſt neceſſaria, quia ſufficit alterũ, quia ſtatim,
quod eſt per ſnĩam declaratũ, ꝙ mulier commiſit adulterium,
dos amiſſa eſt,vt ſ.e.l.viro atq; vxore,a ꝯriõ ſenſu. & hoc eſt ve
rius:viro ergo cõpetit accuſatio,& exceptio.& ſi eligit viam ac-
cuſationis,dẽt ſe inſcribere.& dic vt no.in Spe. de adul. in princ.
ſed ſi excipit,non eſt inſcriptio neceſſaria,de procu. tue,&c. ſu-
per his, de accu. Ego dico ꝙ ẽt ciuiliter agi põt hoc moð,ago ꝯ
vxorẽ meã ad perditionem dotis,quia commiſit adulterium,vt
ſ.eod.l.viro,per Iac.de Are.de hoc no. In Spec.de excep.§.dicto,
12 ver.item quærit̃, ecce.† Decimo quarto op.& vr̃ ꝙ vir non lu-
cret̃ do.ex adulterio.vñ vr̃ ob.ſ.eod. ab hoſtib.§.ſi.Sol.ibi ſpãle,
quia vir occidit vxorem,& ſic ius ſibi dixit. vñ nõ debet ex hoc
conſequi præmium,arg. J.de fur.interdum §.qui furem, & no.
13 33.q.2.admonere.† Decimo quinto,& vltimo op.quòd non de
tur retentio dotis ob adulterium,vt l.rei iudicatę.§.hr̃di, ibi mo
rum vero &c.ſ.eo.Sol.põt excipere:ſed iſtud ius excipiendi , qa
ſapit vindictam,non tranſmittit ad hr̃dem , arg.l. cum emanci-
pati.§.emancipatus filius,de col.bo.& l.ſi. C.de reuo.do. & C.
de decu.lib.x.ſi ille,vel dic,vt dixi in d.§.hær. & hæc ſufficiant p
modum oppoſitionum . Nunc theoricam diſtinctionis Din. &
Iac. in practica adducamus ad qõnes de facto. & prima ſit iſta.
Statuto cauetur , ꝙ banniti poſſint impune offendi,nunc ban-
nitus offendit bannitum , quæritur ſi accuſatur, vel inquiritur,
& ipſe excipit de banno offenſi,an poſſit ꝯ cum replicari de bã
no:& vr̃ ꝙ poſſit replicari,vt hic.1.rñſo.Item ꝙ bannitus poſſit
14 offendi, eſt beneficium ſtatuti , † ſed beneficia ſtatutorum non
dantur bannitis, vt plene dixi in l.Gallus. §. & quid ſi tñ,& de
capi.di.l.amiſſione. §. qui deficiunt.non.n. patrocinantur ſtatu-
ta bannitis,qui ſunt extra protectionem cõis,vt no. Cy.in l.1.C.
de na.lib.& C.de ac.reo. & probatur in auth. Item nulla cõitas,
& no.x.col.de forma fide.c.1.in gl.bene dicit.nec eſt dicendum
ꝙ quia ius commune confirmat ſtatu. vt l. omnes populi, ideo
huic bannito non patrocinatur ſtatutum. ſ. vt ſtat. ſed quia ius
cõe confirmat ipſum,patrocinatur ius cõe.nam ius cõe non po
teſt conſiderari in abſtracto,ſed in concreto.i. in coniuncto cũ
ipſo ſtatuto.& ideo per ſe ius cõe non vptulatur. facit de iuriſd.
omn.iud.l.& quia,& quod no.in c.1.de conſti.lib.6.per Io. And.
in nouel.ꝯ Archi.& cã generalis influens confirmando in cãm
ſpãlem & immediatam efficitur eiuſdem formæ, & naturæ cũ
illa,& non alterius.l.1.in princ.ff.commo.cum ſi. In ꝯ. ꝙ ban-
nitus licet potuerit alium bannitum impune occidere , ſic pro-
batur,res publica tractat de lucro,de excep.do. apud Celſum.
a §.anctore.a nam pœnæ delictorum dicuntur lucra.reus vero cer
tat de damno.cum ergo eſſe iſta cauſa videatur inter reum &
Remp.& ipſe vr̃ eſſe potior,vt hac.l. 2. rñ. & hoc tenet Iaco.de
Are.& ſi dicas ergo bannitus gaudet beneficio ſtatuti?Rñ.iſtud
ſtatutũ,quod banniti poſſint impune offendi,non eſt factum ĩ
beneficium offendentis, ſed ĩ fauorem Reip. ut purgetur malis
hoĩb.l.congruit,de offi.pñ.ſm Bart. iſta verba ꝙ iſtud nõ ſit in
beneficium , ſunt dubia. nam beneficium Macedoniani dr̃ be-
neficium,licet ſit odioſum,vt l.1.ad Ma.tñ continet beneficium
ex parte filijfa. ſtante ergo rñ ꝙ banniti non gaudeant benefi-
cio ſtatuti,vr̃ ſtare in ꝯrium,nec eſt bene ſolutum per Bart. Dic
ergo clarius,quod quædã ſunt beneficia vtilitate priuata, & iſta
nõ competunt bãnitis,vt l.ex facto,ad Treb.per Iac.nã odioſis
pſonis pmia nõ dant̃.l. Lucius Titius, de leg.2.qdã vtilitate pu-
b blica,& iſta fauore publicæ vtilitatis oĩbus cõpetunt , b vt l.ſi qs
in graui.§.hi quoque,ad Sil.& no.in l.1.de iuſti.& iur.p Gui.&
pro hoc bene facit.ff.ad l.Iul.de amb.l.1.ibi qua lege &c. de cu.
re.in eos,in ſi.Sed ꝯ Iac.inſtabat Bar. iſte bannitus , qui excipit,
quærit impunitatẽ ſed impunitas ẽ lucrũ.ergo tractat de lucro,
& ſic replicatio admittitur. Rñdet Bar.aut eſt qõ de iure perſo-
nę,an ſit legitima,vel nõ,aut de iure cãæ.i.de meritis cãæ prin
cipalis.primo caſu nunq̃ replicatio admittitur , quia reus neceſ-
ſarius eo ipſo,ꝙ eſt citatus admittit̃ ad opponendum , & eſt ap-
probatus in ꝯdictorẽ,vt no.Inn.in c.cum inter priorẽ,de excep.
Secundo caſu hẽt locũ diſtinctio,an tractat de lucro, vel de dã-
no,ſed cito deficit Bar.ex leui argum . nam ſalua reuerentia ex-
ceptio banni non op.hic perſonę,ſed cauſæ.ergo ſtat oppõ. Pro-
pterea dicere ꝙ ſtatim,ꝙ reus eſt citatus , videat̃ approbata eius
perſona , iſtud eſt verum , ſed non propterea eſt approbata eius
exceptio.vnde ꝯ exce.ẽt declinatoriam põt replicatio declina-
toria opponi.C.de adul.l.qm̃ Alexãdrum. Et ideo dic ad ꝯriũ,ꝙ
Reſp eſt illa q̃ tractat de lucro pęnæ q̃rendæ. Sed offendens de
quaſi lucro pęnæ vitandæ,quod non eſt proprie lucrũ,& ſic nõ
ob & facit.ſ. quod quiſque in l fin. Sed an de iure cõi bannitus
põt impunè offendi?dic ꝙ non,niſi ſit diffidatus, arg.C. de ma-
lefi.& ma.l.ſi.ſed bñ põt capi, & duci in fortiã pſidis, vel ptãis,
ut ibi dr̃.nemo m̃ debet diffidari , niſi primo moneat̃, ut no.ĩ c.
1.de ho.li.6.in nouel. Iuxta pdicta q̃ro.pone ꝙ per ſtatutũ in ali-
quo delicto eſt impoſita pœna pecuniaria, & per ius cõe impo
nit̃ corporalis.exbannitus cõmittit illud delictũ.q̃rit̃,vtrũ ſtatu
tũ ſibi patrocinet̃, ac ſi nõ eſſet bannitus? & vr̃ ꝙ non,quia non
dẽt gaudere beneficio ſtatuti.ꝯriũ dico,quia pęna ſtatuti ſucce-
dit loco pęnæ iuris cõis,vnde receſſum eſt a pęna corporali,vt l.
qui cum vno,§. qui poſt, de re mili. nec dr̃ illud ſtatutum ppea
eſſe bñficiũ,ꝙ pœnę minorationẽ, vel alterationẽ indicat, arg.
C.de infa.& ſi ſeuerior , cũ ſi.in pęnis ergo maioribus & mino-
rib.ita includuntur bãnniti, ſicut alij,non eorum fauore , ſed ex
nã legis,qa lex eſt gñalis,& eos ligat inter cæteros,nõ ſpãlr,ni-
ſi lex ꝯ eos ſpãlr pmulget̃,quod fieri põt pp eorũ culpã,de cap.
di.l.amiſſione.§.qui deficiunt,& argu. J.de pollici.l.de pollicita-
tionib.talis.n deſignatio pęnarũ non eſt facta in beneficium ali
cuius. ſtatutum eſt iniquum,ſi maiorem æquo pęnã imponat :
is tñ cui imponit̃,ad aliud non tenet̃,arg. eius quod no.de pœn.
di.l.menſuram. Quæro de vna.q.quam diſputauit Iac.Bu. ſtatu-
to cauetur ꝙ bannitus non audiatur nec agendo,nec defenden
do.exbannitus agit cõtra bannitum,& petit centum, excipit bã
nitus de banno.replicatur ꝯ cum ꝙ non debet excipiẽdo audiri.
q̃rit̃ quid iuris ? nã ſi vnũ non audis , alterum audire non debes.
c & quicquid facis,in ſtatutum incidere videris. Bar. dicit c ꝙ ter
mini qõnis non procedunt in reo neceſſario,qui eſt nominatim
citatus,quia defenſio eſt de iure naturali. & ideo non valet ſta-
tutũ,ꝙ quis non poſſit ſe defendere. nam Imperator non poſſet
hoc facere,vt in c. paſtora. de re iu.in cle.nec etiam valet pactũ,
de pact.l.pactũ inter hæredem.In reo aũt,qui citat̃ nõ noĩatim,
ſed inter cæteros,qui volũt cõparere,dicit Bar.ꝙ bene pt ſibi de
negari,& tolli defenſio per ius ciuile,vel municipale,quia eſt de
fenſio voluntaria,& non neceſſaria,quæ vetari non põt. ita dicit
Bar.fundans ſe ex dicto Inn.in c.cũ inter , & in c. dilectus,de ex-
cep Contra quem ego ſic arguo, cõtumaci põt audientia dene-
gari.l.ſed ſi p ptorem.§.ſed ſi dũ decreto.ſ. ex qui.cau. ma.& rõ
ne ꝯtumaciæ claudit̃ iudiciorũ copia.C.de iudi.ſancimus,& l.de
fenſionis facultas,de iur.fi.hinc eſt ꝙ ille, qui fuit cõtumax l ſe
defendendo,non auditur poſt terminum,vt l.fin.de ſe.hoc tenet
Din.in l.diuus,de cu. re. & ideo cum bannum detur pp contu-
maciam,vt l.eo.C.de mo.mul.& l.1.§.quid ergo,de ven.inſpi. vi
det̃ ſtatutũ valere,& ſic aliud eſt in bannito q̃ in excõicato. nec
mirum.nam deterior loco ſunt banniti,qui pñt impune offen-
di.& ideo dic ꝙ triplex eſt defenſio.quædam eſt in qua facienda
bannitus

ADDITIONES.

a §.anctore.Iſte tex.ſecundum dom.Alex.hoc non dicit,ſed ſecundum eum
alle.tex. in l.mulctarum.§.compendia,de mo.mul.quem alle. Bar.in l.Mę
uius §.duobus,in vlt.col.de le.1.

b Competunt.Adde Bal.in l.1.ad fin.C.de preci.impe.offe. & in l.libertas,
ff de ſtatu homi.

c Bar.dicit.Adde per Bar.in l.vim ſup.de iu.& iur.circa iſtã.q. videtur ſibi
cõtrarius hic quæ hic dicit.& ſõ aſſ vera opi.Iac.But. & adde eũdẽ Bal.
in l.1.§.Offilius, in vlt.col. vbi tenet idẽ ꝙ hic ſupr.l.ne quis eũ,q̃ in ius
vo.& in l.1.in pen.col.C.ſi a nõ cõp.iu.& Ant.de But.in c.dilecti , extra
de exce.& Bal.in ſua diſpu.io c.ſtatuto cauetur,ꝙ fœnerator, in 8.& in
13.tenuit ꝙ ſtatutũ poſſit auferre famoſo,& ſimilib. defenſionẽ inductã
a ſtatuto.& idẽ vr̃ tenere Bar.in l.facultatis,alias icipit defenſionis facul.
C.de iu.fiſ.lib.x.& ibi Bal.in l.quoniam Alex.C.de adul.& vide Fel. in c.
dilecti,in 3.col.in ver.ad exemplum,de excep.& adde Rom. in conſ.214.

bannitus nihil ponit, ſed ſimplr negat: & iſta nō pōt auferri. C. de eden. l. qui accuſare. quædā in qua aliquid ponit ad merā defenſionem, & tunc aut talis exceptio eſt de integ. vt ſi excipiat ſe feciſſe ad ſuā defenſionē, & talis exceptio nō debet reſpui, vt l. vt vim, de iuſt. & iur. aut talis exceptio oritur de iure ciu. vt exceptio præſcriptionis, & rei iudi. & tunc ſuper tali exceptio. verā te ſtatuto non debet bannitus audiri, quia ciuilis rō ciuilia iura tollere poteſt, nālis nequaq̄, de capi. d. l. eas, aut non eſt mera defenſio, ſed impugnatio, & iſta pōt tolli per ſtatutū. l. qm̄ Alexandrum. C. de adul. & de accu. ſeruo. nam alibi differunt in beneficijs legum doloſi, quia doloſo non datur beneficiū ceſſionis, qa tendit ad impugnationem, ſed datur beneficiū diuiſionis, qa tendit ad nudā, & ſimplicē defenſionem, vt ī. de tu. & ra. diſt. l. 1. §. nūc tractemus. cū igiť exceptio bāni ſit de iure ciuili, ſicut exceptio rei iudicatæ, pōt p ſtatutū tolli. & ſic procedunt tmini qō nis. d. Iac. videamus igitur quid iuris de qōne ipſius. & q actor repellať, probant principalr quatuor modis. Primo perſonæ inhabilitas. Secundo actionis impedita natiuitas. Tertio Iudicis ſupplere debentis auctoritas, & ptās. Quarto iudicij nullitas. Ex primo ſic arguitur, ſi inhabilis eſt perſona actoris, reus vincit. nam hoc ipſo q poſſidet, plus iuris hēt, de iure codi. l. quidā referūt, & de teſta. l. ſi quæramus, & vti poſ. l. 1. in fin. & ſicut ſe hēt cōtumacia actoris ad cōtumaciā rei, & ſic ſe hēt bānū actoris ad bānū rei. ſed contumacia actoris ſpāť reputatur maior q̄ cōtumacia rei, & magis nocet actori, de act. empt. l. ſi per venditorem. ergo idem in banno. ad hoc. de verb. obl. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. Ex ſecundo arguitur ſic. actio eſt ius proſequendi in iudicio &c. in inſti. de act. §. 1. tunc arguo, a quo remouetur diffinitio, & diffinitū. ſed ius proſequendi, quod eſt diffinitio actionis, remouetur a bānito. ergo remouetur diffinitum. i. actio, ſed nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §. videamus. ſup. de neg. geſt. ergo bannitus agens debet repelli, nec eſt proprie iſta defenſio excipiendo, ſed negando, quia dicit reus non habes ius, quia bannitus. Ex tertio

15 arguitur ſic. † Iudex debet ſupplere etiam pro perſona odioſa, quando videt actionem deficere. C. de tranſ. l. vbi pactum. nā tūc perſpicit actorem calumniari, & calumnia euidens cōmittiť corā ſe. vnde debet ſupplere, quia corā ſe fit, q fieri non debet. l. qui cum maior. §. ſi patris, de bo. lib. & in l. a. de offi. vica. p Inn. Ex quarto arguitur, bannitus habetur pro mortuo. l. 1. §. ſi. de ī tab. ergo ſicut cū mortuo proceſſus eſt nullus. Item iudicia ſunt de iure ciui. ergo cum deportato non valent, vt l. conſtante. §. ſi. ſol. mat. Item bannitus non habet executionem officio actionis, cū agere ſit ei denegatū. & ſic nihil hz cōe cū cæteris. nā actio eſt ei exempta per magiſtratū. cū igitur non hz legitimam perſonam, nec legitimā cauſam. ergo iudiciū nullum, & ſntam, quæ pro ſe ferretur, eſſet nulla ipſo iure, ſicut in hæretico. C. qui da. tut. poſſ. l. qui vniuerſū, qui ex cau. ma. l. ſed ſi per prætorem, § actio. C. de hæreti. l. curiales, de col. dete. l. cum non iuſto. ſi ergo proceſſus eſt nullus, non dz iudex pati ſuperuacuum proceſſum geri corā ſe. ff. de inoſ. teſt. l. j. In ɔtrium, quod reus non poſſit excipere de banno, probatur pluribus rōnibus primo rōne compenſationis. ſecundo rōne abſurditatis. tertio rōne expreſſę prohibitionis quarto ratione deficientis ſupplenonis. Ex primo arguo ſic, & præmitto, ut dixi, quod duplex eſt cōpenſatio, quædam eſt ex mutua relatione debitorum. & ex iſta fundatur exceptio, non replicatio. nam exceptio compenſationis non tollitur per replicationem alterius compenſa. quædam eſt ex mutua relatione inhabilitatum, uel delictorum, & de iſta poteſt excipi, & replicari, vt in l. noſtra. cum ergo reus bannum allegat, & iſtud primū ipſe introducat in iudicium, & pro actore in hoc debeat haberi, igiť dz repelli. Secundo ſic. abſurdū eſt, quod reus ex hoc lucreť, & actor damnū patiať. & dr̄ damnum pati, etiam ſi agetur ex cauſa lucratiua. nam qui lucrum iam radicatum pdit, ſentit damnum. l. liberto octuaginta, de bo. li. Tertio ſic. opponere exceptionem banni eſt excipere, ſed bannitus prohibeť

16 audiri excipiendo, † tūc arguo. a quo remoueť genus, & quælibet eius ſpecies, vt C. de tranſ. l. ſi cauſa cognita. ergo iſta ſpecies ſiue modus excipiendi nō cōpetit ei. Ex quarto arguo ſic. iudex repræſentat litigatorē, cum ſupplet, ut l. properandū. §. ſin aūt. C. de iud. ergo non pōt ſupplere in fauorem perſonæ, cui lex in odium denegat exceptionē. circa quod eſt conſiderandum, qđ interdum deficit exceptio ex defectu materiæ, ex qua, tūc interdum iudex ſupplet pp æquitatem illā gn̄alem, ne quis lucreť cū aliena iactura, de peti. hære. planè, & l. ſi. & ar. de pac. l. reſcriptū. §. plerunque. interdum exceptio eſt alicui ablata in odium ſnū, tunc iudex non debet ſupplere. interdum non eſt exceptio ablata, ſed neglecta & omiſſa, & tunc iudex non pōt ſupplere, quia qui negligit ſua iura legitimo tempore proponere, tacite renunciare illis vr̄, vt no. ff. de pac. l. ſi unus. §. pactus, in gl. in opponendo, & l. ſi maritus. §. ſi negauit, de adul. C. qui accu. non poſ. l. ſi ea. Quid dicemus? Iac. Butr. dicit q iſta exceptio banni tollitur per replicationem banni, & ſic auditur actor, & non reus ſecundum Iac. Bu. & incipit. q. duo banniti. ex hoc infero ɔ Bar. qui dicit q eo ipſo q eſt reus neceſſarius, vr̄ eſſe habilis ad excipiēdū, hic. n. oppoſitum vr̄, & confirmatur opi. Iac. quia interdum vincit actor ſolum ex hoc, quia non habet legitimum oppoſitorē, de manu. teſt. l. qui habebat. §. fin. de except. l. cum eccleſiaſticæ. Sed contra Ia. facit. certum eſt q exceptio bāni ineſt ipſo iure: ergo friuola eſt petitio. Rñdet Iac. exceptio nata eſt, quæ intentari non pōt, ſed aliud eſt obſtare exceptionē, aliud eſt per conuentum opponi poſſe, vt l. loci corpus. §. competit, ſi ſerui. ven. ſm̄ Iac. But. Item non ob. ſi actor, dicit, caret actione. hic. n. ſubtiliter conſidera, q actio eſt ius, non factum. vnde licet id, quod eſt facti. i. ipſum agere prohibeatur. actio tn̄ prout eſt ius, nihilominus competit. Simile dicimus alibi. aliud eſt aliquem exercitio remouere, aliud remoueri, a iure, de auth. tut. l. excludimus. Actor ergo noſter habet fundamentum, ſed in ſua exceptione nullū hēt fundamētum. ſecus dicerem, ſi reus opponeret aliam exceptionem q̄ banni, & actor replicaret de banno. nā replicatio bāni excluderet exceptionem banni per rationes iā dictas, & quia replicatio eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt exceptio, vt no. C. de exceptio. §. ſi pactum, vnde in illo articulo banni iſte eſt reus, quia prouocatur ad hoc, de iudi. l. in trib. Item ſecus dicerē, ſi ſtatutū in cauſis bannitorum auferret iuriſdictionem iudici, quia tunc exceptio banni non poſſet excludi per replicationem banni. nam prius de iuriſdictione conſtare debet, de iniuſto teſta. l. ſi quis filio. §. q ſi quis, in fi. de ſequeſ. poſ. ca. 1. in cle. Item opponitur ɔ Iaco. iſta banna proceſſerunt ex diuerſis cauſis, & inter alias perſo. ergo non compenſatur dolus Titij cum dolo Seij l. 1. §. ſi reus, in fi. de eo per quem factum erit. Solu. ibi de compenſatione criminum, hic de cōpenſatione inhabilitatum.

17 † Quæro de vna alia qōne, quam diſputauit Iac. de Are. vtrum exceptio banni, quæ non pōt opponi a reo, poſſit opponi a fideiuſſore eius? & vr̄ q non. ff. quod quiſque iur. l. 3. §. ſi is pro quo. In cōtrarium determinat Ia. in hac exceptione, & qualibet alia, quā bānitus non pōt opponere. tn̄ fideiuſſor opponet eā etiam naſcentem ex perſona rei. fideiuſſor. n. non hēt cām lucratiuā; & ideo dolus rei non ſufficit fideiuſſori. l. apud Celſum. §. aucto-

18 ris, de excep. do. Item † ſicut exceptio perſonalis, quæ iuuat, non tranſit ad fideiuſſorē. l. niſi, de pac. ita eɔ odiū perſonale tranſire non dēt. l. 1. de conſti. pecu. & ſic non capax capit pp capacem, vt l. ſi is qui duos, de lib. leg. ſm̄ Iaco. Non ob. §. ſi is pro quo, qa ibi dolus naſcentē exceptionē reddebat inualidā, hic vero reddebat inualidam excipientem perſonam, non aūt concernebat exceptionis mām: nam vitiū materiæ eſt reale, ſed inhabilitas perſonæ eſt vitium perſonale. interdū ergo eſt vitium in mā pp mām. interdū eſt vitiū in mā pp perſonam. i. pp delictum pſonæ, vt in §. pall. interdū eſt vitium in perſona pp perſonā, & tunc loquitur Iac. de Are. Quæro de alia. q. quam diſputauit Ia. But q incipit poſito ꝓ conſtanti, ſtatuto cauetur q de quolibet ɔtractu ſoluatur gabella. ī. a. dies aſs ɔtractus ſit nullus ipſo iure. modo vendidi tibi rē, & tradidi: neuter nr̄m ſoluit gabellā, & ideo repeto rē qa dico te non ſoluiſſe gabellam. excipis tu q nec ego

a ſolui. a quæritur quid iuris? iſta qō eſt implicita. nam tria quærit, primo de eſſentia ɔtctus. ſ. an ɔtctus ſit nullus? ſecundo ſi eſt nullus, an poſſit res vendicari? tertio ſi non poſſit vendicari, an poſſit dici ɔtctus nullus, & agi condi. ſine cā neutro ſoluente gabellam. & q ɔtctus ſit aliquis, probatur pluribus rōnibus. Prima rō eſt ex principio ſui eſſe. Secunda, quia non pōt ſtatutum plus q̄ velint ɔhentes. Tertia rō eſt propria facti, quod pro infecto hri non pōt. Quarta ex virtute concurrentium cauſarum. † Ex pri-

19 mo arguitur ſic, iſte ɔtctus habuit eſſe a principio. quotiens enim legis diſpō non reſpicit principium, ſed reſpicit effectum, totiēs a principio actus eſt validus, vt patet in teſtō, in quo præteritur poſthumus, de iniuſto teſta. l. 3. §. ex his apparet. Item patet de hæredi. inſti. l. qui ſoluendo non erat duos Appollonios. Item patet. C. de praedi. impe. offe. l. vniuerſa, de in diem addict. l. a. Item probatur, quia tacita conditio, quæ ſubintelligitur a lege ſuper eo, quod ſequitur contractum, non impedit actionem naſci. vnde non impedit perfectionem contractus, nec perfectionem obligationis. l. ita demum, de arbi. vnde iſta tacita conditio ſi gabella fuerit ſoluta, non prohibet actionem naſci. & ſi conſenſu naſcitur, ſine conſenſu non poteſt tolli ipſo iure, de ſolu. l. prout quiſque, & confirmatur, ſtatutum non poteſt ſine conſenſu inducere obligationem naturalem, vt patet in chirographo, de iuris & facti igno. l. cum quis. ergo multo minus tol-

b lere, arg. de cond. inde. l. Iul. Ex ſecundo arguo ſic, ſtatutum

20 non pōt operari vltra intentionem ɔhennum, † ſed contrauentio poteſt excedere fines legum, & ſtatutorum. l. 1. §. ſi conuenerit, depoſi. de pac. l. pactum inter, & l. non impoſſibile. Item ea, quæ iure gen. comprobantur, per ſtatutum non pñt tolli, inſti. de iure na. §. ſed nālia: ergo &c. Ex tertio arguiť ſic, ɔtctus ſunt

21 facti. l. cō filio. §. ſi. de cur. furi. † ſed circa factū non fingit lex, nec ſe intromittit, vt l. 1. §. ſi vir. vxori, de acquir. poſſ. Ex quarto arguitur

ADDITIO.

b Solui. Vide Pet. de Anc. hain conſi 242.

arguiť ſic,concurrentib. cauſis cõcurrit effectus,ſed hic cõcurrant omnes cauſæ fiendi,&,eſſendi tam intrinſecæ cauſæ,vt materia & forma,ꝗ extrinſecæ,vt cauſa efficiens, & finalis; ergo & effectus,præſertim intrinſecus,& eſſentialis dẽt concurrere:al. ſequereť ꝙ cauſę eſſent ocioſæ, & eſſent fruſtra, ꝙ nã, vel ars non tolerat.& confirmatur,quia pñtia nõ de futuro contingentia,quæ ſunt incerta homini,& legi,conſiderare debemus,vt in ſti.de iniuſt.teſt.§. hi aũt oẽs.l.ſi quis filio. ſed pñs ſtatutum eſt inualidum a prin.ergo &c. In oppoſitũ quod non ſoluta gabella ꝯtus iſte debeat cẽſeri fuiſſe a prin.nullus ipſo iure,& quod interim dicatur eſſe in pendenti,probatur plurib.rationib. & pmitte ad cuiſentiam.quod aliquid dicitur pendere dupliciter. vno modo, quia principia, & primæ cauſæ non ſunt. ſecundo quia ſunt,ſed non influunt in cauſam.exemplum de primo in l. ſi.com.prædio.& ibi eſt exemplum de cauſa efficiente,& de vſu fr.l.ſed & ſi quis.§.interdum. & ibi eſt exemplum de cauſa materiali. Exẽplum de ſecundo,qñ ſunt cauſæ,ſed nondũ influũt in effectu ſuo,& eũ,qñ incertitudo effectũ impedit,de cond.inde.l. Iul.ad Maced.l.j.§.ſi pendeat,& l.pecunia,ſi cer.pet.nam expreſſa conditio,& tacita ſuſpendit,de pac.l.item,quia. dies aũt certa ſuſpẽdit eſſentialem perfectionem,ſed exercitiũ.& quia natiuitas actionis eſt coniuncta natiuitati obłonis,naſciť actio etiã ante diem,cum actio ſit ius:ſed ſi eſſet factum,& exercitium,non naſceretur ante diem.Idem,ſi diceremus actionem non eſſe annexã eſſentiali & effectuali & executiuæ perfectioni,ſicut tenet. Pe.de act.in rẽ,ꝙ non naſcať ante diem.eſt caſus,de vſufr.leg.l. Sempronius Attalus. Nunc ſic arguo. ꝯtus iſte an ſit cum effectu necne,incertum eſt: quia non eſt certum, an gabella ſoluetur,an non. vtrumque enim oppoſitorum eſt in pari potẽtia, nemo ſcit ſi dabo,vel non dabo:quia ea,quæ ſunt de futuro cõtingenti,ſunt penitus incerta.nunc ad propoſitum,ꝯtus iſte eſt magis in potentia ad eſſe,ꝗ ſit in actu.ergo ſi ſpes potẽtiæ de medio tollitur,quia non ſoluiť,vera erit iſta oratio,iſte ꝯtus nunquã fuit ꝯtus,de manumi.teſta.l.Neratius. Secundo arguo ſic, eſſentia ꝯtus dicitur dupliciter. vno modo legitima ordinatio completa,& abſoluta inter partes. C.de fide inſtr.l.ꝯtus.ſecũdo modo dř eſsẽtia virtus intrinſeca naturalis ipſius ꝯtus,ut no.in l.j.ff.de pac.in gl.quæ incipit:dandum,vel faciendum.ſic arguo, ꝯtus iſte in ambiguo poſitus eſt, & interim non hꝫ perfectam

a 2 virtutem.ergo non hꝫ eſſentiam. † Tertio arguo ſic, conditio tacita ita ſuſpendit,ſicut expreſſa,ut no.ſup.de pac. l. item quia. ſed tacita ineſt conditio,ſi gabella periert.l.quarto.§.inter locatorẽ.ff loc.ergo &c. Quarto arguo ſic,multum refert.an ex futuro euentu pendeat cauſa,an pendeat executio cauſæ. Primo caſu ineſt conditio,quæ ſuſpendit cauſam, & per ꝯñs effectum. Secundo caſu nõ.C.quando dies le.ce.l.ex his verbis. nunc aũt cauſæ nullitatis.J. ipſam cauſam ſunt relatę, & de cauſa diſponit ſtatu dum dicit,ꝯtus ſit nullus.ꝯtus.n.eſt cã cauſæ, vt not. C.ꝑ quas perſ.no.ac.l.j.ergo &c.& ꝯ de iniuſt.teſta.l.ſi ego, ver. in prima m̃ ſpecie.So. mihi vř ꝙ aut loquimur de valẽtia commutabili,aut de incõmutabili:ſi de commutabili,valet interim & parit obłonem,& actionem. Si vero de incommutabili,dico quod non valet incommutabiliter, quia nõ poteſt ipſo iure reſolui.& iſtud bene procedit in ꝯtu,qui põt pro parte temporis valere,& pro parte temporis nõ valere. Sed in teſtõ.ſi de eo per formam ſtatuti dꝫ ſolui gabella,alias annullatur,nõ vř poſſe dici ꝙ interim teneat; q̃a nõ põt pro parte tpis valere, & pro parte tpis nõ uale.de mi.te.l.miles ita.§.j.Sed certe vbicunq; teſtm̃ poſtea rumpitur,primo habuit eſſe quam nõ eſſe,& ſic. valuit pro par.tpis,ut l.j.§.ſi ſtante,de iniuſt.teſt l.poſthumus. & ideo nõ eſt vera propoſitio teſtm̃ nõ põt valere pro parte tpis. Sed bene eſt vera iſta alia propoſitio,nõ põt quis ſola volũtate diuidere tempus teſtamẽti,& inteſtati,ita ſ.vt decedat pro parte tpis teſtatus,& pro parte inteſtatus, quia nõ decedit quis teſtatus ideo ꝙ fecerit teſtm̃, ſed ideo, quia hæreditas adiř ex teſtõ, & aditio hæreditatis nõ recipit diem,ut l.actus legitimi,de reg. iur. & de hæred.inſti.l.aliquo caſu. Licet ergo ſtatutum dicat,quod de teſtõ dꝫ ſolui gabella,alias nõ valeat,idem erit de teſtõ, quod de ꝯtu quantum ad principium eſsẽtiæ. Nam caueť ꝙ hřs.J annũ ſoluat legata poſt admonitionem. alias quo ad eum nõ teneat in ſtõ,& transferať in aliũ. nemo tamẽ dicat interim eũ hředem nõ eſſe,nec agere poſſe nõ.n.obuiatur in initio, ſed reſoluiť ex poſtfacto,de rei vẽ.l.ſi quis hac.ſed iſtud nõ eſt bonũ ſiłe, quia ibi per ſñiam.ſed in q.noſtra ipſo iure.ſ. quia per modum legis in pœnam tolliť ꝯtus ipſo iure.tamẽ quia tolliť poſt perfectionẽ ſuam,& ex eo quod ſequiť,ꝯtus eſt magis reſolutio quam ſuſpẽſio,vel impeditio imperfectionis. Hic.n.nõ diſponit ſtatutum de eo,quod eſt in fieri tpe ꝯtus ipſum prohibendo, ſed ex eo,ꝗ poſtea contingit,annullat ipſum ſecundum Ber. Brict. & hic ſuppreſſit Bar.quædam verba,quæ ponit,de fideiuſ.l.cũ lex. & facit. J.de his,quæ in teſt.de.l.j.§.ſed cõſultũ.& ver.præcedẽti.De ſecũdo dubio,quod eſt ex eo,ꝙ iſte ꝯtus eſt hinc inde annullatus,quia legitima obſeruãtia ſtatutorum nõ eſt ſeruata.an ſit nata rei uẽdicatio?& vř ꝙ ſic plurib.rõnibus. Primo quod conditio vř retro fuiſſe nulla,ar.in l.proinde,ſi cer.de. Secundo per caſum.l ſi.C.de litig. Tertio per ſimilitudinem legis commiſſoriæ,& addictionis in die, quæ hñt verba directa. ſ. ſit res inẽpta. ita ſtatutum hẽt verba directa.ſ.ſit ꝯtus nullus,vt no.inf.de do. l.1.in magna gl. In contrarium quia ab initio fuit translatũ do-

a minium, a & licet cã redigatur ad non cãm: non tamen habet locũ rei vendicatio,ſed conditio ſine cã,quæ non dať dño, de ꝯdit.ſine cã.l.1.& l.ſi.vſufr quemad. c.plena.n. conditio reſpectu proprietatis & poſſeſſionis rř non dať dño,ſed ſemiplena condictio reſpectu ſolius poſſeſſionis ſic,vt l.indebiti.§.ſed ſi minimi,de condi.inde.hæc eſt veritas.nõ obſtat primũ arg. ꝙ inſpecto principio traditionis influit cã. Item ad dñij translationẽ nõ requiritur cõmutabilis obligatio. nam teſtator qui tradit legatum, transfert dñium.tamen teſtm̃ erit in pendenti, de leg. 2. l. Lucius,el 1. Non ob. l.ſi.de litig. quia ibi a principio fuit alienatio prohibita.hic fuit conceſſa per legẽ hẽ non obſtat ſiłe de lege cõmiſſoria, & addictionis in diẽ.nã iſtud non eſt ſiłe nã ibi tranſit dñium cõdonatum,& ſub certa forma: hic ſimpł.& confirmo ſic, amota cã proxima,bene eſt verũ ꝙ cã remota non influit in effectũ: alias ſequeretur quod cã mediata eſſet cã immediata. Sed econtra amota cã remota, & ſtante cã proxima ſufficit pro effectu ſecundo,vt l ſi mulier, te. amo. licet ergo ſtatutũ annullet ꝯtum,tamen non annullat dominium.adhuc.n.viget cauſa proxima.i.conſenſus tradentis,de condict. ob cauſam.l.3. §.ſubtilius,& de condi.ob turpem cauſam.l.ſi ob turpem. & iõ Bar.qui format hunc punctum in rei vendi. format male punctum qõnis, quia ẽt ſoluens gabellam alio non ſoluente, non poſſet vendicare.vnde male formauit terminos qõnis. De tertio dubio,quod eſt an in pari neglıgẽtia poſſit alteruter dicere nullum?arguam pro & contra. & vr ꝙ alteruter poſſit dicere nullũ,& agere,& excipere de nullitate. vnde poterit res condici. & agenti venditori ad preciũ,vel emptori agẽti ad rem poterit opponi exceptio non ſolutæ gabellæ. quod ſic probo.hic nõ fit aliqua cõpenſatio.ergo nõ includiť obiectus maior.patet, nam nõ fit cõpenſatio ex mutua relatione debitorum, quia inuicem nihil debent,ſed Reip. Itẽ nec ex mutua relatione delictorũ, quia illud hẽt locũ,qñ delinquunt in ſe:ſed hic delinquunt in alium. i.in ſequendã tertiũ.ſ.in rem publicam, ꝗ res publica non parit cõpenſationẽ,quia res publica non deliquit in aliquo.quilibet er-

a 3 go põt opponere de iſta nullitate. † In correlatiuis.n. culpis admittitur cõpenſatio,ſed in alijs non admittitur. Secundo ſic probo,dřa eſt inter actorem, & reũ in hoc nã reus põt opponere de iure tertij,ꝙ eſt ipſo iure excluſiuũ intẽtionis agentis: ſed actor non poteſt replicare de iure tertij. oportet ergo, ꝙ intentio actionis fundetur in iure reſidente in actore, non in excluſione iuris rei,vt ſ.de rei vend.l.in ipãli,& nõ.de cond ind. l.indebiti, §.fin. In iure autem ꝙ non eſt ius tertij,ſed reflectitur, ſicut ipſũ obligantẽ quelibet obligare põt.ſed ius nullitatis eſt huiõi,quia ſi nullus eſt ꝯtus, ergo quicquid ex eo ſecutũ eſt, dẽt retractari, vt C.de legi.l.non dubiũ.nec eſt nouum quod id quod poſteã cõtingit,reſcindat ea,ꝗ facta ſunt,& nomẽ facto imponat,vt infra de tal.l.impuberẽ.§.ſi.ergo concludendo vř ꝙ poſſit. Tertio arguo ſic.non ſoluere gabellã non eſt delictum. vel turpitudo, nec dolus malus, quia tale debitũ gabellarũ non deſcendit a iuregen.ſed vſurpatum eſt.& ideo nec põt dici, ꝙ ille, qui non ſoluit,propterea repellatur a dicendo nullum, ꝙ ſit in pari turpitudine. nam non oĩs ceſſatio eſt turpitudo, vel dolus. ſ. de ritu.l. furti & §.ꝯrio.& ſic non obſt.ff mand. l. dolus, quia ibi,de iure naturali ſuberat debitum. Quarto arguo ſic, annullato ꝯtu, & cã redacta ad non cãm improbe tenet poſſeſſor rem, & improbe tenet venditor precium ſibi ſolutum, quia ſine cauſa tenet, ſed ꝑtor non debet iuuari improbũ detentorem,& vſurpatorem. imo ẽt ex officio dẽt talia reſcindere de oth.pñſ.l.illicitas §.1. & fin Quinto,& vltimo pro iſta parte vř caſus l. C. de leg. l.fin. vbi in pari dolo rei vendicatio conceditur,& l.ſi in emptione.§.ult ſi emptor,& l.dominum §.fin.de contrah emp. nã cũ ibi dicať contractus nõ valere.ergo & hoc põt in iudicio allegari. nã ſi leg.diſpõ,niſi ad iudiciũ reduci poſſet eẽt ridiculoſa,vt l.2.§. poſt originẽ,de orig.iuris. In ꝯriũ ꝙ non poſſit,arguiť p̃ trib.modis.ſed primo ſic,licet ſtatutũ in pęnã ꝯtũ annullet, tamen nãlis obligatio permanet,vt l.1.quod quiſque iur. & l.ſi pęnæ, in prin.de cõdi.indeb.ſed nãlis obligatio impedit repetitionem; ergo &c. Secundo arguo ſic, quatuor ſunt caſus. nam interdum offenditur pars, & pęna debet applicari parti. tunc is demum pœnam cõſequitur,qui in eam non incidit, ut in regula iur.interdũ offenditur tertius, & pęna venit applicanda tertio. hic nulla cadit actio,

A D D I T I O.

a Dominium. Adde Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege.inf.de verb.obl. circa 5.col verſ.q̃ro circa prohibitionẽ legalẽ,vbi dicit, annullatio contractus facta a ſtatuto non facit trãsferri dominiũ.& pro hoc videatur gl.in l.1 ad ſi.C.de inof.do.& ibi idem Bal.multum illam gl. ponderantem & idem Bal.in l. 2.C.communia de le.& in l.traditionibus,C.de pac.& in l.1.ſupr. eo.& ad de Fran.Are.in conſ.128.& melius 129.& vide per Rom. in conſ.203. Bal.ſuper j.Infor.

actio, nec exceptio, quia diſputat̃ præciſe de iure tertij. Interdum offenditur pars, & pœna venit applicanda tertio. & tunc non fit compenſatio, ut l. is, qui reus. Interdum offenditur tertius, & pœna venit applicanda partibus. & ita eſt hic. nam reſpublica offenditur, quia ei non ſoluitur gabella, ſed pœna annullationis contractus non applicatur Reipublicæ, ſed partib. iſto caſu par pari nihil infligere poteſt. C. de inoffi. teſta. l. in arenam. & iſte videtur caſus noſter. Tertio ſic arguo, iſte, qui venit ad reſcindendum, nititur conſequi lucrum, qui vult aduerſarium expellere a iure quæſito, & radicato: ergo non debet audiri per theoricam Iac. de Are. Quarto ꝙ contractus annulletur, iſte videtur quidam fauor, ut C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. § œconomus. ſed illo fauore indignus eſt, qui legem contempſit. nam legum contemptus omnem fauorem legis, uel ſtatuti excludere conſueuit, de min. l. auxilium. § fi. C. de iur. delib. l. fin. § pen. Quinto hoc vr̃ probari, quia ille, qui non ſoluit nixus extitit impugnare ſtatutum ipſo facto. ſed non debet quis conſequi commodum ex eo, quod nixus eſt impugnare, ut in regula iuris. ſo. licet contractus non valeat, tamen neuter iſtorum poteſt dicere contractum nullum, cum ſit in pari culpa uterque. & ideo uendicans, vel condicens ex eo quod non fuerit ſoluta gabella, non audit̃, & ſi quis eorum nitit̃ ex contractu, non poteſt ſibi obijci de gabella non ſoluta, nec debet admitti ſuper tali obiectu probatio. ſi tamen ſponte eſt admiſſa, & facta probatio, imputent ſibi admittentes eam ſecundum Ber. Brict. hæc diſtinctio. aut eſt admiſſa probatio, aut non, mihi non placet, quia non releuat probatio ſuper eo facta, ſuper quo non debuit recipi. Si ergo hoc eſt verum, quod eſt obiectio non ſolutę gabellę non ſubſiſtat de iure,

24 te, ergo probatio ſuper ea facta non releuat, † quia ubi ius deficit, facti probatio nihil operatur. vnde alia eſt quæſtio facti, alia iuris, ut ſup. de ſta. ho. l. Arethuſa. quãdoque ius excedit probationem, tunc tale ius incertum iudici non prodeſt. Interdum probatio excedit ius, tunc talis probatio nõ prodeſt, vt C. de excep. l. ſiquidem, & l. j. de inof. teſt. Item forte non vera determinatio, quod non poſſit opponi nullitas propter culparum paritatem. nam culpæ ſunt contra rem publicam, non ꝯ ipſos litigantes. & ideo nulla fit compenſatio, quia non eſt hic mutua relatio culparum. Et pro tanto dico, quod aut volo expugnare contractũ & poſſum, aut volo agere ex eo, & non poſſum. nam ſi opponit̃ mihi exceptio non ſolutæ gabellæ, replicatio non poteſt mihi ꝓdeſſe, quia careo omni actione, de pac. l. ſi unus, § ſi pactus. nec poſſet conſenſus partium derogare huic ſtatuto, arg. no. ſup. de ritu nup. l. à diuo, & d. l. j. ne fideiuſ. do. dentur. Item cum nemo poſſit excipere de dolo extra iudicium cõmiſſo, niſi ille, in cuius præiudicium eſt commiſſus. apparet quod iſta exceptio eſt nullitatis, non doli, ar. l. Fulcinius. § quid ſit latitare, quibus ex cau. in po. ea. Sed exceptio nullitatis non excluditur per nullitatis replicationem. ergo excipiens iſte debet præferri, quia replicatio, quæ non iuuat actionem inuentatam, eſt impertinens, & non admittenda, ut in Spec. de exce. § fin. & ver. pen. ubi omnino vide, & ita teneo, ſalua ſemper ſubſtantia ueritatis, licet Bar. uideatur ſentire contrarium. nec ob. quod dixit in q. de bannito offendente bannitum. nam ibi etiam obſtat exceptio. Item ibi ideo non punitur, quia non eſt delictũ iure municipali inſpecto. Item nõ ob. l. in arenam, & de hæret. l. quoniam. § inter ſe, quia ibi agit̃ de impugnatione perſonę, hic de impugnatione cauſæ, quæ no.

25 Vlterius quæro. † an iudex infamis admittatur contra infamẽ? & an teſtis infamis admittatur contra teſtem infamem? & circa iudicem dic, aut eſt ordinarius: & non poteſt obijci de infamia, ut no. Innocen. de reſcrip. c. ſuſcitatus. & hoc eſt verum, niſi infamia ſit orta ex aliqua condemnatione, quæ inducat depoſitionem officij, de ſena. l. Caſſius, de infami. l. ſecunda, § miles. C. de digni. l. iudices, lib. 12. Aut eſt iudex delegatus. & ſic poteſt ei obijci de infamia, ſi opponatur, quando debet & qualiter debet, & a perſona legitima. & ideo dubitatur, an infamis poſſit obijcere iudici exceptionem infamiæ. Et videtur quod nõ æquiparando iudicem, & teſtem, C. de hæret. l. quoniam. § inter ſe. infamis enim perſona dignum ſibi iudicem ſortita non habet, de quo conqueratur. In ꝯtrium videtur quod iudex debet eſſe bonus, & innocens. l. ceteræ. § j. fam. erc. Sed infamis non eſt bonus vir, quia ſine graui peccato infamia iuris non incurritur, ut no. de in lit. iuran. l. in actionibus, de ſuſpe. tu. § ſuſpectus, inſtit. & facit quod no. de li. cauſa. l. ſi filium, ubi omnino vide. Circa teſtem uero videtur quod infamis ꝯ infamem admittatur in teſtem, ut d. § inter ſe, & no. in l. 2. § lege Iulia. de teſti. dicit hic quod aut eſt infamis uterque ratione eiuſdem ſectę, & tunc admittat̃.

a aut ratione proprij delicti, & tunc ſecus. a & eſt ratio, quia teſtis adhibet̃, vt faciat fidem iudici, & non parti, & ideo ex dicto ipſius iudex non accipiat fidem. cum talibus credendũ non ſit, ar. de poſtu. l. quos prohibet. Nam etiam nemine opponente iudex debet inquirere de condi. teſtis. de magi. conueni. l. j. § ſi curator, præſertim ubi procedit per inquiſitionem. facit, C. de teſti. l. qm̃ liberi, in Sp. de teſte. § j. ver. ſed pone quod repello, & ver. ſed nunquid excommunicatus contra excommunicatum, & quod notat Innoc. de adul. c. intelleximus. Deinde quæro, cum mulier excipiens de lenocinio videtur confiteri adulterium, quomodo dicunt iura, quod iſta exceptio ſibi proſit. ex quo enim fatetur crimen, ſine vllo iudicario ordine debet per iudicem condemnari, & notat Innoc. de elec. c. per inquiſitionem, & de confeſ. cum ſuper, & licet proceſſus eſſet nullus ratione ordinis non ſeruati tamen valet confeſſio partis, vt no. Inno. c. Piſanis, de reſti. ſpo. nam confeſſio plus operatur, quam aliqua ſpecies probationis, vt no. in l. ſed & ſi poſſeſſori. § pe. ff. de iniur. Itẽ poſito ꝙ exceptio iſta non haberet implicitã præſumptionem, & confeſſionem adulterij: tamen per teſtes ſimiliter probabit lenocinium, quod dicitur reſpectu adulterij neceſſario probabitur adulterium, & ſic probabit contra ſe ipſam, & condemnabitur ex ſua probatione. Item quomodo formabit articulum ad ſuam defenſionem? nam conditionaliter formare articulum non poteſt, ſed debet ſimpliciter ponere factũ, prout iacet cum circunſtantijs, ſeu cohærentijs loci, & temporis, vt in c. præterea, de teſti. lib. 6 fatua ergo videtur prouiſio, ꝙ mulier excipiat de lenocinio. Ad hoc reſpondetur, iſta exceptio non debet poni ſimpliciter, ſed præmiſſa negatione, vt no. C. de li. cauſa. l. ſi filium, & ſic etiam formabitur articulus, nam interdum poteſt formari articulus conditionaliter, ut no. per Innoc. de reſti. ſpo. c. ex parte. ꝟ. & ſi dicatur teſtes non probabunt conditionaliter, ſeu ſimpliciter, reſpondeo iſta proba-

26 tio non nocet reo, quia fit ante lit. conteſt. † & probatio teſtium ante lit. ꝯte. non valet in principali cauſa, nec tranſitur ad alium effectum. ꝗ ſuper quo facta eſt, prodeſt igitur quo ad declinatoriam exceptionem, non autem nocet quo ad condemnationem, quia non debet operari duos effectus contrarios. Vel dic ꝙ etiam ſimpliciter excipiendo non videtur confiteri, quia illud, quod fit ad excluſionem, non debet contrarium operari, de hæred. inſti. l. ex facto etiam agitatum. Hinc eſt ꝙ ille qui ſoluit animo declinandi iudicium, non fingitur confiteri delictum, nec videtur lis conteſt. vt l. ſi reus paratus, de procu. ergo qui exceptionem opponit, non videtur confiteri, quia id quod conſulto fit ad vnum effectum, non debet contrarium operari. l. 1. & l. cancellauerat, de his quæ in te. de. cum ſi. Bart. dicit ꝙ confeſſio excipientis eſt implicita cum negatione, & ideo non poteſt ſeparari, ut no C. de excep. l. ſi quidem, & facit quod no. de pœni. di. l. 1. § quid ergo, quæ incipit, fuit ergo. vbi dicit gl. ꝙ Eua non fuit confeſſa, quia non fuit pure confeſſa: ſed dicit, ſerpens decepit me. nam ſi altera pars non vult amplecti exceptionem, prout iacet, non poteſt ex ea fructum conſequi, quam nixus eſt impugnare, de excep. l. nemo, per Barto. Sed bene dicit in cauſa ciuili, ſed in criminali, dicet, iudex, Ego totum approbo & confiteor. ſ. ꝙ tu adultera ſis, & ille leno. vnde illum reijcio. ſed te punire intendo, quia notorium eſt per tuam confeſſionem, & ideo non poſſum ſupplere, vt not. in l. 2. ꝟ de ſeru. Alij aliter dicunt, in ca. 1. de te. lib. 6. Semina in ſterili agro in materia, velut in aptiſſimo agro ſpargaui. ¶ Quæro igitur circa præmiſſa de quadam alia q. diſputata per Iac. But. quæ incipit, lege municipali cauetur, quod accuſatus de crimine, ſi paſſus fuerit ſe poni in banno, pro cõfeſſo habeatur, contingit ꝙ quis accuſatus fuit de crimine famoſo, & paſſus fuit ſe poni in banno, deinde ex noua lege municipali eſt cancellatus de banno, quæritur, an talis bannitus velut infamis a teſtamento repellatur? & certe, 3. quæſtiones coniunxi. Prima an bannum ex cã famoſa tranſiens in vim ſententiæ infamet. Secunda an ficta confeſſio infamet. Tertia an per cancellationem banni tollatur infamia. Adde quartam q. an ſtatutum poſſit aliquem reſtituere famæ.

27 Ad primum dubium quod nõ infamet, ſic arguo. interlocuto-
b ria non infamat b l. quid ergo. § quantum, de infa. quia interlocutoria proprie non dicitur ſententia, ut l. 1. § ꝙ in ſententijs. quã ap. ſit. ſic ergo infamia, quæ propter ſententiam naſcitur, nõ oritur ex interlocutoria: ſed bannum eſt interlocutoria, quæ fertur in abſentẽ lit. non ꝯte. ergo non poteſt eſſe diffinitiua, vt l. properandum. § & ſi quidem. C. de iud. l. prolatam. C. de ſent. Item nulla ſententia diffinitiua fundatur in ſola ꝯtumacia, imo oportet ꝙ liqueat de cã. ſed bannum fundatur ex ſola contumacia, ergo non eſt diffinitiua. Item poſt bannum admittitur defenſio, vt l. diuus, de cuſto. reorum: ergo non tranſit in rem iudicatam. Item bannum ſit quædam cõminatio, facit auth. item nulla communitas, de Epiſc. & cleri. de ventre inſpi. l. 1. § quid ergo, & C. qui bo. ce. poſ. l. 1. §. Præterea infamia iur. non oritur, niſi in caſibus expreſſis in iure: alias fruſtra enumerarentur certi caſus in l. 1. de infami ſed nulla l. cauetur, quod ficta confeſſio introducta per bannum infamet, nec cogitauit de hoc ius ciuile: quia ficta confeſſio ex banno non procedit de iure communi,

ADDITIONES.

a Secus. Adde idem Bal. in c. dño guerrã, in prin. in tit. hic finitur lex, deinde incipiunt conſuetudines regni, in vſ. feu. cũ concor, eiſs, quæ tradit d. Ant. de Bu. i c. teſtimoniũ, extra, de teſti. ſimiliter vide Fel. in vlt. col. ver. i ea gl.
b Infamat. Quando autem interlocutoria infamat, vide Ro. in cõſ. 205.

communi,ſed contra ius cõe.ergo non debemus extendere ef-
fectum banni,& maxime in pœnis,arg.l.cum quidam.de lib.&
poſth.In contrarium quod bannũ infamet,probatur,illud ban-
num tranſit in vim diffinitiuæ, & cauſa eſt famoſa, ergo idẽ de-
bet eſſe iudicium de banno, quod de diffinitiua ſententia, quia
quæ conueniunt in virtute, debent conuenire in effectu, vt l.1.
de leg.2.præterea etiam ſententia lata cõtra abſentem infamat,
28 vt l.fi.vbi pupil.edu.de.† Ad ſecundum quod ficta confeſſio nõ
a infamet,arguo ſic.vera confeſſio in criminali non infamat,a ni-
ſi ſecuta ſententia,vt l.quod ad ſtatum,de pœn.vel niſi pp famo-
ſam executionem,vt not. in l.ictus fuſtium. ergo nec ficta: quia
non operatur plus fictio,q̃ veritas,vt l.filio,de lib.& poſthu. Se-
cundo arguo,quia ſtatutum non poteſt inducere infamiam,vbi
ius commune inducit , ſicut nec poteſt tollere,de poſtu.l.1.§.de
qua,ↄ̃tria.n.requirunt eandem potentiam cauſæ efficientis, de in
in int.l.videamus §.pen.In contrarium quia ficta confeſſio infa-
mat,de infamib.l.qm̃,& C.de interdicto ma.l.ſi tutor. Item ve-
ra confeſſio infamat ſm opin.gl.ergo & ficta. quia idem opera-
tur ficta confeſſio, & vera.l.2.& l.eius qui delatorem.ff.de iure
fi.Item ficta confeſſio impropriè dr̃ confeſſio,arg.ↄ̃.de teſt.l lex
29 Cornelia.† Ad tertium,quod infamia non ſit abolita,ſic proba-
tur. infamia facti nulla iuris conſtitutione tolli poteſt, vt l.in li-
bello. §.idem,iuxta illud, pœna poteſt demi, culpa perennis erit.
C.de generali aboli.l.indulgentia.Infamia vero iuris non poteſt
tolli per ſtatu. vt no.Inno.de re iud.cum te. Præterea cancellato
chirographo, ea intelliguntur cancellata , quæ vim & formam
capiunt ab ipſo chirographo,& non aliunde, arg.l fi.de his quæ
in te.delen. ſed infamia non clauditur in chirographo , ſed ve-
niet ex lege,licet figura ſubſtantiæ banni,& figura literarũ can
cellatur.nõ tamen infamia tollitur, quia nec ſignificatione nec
contentiue eſt ſub chirographo,ſed eſt ſub oculo mentali,non
ſcripto.facit quod no.in l.poſtquam, de pact. In contrarium ſic
probatur,ſicut ſe habet cauſa ad effectum in productione,ſic ſe
habet deſtructio cauſæ ad deſtructionem effectus, quia par eſt
potentia contrariorum,de pac.l.ab emptione, & l.fi.de leg 3.ſed
bannum habet ſe ad infamiam in producendo. ergo abolitio
banni habet ſe ad infamiam in tollendo eam. nã origine ſubla-
ta non debent ſequentia remanere. C.de ſati.li.tol.l.1.in princ.
& tantum quantum abſtulit maleficium, reſtituit beneficium,
vt l.fin.C.de ſen.paſ. Item bannum cancellatum & abrogatum
non poteſt allegari poſtea, ſicut nec leges abrogatæ, vt C.de e-
menda.iuſti.cod.. item bannum eſt cauſa finalis confeſſionis &
infamiæ.ergo ſublato banno, & ſic ſublata cauſa finali tollitur
effectus. Ad quartum,quod ſtatutum non poſſit infamiam tol-
lere,allegatum eſt dictum Inno.& eſt tex.in d §.de qua,& de pa
ctis.l.meus §.iſte ſere. Sol.dicit Iaco.Butr.quod durante banno
eſt infamis infamia iur.tanquam confeſſus,& condemnatus,tñ
facta cancellatione bãni infamia iur. & omnis effectus infamiæ
facti eſt ſublatus, quia infamia contracta per legem municipalẽ
poteſt per contrariam legem municipalem tolli: ſecus, ſi eſſet
de iure communi, vt quia eſſet aliquis condemnatus diffinitiue
ſeruato ordine iudiciorum de crimine famoſo,nam licet cãcel-
letur ſententia , duraret tamen infamia , niſi cancelletur iuſſu
Principis,vel habentis ab eo auctoritatem, ſm Iac.Butr. Appa-
ret ex prædictis ꝙ condemnati per legem municipalem ex ficta
confeſſione ſunt infames,ſi cauſa eſt famoſa. plerique tamen di
b cunt ↄ̃trium , b quia non ſunt condemnati ea lege, quæ infamiã
irroget,de act.& obl.l.ceſſat, ſicut.n in ciuili non minus põde-
ratur genus actionis q̃ cauſa, vt ſ.de dolo.l.non debet, ita in cri-
minali non debet minus ponderari lex,& natura legis, q̃ natura
cauſæ,quia lex in criminali idem operatur,quod actio in ciuili,
vt l.ſenatus, de accu. Item ſtatutum nihil dicit de infamia.ergo
ſtabimus iuri ciuili an infamia contrahatur necne. ſolu.matr.l.ſi
cum dotem,in princ.cum ſimi.& facit l.1.C.de modo mul. Ex p̃-
dictis etiam apparet quod exbanniti ex cauſa famoſa interim
repelluntur a teſtimonio.ſm Iac. But.& iſta ſunt no.digna. Nec
obſt.quod legitur de illo Epheſio exulante, vt l.2.de ori.iur.nã
non conſtat,quod ille exulauerit ex cauſa famoſa, ſed erat forte
in exilio pp partialitatem.nam qui exulant de ciuitatibus pp par
tialitatem,non ſunt infames,arg.de capti.l.ſi quis ingenuam.§.
in ciuilibus.plerunq enim non digni,licet minus potentes exu-
lant pp hanc cauſam.de his tangitur in c.ſtatutum, de reſcr.lib.
6.& de ope.no.nuncia.c.cum ex iniuncto,per Inno. Subſequen
ter quæritur,ſtatuto cauetur quod non ſoluentes collectam nõ
audiantur.tu qui non ſoluiſti collectam, agis ↄ̃ me.ego excipio
contra te, quia non ſoluiſti collectam . quæritur . cui incumbat
probatio? & videtur quod tibi incumbat docere te ſoluiſſe,& nõ
mihi docere te non ſoluiſſe, & hoc triplici ratione. prima, quia
tu affirmas,ego nego,de probat.l.quinquaginta, & l.ei,qui,& l.
30 actor,ſecunda:† quia negatiua dandi, quæ non refert ſe ad cer-
tam ſcripturam,nec eſt coarctata,non poteſt probari, quia pro-
batio debet fieri per cauſam , & non entium non ſunt cauſæ,
nec demonſtrationes. item ſenſatio fit patiendo , vt dicit Ari-
ſtoteles in ſecundo de Anima. ſed non ens non cadit in ſenſum,
nec agit in ipſum , vnde a non ente non fit ſenſatio,nec intelle-
ctus.ſi autem negatiua referret ſe ad certam ſcripturã, tunc po
teſt probari oſtenſa ſcriptura, vt C.de reb.cred.l.fi. de errore ad-
uo.l.2.de proba.l.cum lege,& e cact.tribu l.1.lib.12.& l.ſi binæ
tamilæ,de inoffic.teſta.& tamen eſt dubium,an iſta ſit directa
b gatiua debetur, & propter talem hominẽ poteſt recedi b a nu-
mero, & a communi ſtatuto : quod no.dignum eſt. In tex. ibi
Rom.No.ꝙ Roma habet priuilegium ſtudij, quod eſt corpo-
re iuris clauſum, & ideo non requiritur ꝙ appareat per bullas
3 Papales.† Item no.quod reſidens in curia Romana percipit fru-
c ctum beneficiorum, ac ſi reſideret in propria eccleſia c ſecun-
dum Iac. de Are. In tex. in præſidatu doceiues. no ꝙ doctores
debent regere ſcholas intra ciuitatem,non extra ciuitatem ve-
terem.¶ In gl.non regi.hoc verum, niſi per antiquam conſue-
tudinem ſit obtentum contrarium : vt eſt in ſtudio Paduano.
nam conſuetudo inducit priuilegium ſecundum Iac.de Are.vt
9.q.1.conqueſtus,& dat iuriſdictio.etiam contentioſam, vt C.
de diuer.offi.viros,li.1 n Cyn In gl.l.medico.& C.de excu.mu.
in rub.& de decu.vacu & inſ.de excu.mu.l.ſunt munera,& l.his
honoribus.§.1.& no in proœ.ffo rum.§. hoc autem. Baldus.

ADDITIONES.

a Reprobari. Vide quod voluit Old.conſ. 13.
b Recedi. Facit dictum Fel in c.clerici,circa fi.2. col. de iudi.ꝙ laicus purus
propter eminentem eius ſcientiam in Epiſcopum eligi poteſt.
c Eccleſia. Adde per Old.conſ.48.& 120.

LEX VIII.

Athletæ. Coronati.arg. eſt hic ꝙ in ſignum honoris ſit
caput coronandum. Iacob. de Are. ſic C.de
Athle.l.1.lib.10 Item no.hic argum erga licentiatos,vt non ha-
heant doctoralia† priuilegia, donec non ſuſceperint biretum ſe
cundum Vltram. Baldus.

a §.Gentium. Nota hic quod ceſſante cauſa priuilegij,
ceſſat priuilegium.a

ADDITIO.

a Priuilegium. Adde idem tenentem Soc.in conſ.170.incip. & nos introdu
ce.ver.vi.confirmatur.cit.med in prin par.ch.218.

1 *Capitalis inimicitia excuſat a tutela, niſi ſit ſecuta reconciliatio non ficta, ſed vera.*
a *Pacem facere pertinet ad offenſum, non ad offendentem.*

1 §.Dat remiſſionem. † Capitalis inimicitia ex-
cuſat a tutela, niſi ſit ſecu-
ta reconciliatio non ficta, ſed vera. h d. In tex.teſtamentum.i.
per viam teſtamenti. Nota ꝙ vbicunque agitur de aliquo repel
lendo propter inimicitiam, intelligimus de inimicitia capitali.
iſtud eſt verum, vbicunque tractatur de aliquo repellendo a iu-
re communi,vt ſup. de arbi.licet. ſed vbi tractatur de aliquo re-
pellendo a præmio, non requiritur inimicitia capitalis, ſed ſuf-

ficit

ficit odioſitas qualitercunque concepta, vt inf. de manu. teſta.l. teſtamento tunc, & inf.de leg. a.l. Lucius. §. Lucius Titius Dam. Secundo no. quod ille qui fuit inimicus patris, præſumitur inimicus filii, & etiam patre mortuo. facit l.j. C. ſi quacunque præditus pQte, vbi nŕ quod inimicitia eius extenditur ad quemlibet de genere, & alibi dŕ quod vſque ad quartum gradum extendi-
a tur, a vt de iniur.l. lex Cornelia, & alibi dŕ vlterius, vt C. ad Tertul. ſi fœmina. Alibi vero conſiderat affectio, vt no. ſup. de iuſt. & iur. vt vim. Tertio no. quod per teſtamentum probatur pax, quæ etiam inter abſentes tacite fieri poteſt. probatur etiam reconciliatio, & pa per actus ſociales, & extrinſecos, prout inſt. de iniur. §. ſi Item per ſubſequentia merita, vt C. famil. erciſc. in ipſius, & inſt. de adimen. lega. l. 4. §. ſi. Quarto no. quod vbi eſt capitale certamen, ibi præſumitur capitalis inimicitia Vnde qui contendunt de ſtatu, vel de omnibus bonis, vel de maiori parte, præſumuntur inimici capitales Quinto no quod inimicitia ſu-
b perueniens facit recedi a teſtamento. b & eſt ar. quod executores teſtamenti tacite videantur remoueri propter ſuperuenientem inimicitiam inter eum & teſta. Vltimo. no. quod inimici quandocunque fingunt immutabiles actus, propterea iudicis eſt ꝓſumare actuum qualitatem, & finalem intentionem. Iſta argumenta ex tex. colliguntur. Ex glo. quæ incipit inimicitia. No ꝙ non eſt diſtinguendum ex qua parte ſit lata culpa, vnde inimi-
2 citia eſt cauſata, quam glo. non inuenies alibi. † Item ex gloſſ. quæ incipit, quo caſu, no. quod ad offenſum non ad offendentem pertinet facere pacem. Et adde quod tacita, ſeu ficta offenſa per pacem facilius aboletur quam vera, & expreſſa, vt ſup. ad Syll. diuus. Extra nota, quod argumento huius tex. fuit determinata talis quæſtio. Titius vulnerauit Mæuium, ex quo vulnere eſt mortuus Mæuius, filio Titij hærede inſtituto. modo quæritur, ſi filius Titij patrem ſuum non accuſat, an debeat amittere hæreditatem tanquam indignus; & videt quod non: quia filiũ inſtituendo videtur iniuriam remiſiſſe, vt hic dicitur. Item qñ lex prohibens, & præcipiens concurrunt in vnum, potius lex prohibens quam præcipiens eſt attendenda, vt l. a. §. j ſup. de ſuſpec. tuto. Andr. de Pil. Secundo inducitur litera iſta ad quæſtionem de dictione niſi, quando primum niſi, negat, ſecundum niſi, ponit, & econtra. & ſic eſt vera diſtinctio Dyn. quam ponit in c. peccatum, de reg. iur lib. 6. ſed contra iſtam diſtinctionem eſt infra de manu. teſta. Titia. in fine. vbi ponitur poſt negatiuã & negat: & ſic inducit ſimile, & non contrarium. Reſpondet Oldr quod aliquando ponit imperium: aliquando permiſſionem. p.mo caſu loquitur hic. ſecundo habet locum. l. contraria. nam ibi eſt in poteſtate hæredis, an libertatẽ dare velit ante redditam rationem, vel poſt, Oldra. hoc eſt dicere aut id quod præcedit dictionem. niſi, diſponit, aut permittit: & ſic erunt verba Lamber. C. de tranſac. l. act. & l. ſi cum, § qui iniuriarum, ſi quis cau. in diſtinctionibus ſuis.

ADDITIONES.

a Extenditur. Adde Fel. plene & no. in c. repelluntur, poſt princ. l. col. ver. ide ꝙ ſi ego dicam & latius in c. cũ P. Mãconella, in prin. ver. ter. oc. e. ti.

a A teſtamento Add- Ro. conſ. 419 vbi ponit multa, quæ diſtinguuntur ſuperuenientem [illegible]

---

1 *Lis mota per calumniam non excuſat mouentem.*

2 *Accuſans teſtes, ne contra eum poſſint teſtificari, ſi calumnioſe hoc facit, & de calumnia conſtet, a teſtimonio non ſunt repellendi.*

1 §. Amplius. † Lis mota per calumniam non excuſat mouentem, nec ei opitulanti in aliquo quo ad generalitatem huius ſermonis. facit, C. de ordi cog. l. fin. C. de ſal. tatis aperte ad Trebell. ille a quo. § ſi de teſta. In tex. calumnia. argue ad duas quæſtiones. Prima eſt, quod ille qui fingit ſe creditorem vel debitorem pupilli non excuſatur propter hoc a tutela: & ideo iudicis eſt inquirere ſummatim, an excuſatio veritate nitatur ſecundum Iac. de Are. Secundo inducitur per Vber de Cremo. † quod ſi quis † accuſat teſtes ad hoc, vt non
2 poſſint teſtificari contra eum, & iſta calumnia liqueat iudici per aliqua indicia, vel argum. quod iſti non ſunt a teſtimonio repellendi.

§. De ruſticis. No. diſtinctionem ex qualitate ruſticorum. Nam qui habent animi peritiam, non ſunt habendi pro ruſticis quod facit ad multa, præcipue ad id quod no. de ruſticis in l. 2. in ſi. & l. vbi. § ſi. de eden. per glo. & Gu. Facit etiam ad id quod no. in l. 2. de origi. iuris, in glo. quæ loquitur de ruſtico. Concluſio eſt quod ruſticitas habet inducere priuilegium: ſecus, ſi ſit ſagax, vt fere hodie omnes ſunt. In tex. eius autem. no. ad officia ſecularia illiteratos admitti: imo compelli, quia non requiritur peritia literarum, coniuncta l. orphanotrophos. & dico quod hoſpitalarij poſſunt eſſe penitus illiterati, qui æquiparantur tutori: ſecus in clericis, quia penitus illiterati prohibentur, eo quod habent dicere diuinum officium, dicit Innoc quod abbas excuſatur, ſi neſciat multam literam, & h.d. ipſe in prin. decretalium.

LEX IX.

1 *Allegans paupertatem, debet eam probare.*

2 *Pauper dicitur ille, qui non poteſt viuere de ſuo quotidiano labore.*

3 *Paupertas ſi aliter probari non poteſt probatur per famam vicinorum.*

4 *Negatiua probatur per famam eorum, qui præſumuntur ſcire, vbicunque non cadit eiuſdem probatio.*

1 Paupertas: In text. ibi, imparem. id eſt inſufficientem In tex. ibi, probare. † Not. expreſſum, quod qui allegat paupertatem debet eam probare: quod dic, vt no. in l. ſi vero. §. i Equi ſat. da. cogan. vbi loquitur gl melius, ꝗ Iaco.
a de Are. In tex. laborare. † Not. ꝙ pauper dicitur a ille, qui non
2 poteſt viuere de ſuo quotidiano labore. facit quando teſtator iubet maritari pauperes puellas, quod intelligatur etiam de illis, qui viuunt de ſuo labore, ſi non habent aliud, vñ ſe alant. In gl. vel dic. hoc nõ placet, vt ſ l. prox. § de ruſticis, in verbo me-
3 diocritas, & C. de ſpon. l. mulier † Extra. quæritur, qualiter pro-
b betur paupertas? b Reſpondet Iaco. de Are. quod cum nõ poſſit euidenter probari, quia conſiſtit in negatiua, probatur per famam vicinorum, vt l. 1. §. 1. infr de flumi & quod no. in l. 2. C. qñ ſi. vel prima. in auth. de æqua. dotium §. illud. & C. mand. ſi pecu. & C. de iure doti. vbi adhuc. † ergo negatiua probatur per fa-
4 mam eorum qui præſumuntur ſcire, vbicunque non cadit euidens probatio; quod eſt; no. dignum. Bald.

ADDITIONES.

a Pauper dicitur. Quis dicatur pauper, vide in Fel. i c. 2. de accuſ. vbi remiſ. & d. Vincen. Par. in conſ. incip in hac hæſitatione & c. quod eſt poſt cõſil. 105 Alex. in 4. par. in ver. l qui accuſare, de accuſ.

b Paupertas Vide Pau. de Caſt. in l. id quod pauperibus, C. de epiſc. & cler. & eundem Bal. & Ang. in l. ſi vero §. qui pro rei. ff qui ſatiſd. cog. & Archi. in c. quo iure. 8. diſt quem refert & ſequitur Paul. de Caſt. in d. l id ꝙ pauperibus, & per eundem Bal. in l. ſi quis ad declinan. in 3 col. per illam tex. C. de epiſc. & cler Rom. conſ. 357.

LEX X.

1 *Par in parem habet priuilegium.*

2 *Damnum præfertur labori.*

3 *Nomine filiorum in priuilegijs an includuntur nepotes, præſertim ſi agatur de præiudicio tertij.*

1 Sed & milites. In tex. ibi, comparitos. † No. ꝙ par in parem habet priuilegium: tamen remoto priuilegio, reponitur quis ſub iure communi. ad. quod infr. eo. l. adminiſtrantes. §. ſi. & l. ſeq. & de lib. & poſtu. l. filius. §. filiusfam. d. l. miles, ſecundum Iaco. de Are. & Ray. ex hoc apparet, ꝙ per priuilegium priuilegiatus non perdit ius commune. ſic. J. de cap. l. in bello. § ſi quis ſecundum. Item ꝙ priuilegium confunditur priuilegio: & ille, cui fauet ius cõmune, tunc præfertur, quia duo iura vincunt vnum: & eſt argu. ꝙ Marchio, &
a comes præfertur ei qui eſt Marchio tantum. a ¶ In glo. incipit ex vna damnum, ſcilicet ex parte pupilli niſi bona ſua gubernantur. And. in ea. gl. labor. ſcilicet ea parte illius, qui ſe excu-
2 ſat. & † eſt not. dignum, quod damnum præfertur labori. Andr.
3 de Pil. † In tex. ibi. hæc autem. not. in priuilegijs nomine filiorum nepotes non includi. & facit ad ſtatutum, quod filius excludat ſororem dotatam a ſucceſſione. nam ſi præmoritur filius relicto nepote, nepos non excludet amitam; quod eſt not. dignum, quoniam a iure communi nũquã excluditur quis niſi a perſonis ſpecificatis, in le. vt ſ. ſolu. matr. ſi vero. §. de viro. quidam tamen tenent contra. Item not. quando agitur de præiudicio iuris tertij, appellatio filiorum non comprehendit nepo-
b tes b In tex. minimum. not. quod in infamia ſunt gradus, quemadmodum in virtute & fama Item not. quod reatus eminent honorem excludit. concor. C. vbi ſe. vel c. a. l. 1. & ſupra. de infam. l. 1. §. miles. Item not. quod ille qui eſt degradatus, fingitur nũꝗ habuiſſe dignitatem. In text. filij macula. ergo abſorbens dignitatem facit quod dignitas, vel eius priuilegium non tranſit ad poſteriores. Baldus.

ADDITIONES.

a Tantum. Adde Fel. in c. clerici, circa fin qui ex hoc dicto Baldi probat qđ miles & doc. præferat ſimplici doctori, & ſimplici militi. & ibi vide quæ habes nonnulla notanda de præcedentia.

b Nepotes. Vide & adde hic quæ dixi. ſupr in l. quod ſi, de teſta. tut.

Quandoque. Complens maliciæ tempus præfixum a Principe vel a lege habet immunitatem perpetuam, non complens non habet immunitatem perpetuam, ſed interdum nullam, interdum temporalem ſecundum menſuram temporis, quo ſeruiuit. h.d.

1 *Dignitas non ſupplet numerum annorum.*

2 *Minor licet ſit legum doctor, indiget tñ curatore i iudicio, et in cõtractu.*

3 *Pater non eſt legitimus curator filij emancipati, ſed debet dari curator per iudicem.*

§. Qui autem: Iſte verſi. pro. §. allegatur, & h.d. Veteranus non excuſatur a tutela, vel cura militis impuberis, cuius pater deceſſit, vel eſt emancipatus a patre. hoc dicit. No. primo quod impubes aſſumitur ad militarem
1 dignitatem. Secundo † not. ꝙ dignitas non ſupplet numerum
2 annorum † vnde licet minor ſit legum doctor, tamen indiget curatore in iudicio & in contractu. Adde tamen quod no. C. de
3 mune. patri. l. profeſſio. Tertio † not. ꝙ pater non eſt legitimus curator

curator filij emancipati: imò debet dari curator per iudicē. concor. inſt. ea. l. §. quæſitum, verſi. & nihil, & ſup. eod. adminiſtrantes. §. fi. Iac. de Are. Quarto no de teſtimonio legum, quia ſcriptura legis perhibet teſtimonium, & ita dicit gloſſ. & text. Et eſt argumentum ꝙ credatur verbis ſtatuti, quantumcunq; narratorijs facti. Bar. examinat iſtum paſſum in l. qui ſemel, de decre. ab ordi. facien. In gloſſ. ibi, ad litem. No. iſtam gloſſ. quæ vult ꝙ impuberi non poſſet dari curator generalis, ſed tantum ad litē, vel ad ſpeciem certam, & adde quod no. ſupr. de tuto. & curat. datis ab his. l. veneri, & ꝫ. eo. amiciſſimos. §. fin. & per gl. & Din. In gloſſ. ibi, in curatore. hæc vera, quia pater non eſt fiduciarius curator filij, ſeu legitimus. non enim reperitur cura legitima minoris, ſed tantum furioſi, vel prodigi, vt not. C. de Epiſ. aud. l. de creationibus. Idem tamen dico in quolibet mente capto, qui laborat mentis exilio. Tex. eſt, qui non eſt alibi, in authen. vt hi qui obligatas, circa medium, & per hoc reprobatur quædā glo. quæ eſt C. de Epiſc. & cler. auth. presbytero. Old. reſpōdet, quare tutela eſt legitima, & non cura. eſt, quia non cogitur quis inuitus ſuſcipere curatorem ſecundum Cyn. vt inſti. de cura. §. itē inuitu, & no. ſupr. de procu. l. mutus. §. is qui. In ea. glo. ibi, vel dic. prout intelligimus tex. in tutore; & nota hoc bene quod quando legitimus tutor non eſt habilis, vel non idoneus, etiam eo aliter non amoto, poteſt veniri ad datiuum: & idem no. inf. eo. nō ſolum. §. ſi libertus, & ibi dicam, & menti tene. Baldus.

1 *Infamis excuſatur a tutela in vrbe gerenda.*

1 **§. Sed igno.** † Infamis excuſatur a tutela in vrbe gerenda. hoc dicit. No. ex pœna quem conſequi præmium, & iſtud non prouenit ex natura, ſed ex genere pœnæ. Et dic vt Di. no. ſup. de ſuſpec. tuto. l. decreto. Secundo no ꝙ infamis poteſt eſſe tutor. concor. C. de infa. l. 1. lib. x. & ꝫ. de poſtu. l. 1. ſup. ſed eſt ęquiſſimum. Tertio no. ꝙ infamis non poteſt ingredi vrbem: ergo nec in cōſilio Principis, quia vbi Princeps, ibi Roma in anima viuente ſecundum Innoc. Vnde apparet, ꝙ licet infamis poſſet eſſe procurator, non habet locum in curia Romana: & ita limitatur. tex. inſti. de exceptio. §. fi. In glo. pœnam & pręmium. & inducitur hoc ad vnum; pone, bannum iri per ciuitatem, quod quilibet debet ire in exercitium. an bannitus tenetur ire? certe non arg. huius §. Cyn. Reſpondet, quia nō eſt ciuis, de capi. dimi. amiſſione. §. qui deficiunt. ſed in patrimo
a niali munere banniti ſubeunt, a vt infra de pollicita. l. de pollicitationibus, vbi eſt caſus no. Bald.

ADDITIO.

a Subeunt. Vide Rom. conſ. 214.

§. Plane ſi quis: In cohortibus. Quid ſit cohors. dic vt not. ſupr. de his qui notā. infa. l. 2. No. hic de verbo permilitant. nam dictio, Per, compoſita ſignificat perfectionem, vt inf. de verb. ſig. l. vrbana. §. pernoctare, & hic. Et eſt arg. quod ſi datum eſt arbitrium poteſtati ſuper maleficijs tempore ſuo perpetratis: & aliquis eſt vulneratus tempore prædeceſſoris, ſed mortuus tempore ſucceſſoris, quod neuter habet arbitrium, quia non fuit maleficium totaliter conſummatū in principio, nec totaliter perpetratum in fine.

1 *Priuilegium non infringitur per vnum actum, nec debet infringi per plures actiones.*
2 *Creatio non prodeſt, niſi ſequatur adminiſtratio.*

§. Quæſitum. Veterani, qui geſſerunt vnicam tutelam filiorum cōueterani, ab omni alia perpetuo excuſantur, & idem in curatore: ſecus, ſi non geſſerūt.
1 no. hic quod † priuilegium, quod infringitur per vnum actū, nō debet infringi per plures actiones; quod no. hic habes, quod per actum contrarium priuilegio non infringitur priuilegium, imo corroboratur. in tex. ibi, quieſcente. Hic reſponde quod finita prima tutela durat priuilegium contra omnes, quia ſufficit infringere priuilegium. Et eſt arg. ad reſcripta ſummi Pontificis, quæ dicunt non obſtante priuilegio: quia non intelliguntur in-
2 fringere priuilegium, niſi in illo caſu. † In tex. ibi, creatum eſſe. non prodeſt creatio, niſi ſit ſubſecuta adminiſtratio. & no. quod non habetur pro creato, qui non adminiſtrat. In tex. emancipati. dic vt ſup. ea. l. §. iam autem.

1 *Priuilegium, vel beneficium, quando conceditur ratione officij, non ſufficit beneficium in habitu, ſed requiritur quod ſit in actu, & habitu.*

1 **§. Primipilarij.** Ibi exercent. † not. quando priuilegium, vel beneficium concederetur ratione officij, non ſufficit beneficium in habitu: ſed requiritur quod ſit in actu & habitu. Et eſt arg. quod non dicitur eccleſia curata illa, quæ eſt curata habitu: tamen non habet populum, nec curam in actu; ſed Canoni. tenent contra, quod ſit eccleſia curata habitu id eſt ex inſti. licet actu nō ſit curata & dicunt ve
a rum, a quia iſta cura animarum eſt inſeparabilis. Bald.

ADDITIO.

a Verum. Vide Fel. in rub. de reſcrip.

L E X XII.

1 *Quicunque abeſt cauſa Reipublicæ, habet annum poſt reuerſionem, vt non vocetur ad tutelas.*

1 **Non ſolum.** † Quicunq; abeſt cauſa Reipublicæ, habet annum poſt reuerſionem, vt non vocetur ad tutelas. h. d. In tex. quas denique. no ꝙ aliquid prodeſt contra iniungendum, quod contra iniunctū non proueſt. econtra inf. eod. l. ſpadonem. §. 1. Iaco. de Are. In tex. copulatorum. no. iſtum tex. ad quæſtionem. Papa conceſſit cuidam monacho, ꝙ poſſet per triennium audire leges, nunquid intelligitur de triennio coniuncto, an etiam interpolato? videtur hic caſus de continuo: & idem videtur probari. ꝫ. de pub. l. quotiēs. Tamen contra fuit diſputatum, ꝙ poſſet ſtudere tribus annis etiam non continuis, etiam medio tempore intermiſſo, quia
a iſte eſt fauor, & eſt ampliandus; & ſic tenuit diſputans. a Et eſt arg. ad ſtatutum de inſinuationibus, quod dat ſemeſtre ad inſinuandum: quod eſt intelligendum de continuo & non interpolato ſemeſtri. In tex. rectam viam. No arg. contra nuncios communis, quibus ſoluitur pro numero miliariorum, quia dēt ire per viam rectam, non per viam magis longam, vt C. de naui. l. pe. lib. xi. niſi via recta ſit periculoſa, vt l. pen. §. ſi quis cau. & adde no. ꝫ. de ſaLeos. §. fi. & per Archi. in c. ſtatutum. § cum vero, de reſcrip. lib. 6. Item facit ad ſtatutum, quod dictat quod villæ, quæ diſtant a miliari vltra, debeant inſtituere ſyndicum. Modo quæritur, vtrum per ſtratas eundo, vel per vias anfractas debeat miliare menſurari? & dico ꝙ per ſtratas dēmus menſurare, non per anfractus. Item etiam debemus menſurare centeſimum lapidem, vt in l. 1. §. cum vrbem, de offic. præfect. vrb. & iſta fuit quæſtio hic, ſcilicet in hac ciuitate. Bal.

ADDITIO.

a Diſputans. Vide d. Ale. de Imo. conſi. 135. 4. lib.

§. Et qui in te. Tutor excuſatur ab adminiſtratione rerum alterius prouinciæ. h. d. ¶ In tex. ibi, liber eris, quod ſi non feceris, obligaris. No. quod limitatio territorij non limitat poteſtatem hominis priuati. Quid in iudice? dic gloſ. ꝙ iure ipſo non valet quo ad bona alterius prouinciæ; & cum iſta tenent multi doctores. In prouincia, & in Auinione. Old. tenuit contra, & verum eſt in tutela: quia officium tutelæ imponitur principaliter perſonæ, & perſona eſt ſubiecta. vnde per conſequens trahitur ad bona: ſed eſt neceſſaria excuſatio. in cura autem obtinet glo. quia curator principaliter datur bonis. Et adde quod no. ꝫ. eo. propter. §. licet, & per Cy. in l. 1. ꝫ fi. C. vbi pet. tut. & facit ꝫ de reb. eorum. l. magis. §. illud, & tene menti iſtum paſſum. Baldus

§. Qui primipilum. Publicū officium poſt tutelam inductum excuſat ab adminiſtratione, & interim datur alius, & priuilegium quod alij confertur, extenditur ad eius collegam. Adde tamen quod not. ſup. de min. l. verum §. ex facto. In tex. ibi adaptans. Not. ꝙ virtus legum eſt in adaptatione legum de ſimilibus ad ſimilia, nec habes alibi melius. No. ꝙ loco eius, qui vacat ad tempus, dandus eſt curator. Baldus.

1 *In ſpe dicitur eſſe, quod eſt in potentia naturali.*
2 *Temporale impedimentum non defert tutelam legitimo, ſed datio.*

§. Si libertus. Spes teſtamentarij facit interim veniri ad datiuum, & repellitur legitimus, & ſpes prioris legitimi facit interim veniri ad datiuum, exclu-
1 ſo ſequenti legitimo, & dicitur eſſe in ſpe illud, quod eſt in po-
a tentia naturali. & eſt no. digniſſimum. a hoc dicit. In tex. ibi. curator vel tutor, vt ꝫ. de tu. & ra. di. ſi tutor. § 1. legitimus autē interim excluditur. Iaco. de Are. Sed quare excluditur legitimus, & non datiuus? Reſpondeo, quia tutela datiua reperitur quandoq; extraordinaria, & ſubſidiaria, ſed legitima non. Et facit. ꝫ. de teſta. tut. l. ſi hæreditas, & ſup. de tutel. quæſitum. In tex. ibi,
2 non moleſtabitur. † No. hic ꝙ temporale impedimentum non defert tutelā legitimo, ſed datiuo. facit ꝫ. eo. l. ſi quis ita. Et adde qđ no. Cy. C. de confirma. tuto. l. ſi vt proponis, & C. de teſta. tu. ſuper rub. vbi declarat hunc. §. & eo. ti. l. 3. in fi. per Cy. Bald.

ADDITIO.

a Digniſſimum. Quibus autoribus præferatur datus in teſtamento, & confirmatus, vide Alc. conſi. 140. 1. lib.

§. Si quis. Facit. c. grandi, de ſupplen. negligen. prælato. lib. 6.

L E X XIIII.

Idem vl.

1 *Scientia certa principis idem operatur, quod clauſula non obſtante.*
2 *Clericatus non prodeſt ei, qui factus eſt clericus poſt cōmiſſum maleficium.*

1 **§. Sunt &.** ¶ † Idem operatur certa ſcientia Principis, quod operatur clauſula non ob. h. d. Et ad hoc plerię; doctores alle. iſtum tex. & l. quidam conſulebat, de re iudi. Vel ſic, translatus a Principe ad aliud domicilium ex certa ſcientia, videtur liberatus ab oneribus primi domicilij, & tutelis ibi gerendis. Et na. optimum argu. pro translatis ad alia beneficia, quodammodo non tenentur ad onera primi beneficij. In tex. litteris. hic videtur expreſſum, quod in gratia Principis requiritur ſcriptura, præſertim vbi per gratiam quis

vult

vult aliquid conſequi, quod eſt præter ius commune. Alij dicunt ꝙ ſcriptura non requiritur ad eſſentiam gratiæ, ſed ad probationem: quod dic vt plane no. per Archi. in prooemio. 6. lib.
r & no. 25. q. 2. cap. inſt. † Vltimo inducitur iſta l. ad quæſtionem
s per Din. de eo qui factus eſt clericus a poſt maleficium, vtrum proſit ei clericatus quo ad mitigationem pœnæ, vel ad declinandam iuriſdictio. iudicis ſecularis? dic vt no. in ca. 1. de priuileg. ad ta. per Ioan. An. ibi dicit ꝙ pœna corporalis non poteſt imponi per iudicem laicum: ſecus in pecuniaria. dic ꝙ ſi fuit præuentus per proceſſum, vel citationem, in nullo prodeſt clericatus, vt ſup. de iudi. l. ſi quis poſtea. Sed ſi nō fuit præuentus, debet degradari per Epiſcopum, & poſtea tradi iudici ſeculari; & ita diſputauit do. Recup. de ſancto Minia. & vide quod no. in c. 2. extra, de apoſta. & hic per Din. Baldus.

ADDITIO.

a Clericus. Vide omnino d. Ale. de Imo. in l. ſi quidam, de iuriſd. om. iud. & l. 1. ff. ſi ex no. cau. ag. & eundem Bal. in auth. clſicatus, in 1. col. in ver. quæro hic in g. C. de Epiſ. & cle. & late per Bar. in l. 1. in 2. col. ver. iuxta prædicta quæro. ff. de pœn. vbi etiam omnino vide Ale. & eund. Bald. in l. 1. in 2. col. v. & iſta faciunt ad q. C. an leu. ex iac. ſu & no. ... in c. propoſuiſti, de ſi. comp. & Old. conſ. 42 quo lo. An. habuit. Sed quid ſi ſit alia perſona eccleſiaſtica, vide Fide. de Sen. conſ. 103. & quod per Car. in c. perpendimus, de ſenten. excommu.

LEX XV.

1 *A tutela non appellatur niſi per iudicem legitima excuſatio repellatur.*
2 *Appellatio a facto hominis priuati, vel a grauam. legis non procedit.*

1 Scire oportet. ¶ † A tutela non appellatur, niſi per iudicem legitima excuſatio repellatur. idem in cura. hoc dicit princip. Quæro hic duo. Primo, quare non appellatur a tutela, ſeu ab onere tutelæ? Reſpond. Old.
2 nam aut tutela eſt teſtamentaria, & ideo non appellatur, quia non poteſt appellari a facto priuati hominis. Aut eſt legitima; & ideo non appellatur, quia non poteſt appellari a grauamine leg. Aut eſt datiua, & tunc ideo non appellatur, ne pupilli trahantur ad ſuperiorem iudicem per viam appellationis, quod eſſet eis valde incommodum, & alia ratio, quia datio tutoris non eſt ſententia, nec competit proprie per modum iuriſdictionis, vt l. puto. §. tutoris datio. ff. de tutelis. ſubtilis ratio eſt, quia in iſta datione, etiam eſt clauſula, ſi ſenſeris te grauatum, compareas infra tempus legale, accepturus iuſtitiæ complementum, vnde non fingitur iſta datio cōtinere grauamen. nam cum clauſula imponitur ab homine, non dicitur quis grauari. ergo idem, ſi ſubintelligatur a iure. facit ad notata. inf. de noui oper. nuncia. de pupillo. §. meminiſſe, quod in c. delicto, de appellatio. Secundo quæritur, quare a publico officio auctoritate & vtilitate appellatur. & ſecus eſt in tutela, vt hic, & C. de appellatio. ciues incolæ, & l. hi qui ad ciuilia? Reſpondeo, quia grauamen illatum circa officium publicum auctoritate, & vtilitate, non poteſt reparari, niſi per viam appellationis: ſed hoc poteſt reparari per viam excuſationis, quæ eſt alterius naturæ ab appellatione. Facit inf. quando appella. ſit. l. 1. §. ſolem. & extra. de iudi. c. vltimo & adde quod nota. ff. ſolut. matr. dotem. ¶ Vltimo. no. in iſto principio. quod ſi iudex non admittit, vel repellit probabilem defenſionem, quod ab iſto grauamine poteſt appellari. concor. ff. de mino. l. ait prætor §. permittitur, & extra, de appellatio. c. ex parte, in 6. Baldus.

1 *Non comparens in termino dato a iure, amplius audiri non debet.*
2 *Iudex non debet accedere ad partem, ſed pars ad iudicem.*
3 *Dictio iuxta, quandoque multum ſe extendit, quandoque parum.*
4 *Paria ſunt nullo modo comparere, & comparere poſt terminum datum.*
5 *Dilatio legis non currit ignoranti, niſi a die ſcientiæ.*
6 *Notificatio facta ad domum facit currere tēpus, quod non currit niſi ſcienti.*
7 *Sententia lata contra abſentem & notificata ad domū, ſtatim labitur terminus ad appellandum, quia peruenit in notitiam præſumptiuam.*

1 §. Multa vero. † Niſi quis cōpareat in termino dato a lege, & nihil de pertingentibus omittat audiri non debet. h. d. No. Inn. dicit ꝙ vltra terminum datū nullatenus licet aliquid proponere. extra, qui matrimonium accuſa. poſſ. c. cum in iua, de quo eſt caſus hic, licet Inno. non allegat. terminus ergo ſtatutus a iure habet vim irreparabilis per-
2 emptorij † No. ibi, accedere, quod iudex non debet accedere ad partem, ſed pars ad iudicē. In tex. iuxta. alij habent iuxta, Alij.
3 ibi. & ſic no. ꝙ iſtæ dictiones ponuntur pro eodem. † Item no. ꝙ
4 dictio iuxta, quandoq; extendit ſe multum, quandoq; vero parum, quandoq; abſolute profertur, vt no. ff. de ſeruit. ru. prædi. quidam libertus. In tex. ibi, excuſabitur. id eſt proponet excuſationem ad proſequendum, & habet quatuor menſes, vt ff. eo l. quinquaginta. Din. & Ra. In tex. ibi, ad ſolicitudinem id eſt compelletur ad officium. In tex. quid non fecit id eſt nunquam comparuerit,
4 vel non legitimo tempore. Et ſic no. † ꝙ paria ſunt nullo modo comparere, & comparere poſt terminum datum a iure. Facit. ff. de adul. accuſaturus. In tex. ibi, negligere. No. argum. ꝙ imputatur accuſato, qui habet legitimas cauſas inficiandi, quod citatus non venit. Iſta ſunt verba Innoc. extra, de cohabi. cleri. c. cum tua. In tex. ibi, vlla via. Not. ꝙ contumaci omnis via præ-
5 cluditur. Oportet. not. in iſto. §. † quod dilatio legalis non currit ignoranti. Vnde eſt hic caſus ꝙ monitio conſtitutionis Epiſcopalis, ꝙ teſtamenta. ff. annum exequantur, non currat, niſi a die
b monitionis, b vel notitiæ. Item facit ad alias quæſtiones, ꝙ ipſi inſinuandi teſtamentum, quod præfigitur inſinuationi teſtamenti, non currit ignoranti. Item eſt argum. ꝙ nulla dilatio currat ignoranti, ſed debeat ei notificari, & cōcor. C. vbi in rem act. l. 2. vnde terminus bānoi non currit ignoranti, ſed debet notificari, vt l. 1. §. annis, de requi. reis. & hoc verum in dilatione, quæ reſpicit onus ignorantis, ſed de ea quæ reſpicit eius fauorē, currit ignoranti, vt ſupr. de inſta. l. genero, & ibi per Iaco Butr. Curſus ergo, qui infert fauorem, cedit ignoranti: ſecus, ſi inferat odium, vel damnum. Et facit quod not. in c. ſtatutum, de preben. lib. 6. in gloſſ. ordi. Secundo no. hic de iſta notificatione, quod poteſt fieri perſonaliter, & ad domum. Dicunt doctores, ꝙ ſi de facili poteſt inueniri perſona, debet fieri perſonaliter, nō ad domum. ſi non inuenitur perſona, tunc in ſubſidium poteſt fieri ad domum, & ita tenet hic Cyn. & no. C. de anna. exce. l. vt perfectius. Quid in dubio, ſi facta eſt notificatio ad domū, nec apparet quod perſona non potuerit perſonaliter inueniri, vtrum præſumatur legitime facta notificatio? Quædam gloſſ. facit ꝙ non: imo debet conſtare per informationem. ꝙ perſona non fuerit inuēta, vt no. l. 3. iudi. ſol. in fin. Contra ſeruatur, quod præſumitur legitime factum pp facientis officium, ſicut no. in ſimili l. lactor, rem ra. habe. & de dam. infe. l. 3. § abeſſe. & ita ſeruatur in pra-
c ctica c iudiciorum. Tertio not. † ꝙ notificatio facta ad domum
6 facit currere tempus, quod non currit niſi ſcienti. Vnde dicit hic
7 Iac. de Are. † ſi lata eſt ſententia contra abſentem, & notificata ad domum, quia per hoc peruenit in notitiam præſumptiuam, ſtatim labitur terminus ad appellandum, quod eſt tenēdū multum menti. Not. quod eſt ſeruanda conſuetudo in tutore & curatore confirmandis. in ver. obſeruanda, quod no. Bald.

ADDITIONES.

a Iuxta. De qua dictione vide Fel. in c. ex par. de reſcrip. in ver. clauſula ſi ꝑces, & in c. q. 1. indicante, de præſcrip. circa fi. & per Old. in conſ. 49. alias 157 in conſ. ... donationis &c. & Alexā. de Imo in conſ. 4. par. & in conſ. 110. 2. par. & d. Soc. in conſil. 121. incip. breuiter conſidera ... præmiſſam, ver. accedo etiam, quod in 2. par. char. 85.
b Monitionis. Vide Rom. conſ. 228.
c In practica. Vide Rom. conſ. 454.

1 *Quotiens ex verbis legis ſimpliciter intellectis præfertur iniquum æquo, recedimus a verbis legis, & ſtamus rationi ipſius.*
2 *Lex ſic eſt interpretanda, vt non contineat abſurda.*

1 §. Aliud autem † Quotiens ex verbis legis ſimpliciter intellectis præfertur iniquū æquo, recedimus a verbis, & ſtamus rationi legis. h. d. eleganter ſecundum Din. & Ray. In tex. ibi, mens. Not. ꝙ mens, & ratio legis idem ſunt. vt no. c. vlt. li. 6. de reg. iur. In tex. a quadringentis. Not. hic quod præpoſitio, a, diuidit, & ideo ſi ſtatutum dicat,
a quod lis finiatur a tempore a litis conteſt. in 3. menſes, dies lit. conteſt. non computatur. vt h. c, & l. ratio. § fi. de actio. emp. & c. ſtatutum, de præben. Cyn. & alij no. in iſto. § quod magis diſtanti non eſt danda minor dilatio, quā minus diſtanti, ſed par, vel
2 maior. † Item no. quod l. ſic eſt interpretanda, vt non contineat abſurditatem. non ob. l. proſpexit. qui & a quibus, quia ibi loquitur in interpretatione priuata, hic publica, quæ fit per l. naturam c. eſt interpretandum per aliud, vt ſup. de peti. hære. l. verū, Iac. de Ra. Bald.

ADDITIO.

a Tempore. Vide Oldr. conſ. 48.

1 *Tria ſunt quæ iure poſt terminum datum a lege non valent, propoſitio, probatio, & ſententia.*
2 *Officiales creatus in aliquo officio, ſi ante eum dimiſſum, vel remotum alius eſt creatus, ipſo iure non valet eius creatio.*

1 §. Conſequens. † Tria ſunt, quæ iure poſt terminū datum a lege non valent, ſcilicet propoſitio, probatio, & ſententia, hoc dicit, quod ſignanter teneo. Et hunc tex. alleg. Din. inſti. & de actio. §. rurſus. Et not. quod qui excluditur per legem a propoſitione, ipſo iure excluditur a victoria, quod eſt notatu dignum. ¶ Iſte tex. eſt argum. quod ſi ſtatutum aſſignat dilationem ad accuſandum, & accuſatio fiat poſt terminum, & iudex condemnet accuſatum, quod condemnatoria eſt ipſo iure nulla, non vi erroris, ſed vi termi-
a ni: a & optime facit gloſſ. ordi. in iſto § Et inducitur iſte §. ad q. quod ſi poteſtas debeat finire cauſas intra duos menſes, quod ipſo iure non valeat ſententia lata poſt lapſum duorum menſi. Iacob. de Aret. Sed Oldr. diſtinguit, quod aut terminus præfigitur parti, tunc non valet ſententia, vt hic, aut iuriſdictioni, & idem. aut iudici, tunc valet ſententia, vt C. vt omnes tam mili. l. 1. ſecundum Ray. & Oldr. in fin. l. & eſt ita communis diſtin
b ctio Moder. & ita practicatur in palatio. b ¶ Vltimo iſte §. eſt arg.

ADDITIONES.

a Termini. Vide Aneh. conſ. 4.
b In palatio. Vide Paul. de Caſt. in conſ. 381.

arg. q ſi per formã ſtatuti bannitus non dẽt audiri, ſi iudex au dunt eum de facto, ipſo iure non valet ſnĩa lata in fauorẽ banni
a ti, & hoc tenet Iac. de Are. Facit de alcato. l. 1. §. quod aũt. † In
a tex. non detineri. Not. hunc tex. quod ſi officialis eſt creatus in aliquo officio, & ante eũ dimiſſum, vel remotum alius eſt creatus loco eius, ipſo iure non valet eius creatio. And. de Piſ.

ADDITIO.

a Banniti. Vide Ale. conſ. 71. lib. 1. lib.

1 *Comparitio non ſufficit, niſi fiat, & allegatur, quod fieri, & allegari debet.*
2 *Lapſus termini lati a iure habet vim peremptorij.*
3 *Terminus banni prorogatur propter infirmitatem.*
4 *Naturalem rationem allegare ſufficit, licet lex non allegatur.*
5 *Exceptiones generaliter proponere non ſufficit, ſed debent proponi ſpecifice.*
6 *Appellans ab omnibus grauaminibus ſibi illatis, non debet nec poteſt proſequi niſi grauamina, in quibus non erant elapſi x. dies ad appellandum.*
7 *Citatus ad lit. conteſt. ſi comparuit, & non velit lit. conteſt. ſed petit terminum ad excipiendum, tanquam contumax debet puniri in expenſis.*

§ Sufficit. Sufficit in termino facere id, ad qđ terminus ſtatuit, ſeu requirit: non tñ ſufficit venire, ſi quis non ſtetit, nec ſufficit comparere in termino dato ad excuſandũ vel excipiendum, niſi exceptio, vel excuſatio proponatur noĩatim. Itẽ ſuccurritur impedito. h. d. & ex ſummario notabilia colligatis. Item tex ibi, volẽs aũs nolẽs: & tunc procedit prima expoſitio glo. q a põt q s ſe corrigere in eo, qđ ꝓponit. qđ eſt intelligendũ ꝗ. terminũ iuris, non poſtea, vt ꝗ. de adul. accuſatu rus. aũs eſt in lra nolẽs. Ex tunc ꝓcedit ſecũda expõ gl. & facit ꝗ. de reg. iur. quæſitũ. In tex. non permanſerit. no. q nõ ſufficit aliter coparere, ſi non expectauit ꝗtũ debuit. pro hac. l. 2. §. fi. ꝗ. qb. ex cau. in poſ. ea. l. 1. de Are. vtrũ autẽ ꝯparẽs. ꝗ. terminum teneatur expectare aduerſarium dic vt no. ꝗ. de ver. obl. l. in illa ſtipulatione, ſi calendis, per Bar. † In tex. ibi, excuſet. no. q non ſufficit
1 comparere, niſi fiat, & allegeẽ quod fieri & allegari dẽt. nam ſola comparitio ſuffĩt in dilatione expectatoria, non in allegatoria. In tex. repelletur. no † q lapſus termini a iure habet vim ve-
2 ri peremptorij, & facit. ſ. eod. & ꝯñs. Vnde in termino iuris non eſt neceſſe ponere peretẽptorie, nec eſt neceſſaria cõminatio, & facit c. ſi poſtquam. §. 1. de elec. lib. 6. In tex. ibi, ſiſtem. puta pp re præſalias, vt no. Iac. de Aret. in auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſt. in ſimili. In tex. ibi, ignoſcendum. no. terminum iur. prorogandum pp impedimentum. facit ſ. de reſti. mi. l. petẽdæ,
3 & ꝗ. eo. ſi cõmiſſę. & eſt arg. † q terminus bãni progeıur pp infirmitatem. In tex. cuius. ſ. impedimenti. In tex. nãli. Not. ex hoc
4 tex. q † ſufficit allegare nãlem rationẽ, licet quis non alleget legem ſm Ia. Rai. & Cy. quod eſt no. dignum. In tex. ibi, de ſpẽ. Ex
5 iſto tex. no. † q non ſufficit gñaliter dicere, propono exceptiões
a meas, ſed debẽt ꝓponi ſpecifice. a Aduocati faciũt ꝯ: quia propo nũt, & ꝓſtant exceptiones in gñe. ſed rñdeo, iſtud faciunt non vt includatur ꝓpoſitio exceptionũ ſub iſta gñalitate, ſed vt ne-
a videant ſe aſtrinxiſſe ad ſolas exceptiones ſpecificatas. Et eſt in fine verbũ Hoſt. Bald. de Peruſio. V. I. D. Not. ſuper illo verbo,
b ſufficit firmare &c. q qdã dñt qđ impedimentũ b ꝓbaẽ p iuſm, Iac. de Are. dicit q oportet ꝓbari aſr, ꝗ p iurſm, puta per probabiles ꝯiecturas, & indicia, vt ꝗ. de re nuli. l. 3. §. ſi ad diẽ, & §. commeatus, & l. 2. §. qđ diximus, ſi quis cau. ſm Ia. & Old. p hoc fa-
6 cit. 18. diſt. c. placuit. Deinde † no. in ver. ſin aũt, arg. ad q. q ſi quis appellauit ab omnibus grauaminibus ſibi illatis, non põt proſequi, niſi grauamina, in quibus nõ erãt elapſi. x. dies ad appellan-
7 dũ ſm Rai. † Tertio no. arg. ꝗ eo. verſ. qđ ille q fuit citatus ad lit. conteſ. & cõparuit, tñ nõ vult lit. cõteſt. ſed petit terminũ ad excipiẽdũ. q tanq̃ cõtumax dẽt puniri in expenſis, q a non faciendo, qđ dẽt, fingiẽ non comparuiſſe ſm Cy. Vl nmo. ꝗ. e. ver. colli ge arg. q ille, q non vult lit. cõt. hẽ pro contumace, lis tñ non hẽ p ꝯteſtata. hoc tenet Cy. hic, & Ia. de Are. de ven. inſpi. l. 1. Inno. tñ in c. ſtatuimus, de electio. q ꝯtumacia facit, vt lis habeatur pro conteſt. ſed dẽt intelligi, vbi non requiritur vera lit. cõteſt. ut l. 2. C. vbi in rem actio, vbi eſt caſus iſtius puncti. Baldus.

ADDITIONES.

a Specifice. Vide Ad. de Fel. in c. paſtoralis, de excep. & vide d. Card. in cõſ. 80. ſed ſi ſint in genere oppoſitæ, an declarari poſſent, vide eundem Bal. in auth. ſi dicatur. C. de te. quod non.

b Impedimentum. Quibus modis autem probetur impedimentum, vide Fel. in c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. in vltima col. in princ. in ver. de modis aũt probandi remiſſiue, & quod ibi dixi in apoſtil. & an per iuramentum, vide Oldr. conſi. 9.

§ Quinquaginta. Vide hic quod no. de tempore continuo, & vtili. C. de temp. in integ. l. ſuperuacuam. Baldus.

1 *Excuſatio eſt proponenda communiter iudice ſedente pro tribunali.*
2 *Examinatio teſtium poteſt per iudicem committi.*
3 *Pars quando proponit exceptionem, debet facere ſcribi per no. quod producit exceptionem iudice pro tribunali ſedente.*
4 *Exceptionum propoſitio poteſt probari per teſtes.*

1 § Oportet autem. † Excuſatio eſt proponenda communiter iudice ſedente
a pro tribunali, † & examinatio teſtium põt per iudicem com-
a mitti, a & deſ. n. io, vel allegatio põt fieri viua voce, & per ſcriptu. am. Vnde non eſt neceſſe qđ exceptio proponaẽ in ſcriptis, imo eſt in electio. proponentis, vtrum in ſcriptis, vel nõ, proponat. In tex. vnam. l. ſoltem. In tex. ante tribunal. quis locus dicaẽ tribunal, habes in auth. de teſti. §. hæc omnia. In tex. ibi, ſub memorationibus. i. teſtium depoſitionibus, quia illa non ſemper fit iudice ſedente pro tribunali ſecundum Dyn. & alios. rõ eſt quia examinatio teſtium quandoque committiẽ tabellioni, qui non hз ſedere pro tribunali. & vide hic quod no. C. de teſt. hac conſul. §. pe. Ego expono aliter: quia ibi examinationes teſtium poſſunt fieri per iudicem domi. nam iurãm teſtis eſt actus ſolemnis, qui requirit ſeſſionem pro tribunali, non examinatio, cum poſſet fieri die feriata, & quandocunque. vt no. in c. j. extra. de offi.
3 del. in Cle. Item no. † quod quando pars proponit exceptionẽ, dз facere ſcribi per no. quod producit exceptionem iudice pro tribunali ſedente, quia productio excep. eſt actus ſolemnis & iu-
4 diciarius † Secundo no. quod exceptionum propoſitio põt probari per teſtes, licet aliter dicat Ber. ext. de offi. dele. c. prudentiã. §. 6. Circa hoc vtrum exceptio ſit proponenda in ſcriptis, dic vt no. Cy. C. de non. num. pecu. auth. hanc querelam. In illa authẽtica non erat proprie exceptio, ſed querela principaliter propoſita, & facit, C. de anna. exce. vt perfectius. In glo. voluntate. vide hic quod no. C. de lib. cau. iubemus. Item iſta glo. loquiẽ in ciuili cauſa, ſed in criminali examinatio, vel receptio teſtium non committit alteri, vt C. de ſi inſtrum. auth. apud eloquentiſſimũ, niſi iſta commiſſio fieret per modum delegatæ iuriſdictionis, quod tunc procedit eo caſu, quo merum Imperium delegari põt, vt l. j. §. huius rei, de offic. eius cui man. eſt iu. & l. ſolent, de off. con. u. V. le. reliqua no. vt in d. auth. apud eloquentiſſimum, & in auth. vt defuncti ſeu ſu. §. illud, per Iac. de Bel.

ADDITIO.

a Committi. No. quod ſtante ſtatuto, prout eſt Eugubij, quod teſtes non recipiantur niſi iudex perſonaliter interſit. Et ſi aliter fiat, non valeat. q ſi de conſ. nſu partium iudex commiſerit. q non valeat. ita conſuluit Bal. cõſ. 51. 4. lib. Et an committi poſſit, Vide Fel. in c. cum cauſam, in pen. col. ver. extra gl. de teſti. Sed quid quando committitur alteri quam notario qui ſcripſit, vide d. Soc. in conſ. 344. inci. conſiderata facti contingentia, ver. ſed huic obiectioni, in 2. p. ch. 127. vbi etiam quid quando fit commiſſione in dicti incompetentis, ibi in prin. conſ.

1 *Nullitas quæ venit ex defectu iuriſdictionis, poſt terminum banni poteſt proponi, licet ſtatutum dicat quod vlterius non audiatur.*
2 *Exempla non arctant regulam.*

§ Hæc de his. Iſte §. hoc dicit, terminus datus ad omnem defenſionem faciendam non ex-
1 cludit allegationem nullitatis, † & ideo no. quod poſt terminũ banni ſicet ſtatutum dicat quod vlterius non audiatur, tamẽ poteſt proponi nullitas, maximè quæ venit ex defectu iuris. Caſus eſt hic, & no. in c. j. de ſeque. poſ. quod eſt menti tenendum. In tex. non iuſte dr̃ factum, quod ipſo iure non tenet ergo qui dicit ſniam non iuſtam, vr̃ generaliter agere etiam de nullitate ſnĩæ, & facit extra, de procur. c. auditis, per Innocen. In tex. confirmantur. no. ex iſto tex. a ꝯrio ſenſu, quod confirmatur factum, quod erat a princ. ipſo iure nullum: quod dic, vt inf. de ap. ſi expreſſim.
2 In tex. † adaptatur. no. quod exempla non arctant regulam ſecundum Ia. de Are. & Cy. In tex incola no. quod id quod ipſo iure nullum eſt, non eſt neceſſe, quod petatur caſſari. concor. ꝗ. de cond. inſt. quæ ſub conditione, §. vlt. & vide ibi Bar. Bal.

§ Libertum, &c. In tex. filium & ſi. no. quod verbũ filius non ſolum deſignat deſcendentiam. ſed gradũ primũ, & nepotes ſm, ſed nomẽ liberorum non coartatur ad certum gradum. dixi vobis. in l. dotali. ſol. mat. In tex. ſed & ſi vis. vide l. 1. C. de iure annu. aut. In tex. ſi plures. no. quod pluralitas tutelarum non dinumeraẽ ex perſonis, ſed ex patrimoniis, & eſt ar. quod non dr̃ habere plura beneficia, qui habet duas eccleſias vnitas quia eſt vnum patrimonium. Bal.

LEX XVII.

Spadonem. Acceptio officij in vltima voluntate decreti facta in vita teſtatoris arctat poſt mortem. vnde ſi quis eſt relictus tutor in teſtamento volens, & acceptans, non poteſt poſtea renunciare commiſſariam. Bal.

§ Scire. Dignitas ad aliquid valet, ſed non per omnia valet.

1 *Iudæi in humanis actibus nobiſcum participant, non diuinis, neque in aliquo actu ſuperioritatis.*
2 *Iudæus non poteſt eſſe procurator Chriſtiani, & interuenire in iudicio pro eo, & econtra.*
3 *Immunitas conceſſa incolis certi loci, extendit ſe ad iudices quemadmodum grauamen*

1 § Iam autem. † In humanis actibus iudæi nobiſcum participant, non in diuinis, neque in
2 aliquo actu ſuperioritatis. † In hoc appareat, quod iudæus põt eſſe procurator Chriſtiani, & interuenire in iudicio pro eo, & ecõ
3 tra, & nota bene. † Facit ad quæſtionem quod immunitas conceſſa

Bal. ſuper j. Infort. E

1 ceſſa incolis certi loci, extendit ſe ad Iudæos, a quemadmodum gravamẽ, & habui hoc anno de facto cõſulere. Bal. Bcria vxor. ꝙ priuilegium, quod conceditur marito, nõ conceditur vxori. certe hic non dicit viro, & vxo. ſed liberis eorum. vnde dato qđ vxor ſit priuilegiata, iſtud priuilegium non tranſit ad tertiã perſonam. Baldus.

ADDITIO.

a Ad Iudæos. Adde idem tenentem d. Soc. in conſ. 63. incip. in præſenti conſultatione ver. circa prædicta, in 2. parte, char. 190. & per eũ. in conſ. incip. in præſenti conſultatione: verſ. 2. quia in d. parte, char. 123. & vide la te And. Sicu. conſ. 15. & quod voluit Anch. conſ. 272.

§. Si ciuitatis. Obligationes, in quas incidit magiſtratus, non repræſentant numerum tutelarum, & no. hic ꝙ magiſtratus eſt Princeps ciuitatis.

1 *Plures ſemiplenæ defenſiones, non conſtituunt vnam plenam defenſionem.*

a §. Qui. † Plures ſemiplenæ defenſiones non conſtituunt vnam plenam defenſionem. h. d. Et eſt notandum. In tex. ſed iuſſum. hic reſpondet Din. Nota hic ꝙ ea quæ ſunt in ſua ſpecie imperfecta, vnum quid perfectum non conſtituunt. Sed opp. de eo quod no. l. 2. §. ætas. ſ. eo. vbi eſt gloſ. ꝙ duæ ſemiplenæ prob. faciunt plenam probationem. Reſpon. Di. ꝙ aliud eſt in materia proba. aliud eſt in materia excuſa. nã in materia prob. eſt fauor publicus & generalis, ne proba. facultas reſtringatur, ſed in materia excuſationis fauor ſingularis ipſorum pupillorum, ne remaneant indefenſi ſine tut. vel curat. ſm Din. & ita dicit Cyn. Di. dixiſſe in ſcholis ſe audiente. Tu dic ſubtilius, & eſt magna præſumptio dicere ſic. ꝙ quædam ſunt quæ requirunt certam ſpeciem, & tunc diuerſæ ſpẽs imperfectæ, nil operãtur, vt hic, quia ex pluribus concurrentibus non augetur effectus, cum nõ veniat ad integrationem vnius ſpeciei, ſicut ex pluribus teſtibus ſingularibus non reſultaret vna plena probatio, vt no. l. ob carmen. §. fin. ſup. de teſti. quædam ſunt, quę non requirunt certam ſpeciem, & tunc quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. & ita glo. loquitur quæ eſt in §. ætas nam in mã prob. iudex non debet alligare ſolum animum ſuum ad vnam ſpeciẽ prob. de teſti. l. 3. §. idem diuus, & ideo vnus teſtis, & de veritate, coniunctus cum alia ſemiplena probatione alterius formæ, & ſpeciei, facit coniecturam ſufficientem ad proba. & hoc videmus, ꝙ iuram in defectum proba. quod ſubrogatur loco deficiẽtis proba. cũ vno teſte. vnde probat, & tñ ſunt duo actus diuerſi diſtincti generis, & formæ, tñ quantum ad iudicis motum vnus actus infert confirmationem alterius actus, & idem dicimus in pluribus iudicijs, vt not. ſ. de iureiur. admonẽdi. de ędil. edic. q. ro. § ſi. propterea probationes fiunt ad declarandũ, & facilius aliqđ declarat q̃ de nouo ↄſtituat in eſſe, vt ĵ. de teſt. hẽdes palã. §. ſed ſi notam. §. noſter ergo loquitur quo ad aliquid producẽdum in eſſe de nouo, ſed in materia probationum loquimur quo ad aliquid declarandum. & iſta ſunt bona & ſubtilia. Bal.

§. Qui. Verbum publici muneris abſolute prolatum intelligitur de eo, quod eſt publicum auth. & vtilitate, non autem de auth. tantum. h. d. Vel ſic verbum abſolute prolatum intelligitur de eo, quod eſt ſimpliciter tale, non de eo quod eſt tale ſecundum quid. h. d.

1 *Probatio facta in vna cauſa, prodeſt in alia inter eaſdem perſonas.*

2 *Probatio facta in præteritum, ſequitur neceſſario, vel præſumptiuè verum eſſe in præſenti.*

§. Qui abſolutus. Quando præteritum nõ infert, in præſenti neceſſario, vel probabiliter. probationes factæ de præterito, & ſententia lata de pſenti in alia lite, licet inter eoſdem, nihil habet operatũ. h. d. ſecũdum Di. Pone ſic exemplum. Titius fuit creatus tutor cuiuſdã pupilli excuſauit ſe propter numerum tutelarum, vel filiorum & excuſa. probata abſolutus eſt a tutela. tamen temporis interuallo creatur cura. eiuſdem, qui ſe excuſat vt prius, & ad proba. excuſationis producit veteris probat. ſententiam, quæritur quid iuris? reſpondetur quod iſtæ depoſitiones teſtium, & iſta ſenten

1 tia non proſeſſent ſibi in creatione noua. h. d. † Contra hoc op. quia lege cauetur, quod probatio facta in vna cauſa, prodeſt in

a alia, a inter eaſdem perſonas, vnde videtur ob C. de ar. l. pen. &

a C. de re. l. fin. & de li. cap. l. iubemus. ſo. dicit Din. † aut id', quod probatum eſt in præteritum, ſequitur neceſſario vel præſumptiue verum eſſe in pręſenti, & tunc non valet in præſenti actu pbata in pręteritum, vt hic ſecundum Din. & idem tenet Din. & Cyn. Et de hoc per Cyn in l. 2. C. de eden. Tu aliquantulum latius, quod quędam eſt veritas neceſſario actu permanens, tunc ex præterito veritas iudicatur in præſenti. Quædam eſt veritas præſumptiue actu permanens, & idem. Quædam eſt veritas, quæ ex pręterito neceſſario habet ſe neceſſario aliter in præſenti, vt minor ætas, quæ neceſſario mutatur lapſu temporis, & tunc aut loquimur quantum ad effectum diſpoſitum, & ex pterito inferimus in præſenti. vnde in §. noſtro quantum ad veterem creationem ſtamus probatis, quia eſt effectus iam diſpoſitus. aut loquimur quantum ad effectum diſponendum. vñ non ſtamus proba. vnde quantum ad nouam probationem hic non ſtamus probationibus antiquis. Quædam ſunt quæ habent ſe pariter ad actum permanentem, & tranſeuntem, vt numerus liberorum, quia ita eſt poſſibile, ꝙ viuant de præſenti, ſicut ꝙ ſunt mortui, vel econtra, & tunc dico ꝙ ex præterito nõ eſt ferendum in præſenti, & ideo iſta eſt ratio: quia probatio debet concludere vere, vel præſumptiue, ſed iſta non concludit vere, vel præſumptiue, ergo non eſt probatio. & ꝙ de altero iſtorum duorum modorum debeat probatio concludere, & alias nihil operetur, eſt caſus in §. numero, ſecundum intellectum Din. & glo. & ideo no. hunc. §. bene, & adde quod no. C. de reſti. mi. l. ſi minorem, & C. de proba. l. cum te, & ſ. de proba. l. cũ de ætate, & no. bene prædicta. Baldus.

ADDITIO.

a In alia. Adde Bart. in l. de Aetate, in vlt. col. verſ. ſed quæro. quid ſi in vno iudicio ff. de min.

§. Si non exti. Iura ſalia in fi. no. ꝙ qui permutat magnũ beneficiũ cũ minimo, præſumitur

a facere in fraudem expectantium, & eſt iſte tex. ad hoc no. quia litera dicit, quia præſumitur factum ſtudioſe & affectate.

ADDITIO.

a Expectantium. Et an & quando præſumatur, vide Fel. in c. quia veriſimile, circa prin. & in 1. col. in ver. & per iſtum tex. dicit, de præſump. & adde. Cald. conſ. 4. & 116.

LEX XVIII.

Si quis inter. Tutela filij emãcipati connumeratur in numero tutelarum. dubium faciebat naturalis ſtimulus, vt inf. cod. l. amiciſſimos. §. Lucius. Bal.

§. Si quis creabitur. Pater latitans in fraudẽ legis, ne filius tutor fiat, cogitur mediani vna cum filio adminiſtrare. h. d. Et no. hic caſum, in quo pater compellitur ſe vna cum filio obligare: & ſicut eſt in tutela, ita eſt in dote ſecundum Din. quod dic, vt in l. ſi cum dotem. §. ſi. ſol. ma. Item no. ar. ex iſto §. ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ mulier non poſſit teſtari ſine præſentia propinquorum, & propinqui nolunt intereſſe ad hoc, vt mulier decedat inteſtata, & ad eos perueniat ſucceſſio, ꝙ poſſunt compelli intereſſe remedijs prætorijs. a ſic ſup. tit. 1. l. ſi. quod tene menti. Bal.

ADDITIO.

§. Si duobus. † Tutela datiua cedit legitimę, & legitima teſtamentariæ. h.d. Cyn. & Dyn. & Ray. & multum no. In tex. conſtituit. i. quia peruenit ad ætatem. 25. anno. Dyn. No. ordinem in prælatione tutelarum. nam teſtamentaria præfert legitimæ: legitima datiuæ, & idem operat ius præl itionis poſtea emergens in finienda tutela, quod operatetur in principio exiſtens in tutela finienda. & ſic concor. ſup. de excu. tut. non ſolum. §. ſi libertus. In gloſſ. ſi ergo ibi. §. ſi libertus. vbi colligit expreſſe, quod quæſtio ſic propoſita non procedit, quia ſequens legitimus nõ admittit, dum proximior ſperat, vt ſup. de leg. tut. l. 2. §. ſi apud hoſtes. ſecundum Dy. In ea glo. in fi. ibi ſecũdum Hug. dicas quod in primo caſu, quando datus eſt in locum excuſati, vel remoti, legitimus non admittat: quia ſuperſunt reliquiæ teſtamentarij, & ſic op. Azo. eſt vera. ſecundo caſu, quando eſt datus in locum defuncti, vel deportati, vocat legitimus. & repellitur datiuus, quia non ſuperſunt reliquiæ teſtamentarij, vt ſup. de teſta. tut. l. ſi quis ſub conditione, in fin. & hoc caſu eſt vera opin. Hug. ſecundum Dyn. Cyn. & Rayn. † Et prædictis apparet, quod remotio iudicis nõ facit, quin ſuperſint reliquiæ, & nomen veteris tutelæ, ſecus in remotione legali, vel naturali, vt puta per deportationem, vel mortẽ, vt inf. ead. l. §. pe. & quod no. ſup. de auth. tuto. l. & ſi pluribus, quæ verba no. bene.

1 *Pupillus non poteſt habere curatorem generalem, ſed bene poteſt habere ſpecialem.*

§. Si teſtamento. Durante eadem tutela non cogitur tutor ad redditionem rationis ſecus ſi ſit noua tutela. tunc enim conuenietur per cura. vel contutorem h.d. Et no. quod differentia eſt inter vnum actum continuatum, & plures actiones. nam primo caſu vna eſt actio pro toto tempore. ſecundo ſunt plures actiones. vnde hoc multum facit ad no. ſup. de iureiur. l. eum qui. §. in pupillaribus. † In text. per ſpecialem. no. quod pupillus non põt h̃re curatorem generalem: ſed bene poteſt habere ſpecialem, vt l. qui habet. §. ſi pupillus. ſup. de tute.

1 *Tutor alicuius ſi banniatur, & eius bona cõfiſcẽtur, nõ eius tutela finitur.*

2 *Officium principalis adminiſtratoris per dationem coadiutoris non finitur.*

3 *Banniti collectas ſoluere non tenentur.*

§. Si tutori. Adiunctio curæ non finit officium tutoris, ſecus ſi ſi tutor ſit confiſcatus. h. d. † Et not. hic argumentum quod ſi tutor alicuius banniat, & eius bona confiſcantur, quod tutela ſit finita, & tutelæ actione agi poterit, & ſic põt intellig: ſ. de ſol. q. ſi ſorte, ſm Iac. de Are. Item no. quod ſi aliquis fuit poſitus in ſacculo priorum, & poſtea fuit bannitus: octa de extrahi ſi de ſacculo, q debet lacerari, quia finita eſt ſacculatio per iſtum tex. † Item no. quod per dationem coadiutoris non finitur officium principalis adminiſtratoris. In tex. eius. l. confiſcati tutoris. Dy † Et no. arg. qui banniti non tenent ſoluere collectas. a nec reſpondent creditoribus. b quia hñt pro mortuis, quod eſt verum ſi nudi exulant, vt ſup. de cap. dim. l. tutelas. §. ſi libertate. ſecus ſi retinent bona nam tunc compelluntur ad onera, vt ſ. de polli. l. de pollicitationibus, & ibi eſt caſus. In tex. ibi, præter pœnam excluſiue ſm Iac. de Are. de hoc dixi. ſ. de annu. lega. Seio. §. vxori. per Dy. & ſup. de pig. actio. l. i. in fi. & C. de decl. l. ex omnibus, lib. 10. In tex. non dantur. quo ad exercitium, quãdo omnino poſt tutelam: ſed qñ habẽt vetuſtiorem originem, ſic, & ita debennit concor. gl. quæ inuicẽ õtrariãt hic. & inſt. de auct. tu. §. ſi. & l. 2. de admi tuto. C. In tex. ibi, acti. habet. qua ſoluere ſibi debet. Dyn. In tex. debuit. vnde actio deuoluta magis durat, quam punitiua.

A D D I T I O N E S

a Collectas. Vide eundem bal. in l. ſi. C. ſi propter pu. per. & Flo. in l. ſi perdentes. §. ſi quid, de vſufr. & Bar. in l. inter quos. ff de dam. infe. & do. Bart. Soc. in conſil. 217 incip. cucs hanc q. clare in 2. parte. char. 95. & Rom. in conſil. 114.

b Creditoribus Adde eundem Bal. in l. 2. C. ad l. iul. de vi pu. vel priua.

L E X XI.

Si filius. Variatur qualitas, & modus agendi propter varietatem temporum, vel ſic. vbi varietas temporis inferi varietates modi agendi, variatio tempore modus agendi etiam variantur. h. d. materia iſtius l. plene examinatur in l. Pomponius. neg. ſup. de neg. geſt. In tex. cum eo, ſcilicet filio, eodemq. quondam tutore. Dy.

L E X XII.

Filius autem. Nota hic, quod ratio q ſuſpendit principale, ſuſpendit acceſſorium. h. d. Bal.

L E X XIII.

1 *Ratione continuationis factum temporibus diuerſis, reputatur factum eodem tempore.*

2 *Tempus diſtinguit maleficium.*

Si tutor. Adminiſtratio cohærens tutelæ venit in actio. tutelæ. ſecus, ſi non ſit adminiſtratio contigua, ſed diſcreta. h. d. cum l. ſeq. & facit. ſ. de neg. geſt. eum actum, cũ 1 l. ſeq. no. hic † quod ratione continuationis factum temporibus diuerſis reputatur factum eodem tempore. Et facit ad q. dictat ſtat. quod re(u)mens vxorem alterius de die, teneatur in ducentis, & tenens de nocte puniatur in trecentas libras. modo quidam 2 tenuit die, & nocte. modo quæritur, vtrum iſtud ſit vnum maleficium, vel plura? & vtq plura, † quia tempus diſtinguit maleficium. in õrium facit hæc l. q ſit vnum tm maleficium, & teſpiciatur princ. temporis ad idem. ſ. de fur. l. inficiando. §. infans. & ſ. de adulſ. l. quod ait. §. ſi. pro prima vero parte facit. ſupra eo. l. ſi filius. non determino hic, quia non eſt propria materia. Bal.

A D D I T I O.

a Die & nocte. Vide Pet. de Anch. conſ. 4.

L E X XIV.

Si poſt puber. Ex duplici officio oriuntur duæ agendi formæ. h. d.

L E X XV.

Ex duobus. Minus operatur tranſactio, q̃ ſolutio quo ad extendendã liberationem ad aliã ſponſionẽ, & eſt no. lex. & no. pro componentib. ſe cum camera eccleſi.

In

In tex. ibi, præſtitiſſet ob dolum cõem, Odo. Not. iſtam l. quod ſi plures ſunt obligati cameræ Romanæ, compoſitio vnius non prodeſt alteri, ſecus in ſoluti. niſi eſſet mera pœna, quia tũc nec ſolutio prodeſt, vt ſup. de iuriſd. om. iud. adeo. Bald.

LEX XVI.

Si cum adhuc. Non poteſt prius intentari actio cumulata, quàm principalis. Vel ſic. ſuſpenſa actio primitiua, omnis actio, quæ habet originem ex eodem fonte, ſuſpenditur. h. d. In text. ibi, agi poterit propter vnã ſpeciem male adminiſtratam. Din. non vniuerſali act. Cy. & ſic non ob. ſ. eo. niſi finita. § fin.

LEX XVII.

1 *Aduerſarium contra ſe ipſum munire nemo tenetur.*
2 *Abbas non tenetur facere ſumptus monacho, ſi conquæretur de Abbate.*
3 *Aſſeſſor, & conſultor debet dari expenſis petentis partis tantum, niſi aſſumatur a iudice.*

Imperatores. † Nemo tenetur aduerſario ſuo facere ɔ̃ ſeipſum ſumptus litis. h. d. Et not.
bene hanc l. & concor. C. de teſti. l. qm̃, & ſ. de poſth. l. hi q cau-
1 ſas, ſm Iac. † de Aret. vel ſic nemo tenetur munire aduerſariũ
2 contra ſeipſum, & eſt argu. † ꝙ Abbas non tenetur facere ſum-
a ptus monacho, a ſi conqueretur de Abbate. quod eſt verum, ſi
conqueritur de perſona, ſecus ſi pro vtilitate eccleſiæ, vt extra,
3 de accu. ex parte, & vide l. ſi inſtituta. C. de inoffic. teſt. §. 1. † Itẽ
eſt argu. ꝙ aſſeſſor, & conſultor debet dari expenſis petentis, &
iſtud eſt, qñ datur ad petitionẽ vnius partis tantum. ſecus, ſi ad
petitionem iudicis fuit aſſociatus: quia tunc debet dari expenſis vtriuſque partis, vt c. ſtatutum. § aſſeſſores, de reſcrip. & C. de eroga. mi. anno. l. cum ſæpe, lib. 11. Et adde quod not. in ſimili ĩ l. 2. §. fin. infr. qui. ex cau. in poſ. eat. facit. C. de ſta. & imag. l. fi. C. de re. cre. l. generaliter. §. expenſis. ſ. fam. ercis. l. ex parte. §. ſi. cum ſimi. & ita ſeruatur in practica. Bald.

ADDITIO.

a Monacho. Vide quod ad hoc habetur per Fel. in c. ex parte, in fi. pen. colu. de accuſat.

LEX XVIII.

Cum tutor. Tutor qui abſtenſione pupilli bonorum hæreditariorum, & venditione deliquit, tenetur pupillo ad intereſſe ratione abſtenſionis in creditoribus hæreditarijs, & ratione perperam factæ venditionis. hoc dicit In tex. an creditoribus. ſcilicet hæreditarijs. In tex. l. iſta dictio determinat præcedentia. not. quod geſtor bonorum tenetur creditoribus ipſorum bonorum ex mala geſtione. ¶ Secundo not. ex gloſ. parua, quæ incipit, vt quia, ꝙ quando dicitur iſta hæreditas eſt bona pro centum, tantum eſt dicere ꝙ centum ſunt in hæreditate vltra omne æs alienum. Bald.

LEX XIX.

SI probatum. Nomen debitoris approbatum reprobari non poteſt. h. d. vel ſic, qui ſemel
a approbatus, habetur pro probato, & idoneo perpetuo. a h. d.

ADDITIO.

a Perpetuo. Adde eundem Bal. in l. 1. vlti. col. in princ. ver. 36. caſus eſt. C. de fur. & in l. ſi quis teſtib. in 1. col. verſ. opponitur, & vẽ. & ibi no. C. de te. & quæ late ad materiam approbationis habentur per Fel. in c. cum ver. eta. bilis, in fi. pen. col. in verſ. vlt. tene menti, vſque ad fi. de te iu. & in c. præſentium, de teſti. in 2. col. ver. in glo. 1.

LEX XX.

Alterius. Reſtitutio minoris extendit ſe per quandam conſequentiam ad reſtituendum terminum, qui dependet ab eadem cauſa. h. d. Vel ſic, reciſſa cauſa liberationis reſcindit eius effectus. No. hic ſi minori reſtituitur actio, eſt reſtituenda contra tertium qui beneficio ipſius minoris fuerat liberatus ſm Di. In glo. Titius adultus. ibi in 20. vnde beneficio diuiſionis quilibet tenetur in 10. In ea. gl. ibi. ɔ̃ Seyum. tanquam ɔ̃ hæredem. In ea. glo. ibi 25. & in hoc fuit læſus Seyus, q non debebat ſoluere niſi 10. In ead. glo. ibi ɔ̃ Titium, ſ. in v. vel ſic qñ ſententia lata contra minorem, eſt cauſa liberationis alterius, reſtituto minore reſtituitur actio creditori in veterem debitorem. h. d. facit inf. de iure fiſ. deferre. §. fi. cum l. ſeq.

§. Non idcirco. Curatores ſoluentes propter culpam tutoris abſoluti poſſunt implorare, ꝙ minor cedat eis contra tutorem beneficium reſtitu. in integrum. h. d. Et not. quòd beneficium reſtitu. in integrum poteſt cedi. Concor. ſ. de admin. tuto. ſi minoris, & ſ. de min. l. ꝙ ſi minor, in princ. vel ſic, ei qui pro alieno facto conuenitur, debet cedi actio, & beneficium cedendarum poteſt opponi in execu. ſententiæ. h. d.

LEX XXI.

Cum pupil. Solutio facta in pretium cedendarũ nõ liberat debitorem, pro quo ſoluitur. h. d. vel ſic, ſolutio quæ ordinatur ad vnum finem, non debet oppoſitum operari. h. d. Et vide ĩ. de pec. leg. dominus Sticho, in glo. melius dixiſſet. In tex. fiat, id eſt ſatisfiat. Bald.

LEX XXII.

Defenſor. Ex perſona defenſoris rei non mutatur priuilegium petitoris. h. d.

LEX XXIII.

Conuento. Sola notio actionis contra vnũ liberat plures reos. h. d. Bal.

LEX XXIIII.

Poſthumo. Tutor datus poſthumo, eo non nato neq; tutelæ, neque pro tutela tenetur, ſed actio. neg. geſt. vtili, non directa. h. d. In tex. ſignificatio, id eſt nulla ſimilitudo, propter quam actio tutelæ poſſet locum habere. Dy.

De contraria tutelæ actione. Rub.

LEX PRIMA.

COntrariam. & c. Ibi, quamquam. not. hũc tex. ad q. dicit ſta. ꝙ filiusfam. non obligetur ſine auct. patris. quidam geſſit negocia filijfam. patris auct. non interueniente, quæritur an agere poſſit? rñdeo ꝙ ſic, quia illa auct. & ſolem
a nitas non deſideratur in quaſi contractibus. a vt hic no. bene.

ADDITIO.

a Contractibus. Vide Rom. in conſi. 399.

§. Finitum. Contrariorum, & relatiuorum idem eſt tempus, eadem natura, & conditio. h. d. vel
a ſic, contrariorum eadem eſt diſciplina.

ADDITIO.

a Diſciplina. Adde eundem tenentem Din. in reg. qui ſentit onus, & quod ibi habetur in apoſtil.

§. Propterea. Aliud eſt exce. non admitti, aliud diſcuſſam reprobari. vel ſic. qñ exceptio nõ admittitur, non ob. exceptio rei iud ſecus, ſi per interlocutoriã, vel diffinitiuam reprobetur. h. d. concordat. ſ. de neg. geſt. ſi nõ autem. §. fi. de compen. l. quod in diem §. ſi rationem, & C. de fide inſtr. l. fi. & habes hic ꝙ interlocutoria oritur actio rei iu. de hoc no. de elec. cum dilecti, in fi. In tex. non habuerit quia nec admiſit exceptio. nec reprobauit expreſſe. Dyn. quomodocunque exceptio non ſit excuſſa, nõ impeditur excipiens, quin denuo poſſit refricare per viam agendi.

§. Hanc actionem. Licet exceptio non poſſet opponi, vbi non agitur: tamen contraria actio poteſt proponi. h. d. Coniuncta. l. pure §. fi. de excep. do. Bal.

LEX III.

Quod ergo. Nota iſtum tex. ibi, neque enim. & c.

1 *Actio contraria tutelæ, non competit ad liberandum, ſed ad ſoluendum, quod debetur tutori.*
2 *Creditor non eſt compellendus facere generalem liberationem.*
3 *Pactum quodlibet dicitur eſſe contractus.*
4 *Statutum dicens, quod de quolibet contractu debeat ſolui gabella, debet ſolui etiam de refutationibus, quæ fiunt per pactum.*

1 **§. Contrarium.** † Contraria actio tutelæ non cõpetit ad liberandum, ſed ad ſoluendũ,
quod debetur tutori. h. d. Et præmitte ꝙ duplex eſt debitum. ſ.
liberationis, & pro hoc non competit actio. & præſtationis, &
pro hoc competit actio, h. d. In tex. dixit. no. iſtum tex. valde quĩ
eſt arg. ad q. illam. Si creditor habeat aliquem debitorem ex diuerſis obligationib obligatum, & debitor ex oĩ cauſa ſatisfaciat
a creditori: nunquid creditor poſſit cõpelli ad gñalẽ a refutationẽ faciendã ipſi debitori? & dicendũ eſt, ꝙ non ſit cõpellendus,
niſi de debitis ſpecificatis, quæ apparent ſoluta, & ad hoc quoti
2 die allegatur per doct. ſm Old. vnde dicit hic Dyn no. † creditores non eſſe ɔpellendos facere gñalem liberationem, ſed ſpecialem tantum debito, qđ de pñti exiſtit ſolutum, vt C. de ſo. pecuniæ. Dy. Item inducitur ad ſecundam qõnem, duo ſunt ſocij, finita ſocietate alter vult impetrare officiũ iudicis, vt reuideantur rationes ſocietatis, & deinde imponat perpetuum ſilentiũ ſuo
b ſocio, vt eũ, vel hæredẽ ſuũ amodo non inquietet, b an hoc petere poteſt? vr̃ non per iſtũ §. vbi non agitur, vt quis liberetur. præterea actor eſt. qui debet agere, non reus, vt inſti. de actior. §. ɔ̃ quoq;, & ĩ. excep. do. l. pure. §. fin. ad idem: quia ſi hoc eſſet ex parte rei, non reciperentur teſtes ad æternam memoriam, qa eſſet ſibi proditum ius agendi: ſed iſtud eſt ɔ̃ text. C. de vſuria pupil. l. pupil. ſ. de teſt. curent, in auth. de teſti. §. pen. & extra, de teſti. c. ſignificauit. In contrarium vr̃ per ea, quæ notantur. C. vt nemo inui. vbi eſt quæſtio de ſcholari, & de ingen. ma. diffamari, & melius. ĩ. de lib. leg. Aulius §. centum, in gl. ord. ſm Cy. addebat gl. Bar. aliam gloſ. quæ eſt ĩ. de fideicom. l. ſi contendit, &
C. de

ADDITIONES.

a Generalem. Adde Bal. conſi. 349. incip. ſi creditor.
b Inquietet. Adde vt per Rom. conſi. 54.

C.de non num.pecun.auth.hanc querelam. In hoc conſidera ꝙ quãque reo poteſt perire ius, & probatio, ex lapſu tpis, tunc pōt aſſumere partem actoris: & ita loquitur.l. ſi contendat. Interdũ pōt deperire probatio, ſed non ius, tunc pōt petere ꝙ teſtes reci piantur ad æternam memoriam, vt d.l. curent, & l.fi.de vēt.pu. & hoc in reo. in actore aũt non eſt dubiũ, qđ pōt agere ſm natu ram iuris ſui, vt ſ.ad l.Aquil.l.in lege Aquilia ſi deletũ, & de ta. exhi.locũ.§.ↄdemnatio.& hæc verba tene menti. non ob.l.diffamati, quia iſtud eſt ideo, ꝙ ille qui diffamat, quodãmodo iudicium prouocat, & ideo reus vt prouocatus admittitur ad petendum, ꝙ diffamanti imponatur ſilentium, vt extra qui matrimo.accuſ.poſſ.c.cum in, & extra, qui fil.ſint leg.c.cauſam quæ, per Inn. In gl.fin.in officio.ibi, iurō. hęc glo.dicit, ꝙ auth. ſacramenta puberũ, hēt locum in liberatione, ſicut in vero ↄctu ergo ſm hanc gl.minores pñt cum iurō remittere, refutare, & renunciare, & eſt ratio quia iuramentum eum repreſentat maiorem, cum ſit habilis ad iurandum, ac ſi eſſet maior.25.annis ſm Dyn.& eſt hoc hodie probatũ in c.2. de pac.lib.6.de hoc no.in feudis, de pace iur.fir.§. item ſacramenta, col.x.vbi gl.tenet idē,
3 quod hic.& eſt no.& dicit Dy. † ꝙ cum quodlibet pactum ſit ↄ̄ctus, vt no.in l.1.in fi.magnę gl. de act.& obli.quod in quolibet pacto habet locum auth. ſacramenta puberum, ſiue tendat ad
4 obligandum. ſiue ad non petendum, quod tene menti.† hīc eſt hic arg.ad ſtatutum, quod de cōtractibus debet ſolui gabella, quod debet ſolui etiam de refutationibus, quæ fiunt per pactũ: ſecus, ſi per ſolu. quia ibi eſt diſtractus, non contractus, vt Inſti. qui.mo.re contrahi.obli.§.is quoque, vbi eſt expreſſum. In tex. ibi, conſequitur.no.hunc tex.pro fideiuſſ.qui capiunt pecuniam ſub vſuris.facit extra, de vſu.c.cum vſuris.

§. Plane. Summæ ad tutorem peruentæ, & de ſuo expenſæ adinuicem compenſantur.h.d. Et no.hũc tex: pro omnibus adminiſtratoribus.† Vſuras in tex. ſterilis.not.ꝙ pecunia non debet ſtare ſterilis.

§. Quid ergo. No.a prætore † poſtulandum, & imputet ſibi, qui non petit.facit extra, de electi.c.cap.eis quibus.

§. Si vero. No.hic quod iniuria facta tutori, dicitur facta pupillo, & nocet pupillo, & idem in quolibet adminiſtratore, quod eſt no.Bal.

§. † Sufficit. Non ſunt commendanda, quæ commēdat fortuna, ſed quæ ratio commendat.h.d.cōcor.ſ.de neg.geſ.ſed an vltro.§.fi.vbi gl.allegat Boetium.In tex.
a nexum.no.quod in connexis idem eſt iudicium.a

ADDITIO.

a Iudicium. Adde Fel.in c ſignificauerunt, de excep.in 9.col.& quod ibi habetur ad hoc in apoſtil.

LEX IIII.

A tutela. Idem operatur remotio iudicis, quod expiratio tpis, & licet quis ſit a tutela remotus: tñ qđ impēdit, deberet recuperare.h.d.No.& facit pro rectorib.eccleſiarũ, qui de ſuo impenderunt, & tñ inde remoti ſunt, ꝙ recuperent ab eccleſia. iſta l.eſt no. Vel ſic, licet quis remoueat̄ ab actu non perdit iura quæ quæſiuit medio tempore.h.d. Bal.

LEX VI.

Si tutor. Officialis poteſt agere, etiam ſi non diu ſtetit in obligatione. Bal.

De eo, qui pro tutore, vel curatore negocia geſſit. Rubrica.

LEX PRIMA.

Pro tutelæ. Cum eo qui, ſicut tutela putatiua non habet principium ſui eſſe: ita non habet terminum eſſe, & ideo non eſt ſpectanda pubertas.h.d.Bal.

§. Si quis quaſi. Actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito.h. d.Bal.

§. Si curator. Impubes poteſt habere curatorem ad negocia.ad hoc allegatur.h. d. & eſt menti tenendum, & vide quod no. in l.curatorem, & l.curator, de tut. & cu.da.ab his. Ad litem non eſt dubium, ꝙ impubes poteſt habere cur. vt ſ.de nit.qui habet.§.ſi pupillus, ſed ad contrac.& negocia eſt dubium, & non eſt alibi melior tex.

§. Si quis tamen. Compulſio iudicis non excuſat a rationibus reddendis, & fuit cōpulſio facta, in qua eſt maior ratio dubitationis.Bal.

§. In protutelæ. In actione protutelæ non veniunt ea, quæ non attingit gerens: in hoc differt a natura tutelæ.h. d. In tex.non certiorauit. No.quod qui gerit negocium pupillorum, ſi vult recedere a geſtione, debet primo hæc notificare coniunctis pupilli.& eſt argum. ꝙ ſi quis
a habet domum meam ad penſionem, a & vult recedere finito tempore, quod debet mihi notificare, & donec mihi non notificet, tenetur ad penſionem, & eſt iſte tex.no.ad hoc, & ad hoc facit ſup.loca.l.item quæritur.§.exercitu, & ſup.man.idemque.§. ſi ignorantes, & ſi non ſum in patria, debet hoc notificare meis coniunctis, & amicis arg.huius literæ.

ADDITIO.

a Ad penſionem. Sed quid de eo qui ante tempus recedit animo non redeundi, An poſſit conueniri pro toto tempore, & teneatur ad penſionem, vide tex.in l.ſi in l.§.ſi domus.ſup.locati, vbi vide Bart. & in l.1 §.ſi penſio, de migran. ſed quid ſi vult ponere ſubſtitutum in domo pro reſiduo temporis, dic idem vt per gl.in l.loca.in fi.in ver.ſuccedit, quæ loquitur in ſcholare. Sed ad hoc vide no.in l.dominus horreorum.§ ſi.ſup.locati. & vide tex.in l.nemo, cum gl.C.locati. vbi an poſſit alteri locari.

LEX II.

1 *Venditio facta etiam cum decreto de re pupilli, cum auctoritate putati ij tutoris, non valet.*
a *Prælatus licet ſit in poſſeſſione prælaturæ, tamen etiam cum auctoritate ſuperioris non poſſet alienare, ſi non eſt verus prælatus.*

1 Si is qui. † Non tenet venditio facta etiam cum decreto de re pupilli cum auct. putatiui tutoris.h.d.eſt bonum arg. ꝙ licet quis ſit in poſſeſſione prælaturæ: tamen etiam cum auct. ſuperioris non poſſet alienare, ſi non eſt verus prælatus, & hæc l.ad hoc multum no. In tex.ibi, vendidit etiam adhibita ſolemnitate decreti. Dy. In tex.ibi, eadem arg. ꝙ non legitimus prælatus non poſſet adminiſtrare de iure, licet adminiſtret de facto, & ſit in poſſeſſione, hoc tenet gl.in l.iuſiurandum, qđ ex conſent.one.§.2.ſup.de iureiur. Inn.dicit quod etiam minus
a legitimus prælatus poteſt adminiſtrare pro neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ, & etiam eius iura proponere in iudicio, vt ipſe no. extra, de elec.c.querelam, & de reſt.ſpo. c.In literis. alienare tamen principaliter non poteſt, 12.q.2. c.alienationis, dictum Inn. habet locum in prælato putatiuo. ſecus in tutore putatiuo, cuius perſona nunquam legitimatur, niſi legitimetur per iudicem, vt ſ.iu.t.l.1.§.idem Pompo.& ibi per Iaco.de Are.& dico quod licet in prælato ſit reperire quaſi poſſeſſionē ꝑlaturæ: in tutore tamē nullam eſt inuenire quaſi poſſeſſio. licet ſit inuenire actum exercitij, quod ſic probo, ſi eſſet reperire in tutore quaſi poſſeſſionē, eſſet reperire fructum aliquem correſpondentem quaſi poſſeſſioni, ſed nullus fructus eſt in tutore, quem lucrifaciat, in prælato autem ſic, & iſtud eſt ſubtile multum. Bald.

LEX III.

1 *Tutoris animo non intelligitur geri, quod geritur ab ignorante.*
2 *Geſtum a procuratore antequam reciperet literas mandati, non valet.*

1 Quæro an is. † Non intelligitur animo tutoris geri, quod gerit̄ ab ignorante. & vide hic qđ no.in c.is qui, de procu.lib.6.per Archid.& Io. And.ĵ. de cond.
a & demon.multum intereſt, per Batto.† In tex. ſcire.allegatur, ꝙ
a non teneat quod fecerit procur. antequam reciperet a literas mandati, ſed Din. conſuluit cōtra, dummodo putauerit ſe procur.hic autem non putabat ſe tutorem, & ſic non ob. propterea licet hic haberet ius, non tamen habebat adminiſtrationē, quia in conferendo adminiſtrationem tutori requiritur decretum, vt l.fi.arg.tute.C.mandatum vero procuratoris ſola voluntate domini perficit̄, & ſic non facit ↄ̄ Din.& pro Din.facit ſ.de iuris & fac.igno.regula.§.qui ignorauit, & qđ no. Inno.extra de præſcrip c.cũ ex officij pro ↄ̄na opi facit.c.prudentiam, in prin. de offi.deleg & qđ no.Hoſt. de reſtit.ſpo.ca. ex conqueſtione.

ADDITIO.

a Reciperet. Vide Bar.conſi.incip.ſuper eo, quod quæritur.

Quod falſo tutore auctore. Rubri.

¶ Super gl. Rubricæ. ibi tantum ſ.quo ad agendum contra tutorem falſum. Din. In ead.gloſ.in fin.ibi l.nouiſſime, in princ. Item tit.præcedens non habet locum in perſona, quæ non poteſt habere tutorem, vt ſ. tit.1.l.1.§. ſi quis quaſi, ſed iſte ſic.vt ĵ.eod.l.falſus.§.ſed & ſi quis quaſi.Iac.de Are. & no.quod licet rub.loquatur de tutore falſo, idem tamen intelligo de curatore falſo, arg. ĵ eod.l.pen.& ĵ de fon. in §.hoc interdicto, & inf. de condit.& demonſt. pater Seuerinam.§.conditionum, quia in paucis differunt tutores a curatoribus, vt ſup.de excuſ.tut. ſcire oportet, in prin.ſecundum Iac.de Aret.& Pet.

LEX PRIMA.

1 *Reſtitutio, quandocunque per edictum prætoris mortui conceditur, non eſt neceſſaria aditio prætoris, quod procedit quando vtitur verbis præſentis temporis ſecus, ſi futuri temporis.*
a *Verba legis, vel ſtatuti interdum ſunt defectiua.*

Hvius edic. Diuiditur in tres partes, primo commendat edictum tãquam rationabile. ſcđo ponit verba edicti. tertio ponit ꝙ verbis edicti multa deficiũt, q̃ ſupplet. ſcđa ibi, verba, tertia ibi, verbis. In tex.ibi, decipiũt, qđ fit dũ & c. Ia.de Are.vel dic, ne remaneãt in dãno ex deceptione hi qui cōtraxerunt

traxerunt cũ pupillo bona fide auctoritate falſi tutoris ſm Dy.
In tex.ibi, adhibeantur, i.ad auctorandum ꝯtui celebrato cũ pu-
pillo. Dy. Opp ꝯ iſtud prin dr̃ hic, ꝙ per hoc edictũ ſuccurritur
ei, q ꝯhit cũ pupillo falſo tutore auctore. ꝯ, imò vr̃ ꝙ iſtud edi-
ctum non ſit neceſſariũ, cũ talis ꝯctus ſit ipſo iure nullus. ergo
reſtitutio per hoc edictum non eſt neceſſaria. s̃. titu. 1. ſi is qui, &
de aucto. tut. l. & ſi pluribus, primo reſponſo. de reb. eorum, qui
neque. C. de tut. & curato. qui ſatis non de. l. non dubium. reſpõ
deo, verum eſt, ꝙ non tenet in præiudiciũ pupilli, & ideo pupil-
lo non eſt neceſſaria reſtitutio, vt in l allegata, ſed in præiudiciũ
ꝯhentis, vel quaſi ꝯhentis cum pupillo tenet, vt l. Iul. §. ſi quis a
pupillo, de act. emp. & C. de procura. non eo minus, & ideo eſt
neceſſaria reſtitutio, quæ datur ex hoc edicto contrahenti, vel
quaſi, ne decipiatur auctoritate falſi tutoris: alias ſi contraheret
non interueniente alio quam pupillo, imputaretur ſibi. d. §. ſi qs
a pupillo, ſm Dyn. & Ray. Adde tñ ꝙ ſi pupillus legitime com-
probat, ꝙ factum eſt, beneficiũ iſtius edicti euaneſcit, vt C. qui-
c. in integ. reſt. non eſt neceſſaria, ſi tutor, & ſup. de admi tut. vul
go. Secundo opponitur ꝯ. § verba dr̃ hic quod ex hoc edicto cõ
petit reſtitutorium remedium ꝯ pupillum, ne noceat, quod ge-
ſtum eſt. imo vr̃ ꝙ competant alia remedia. vnde vr̃ obſtare. inſ.
eo. nouiſſime, & l. huius actiones, & l. pen. Sol. cõcedo quod ex
iſto edicto ſunt prodita plura remedia. quod dic, vt in gl quæ in
cipit, geſtum erit, quæ eſt magiſtra ad intellectum totius tituli,
ꝙ no. & vide eam. In gl geſtum erit. ibi, reſti. an eſt neceſſe hanc
in integrum reſti. petere iudicis officio? vr̃ quod non ex theori-
ca, quæ no. J. de noui ope nuncia. l. de pupillo. §. qui nunciat, vbi
a no. †quod qñcunq. per edictum prætoris motu concediitur re-
ſtitutio, non eſt neceſſaria aditio prætoris: ſecus, ſi edictum non re-
ſtituit, ſed concedit peti reſti. in integrum, quia tunc eſt neceſ-
ſarium implorare eam in iudicio, ita no. determinat illa gl. facit.
J. eo. minoribus. in ꝯtrium fac. t. s̃. de mino. ꝙ ſi minor. §. ſi. ſed qñ
que edictum prætoris loquitur per verba futuri temporis, puta
in integrum reſtituam, tunc eſt neceſſaria aditio prætoris, vt d. l.
quod ſi minor. §. ſi. qñq. vtitur verbis præſentis tẽporis, tunc non
eſt neceſſaria aditio prætoris, quia ſufficit edicti aucto. vt J. de ꝯ-
di. inſti. l. quæ ſub conditio §. ſi. & ideo vr̃ ꝙ hic ſit neceſſe, quod
petatur coram iudice in integrũ reſt quia prætor dicit in integr.
reſtit. dabo, vt J. ea l. §. ſi. ſed leges huius tit. hoc non declarant,
& vide. J. eo. ſi falſo. In ea. gl ibi ex hoc edicto. i. ex verbis, vel ex
a mente ſecundum Dyn.† Verbis edict. ibi, deſunt. no quod in-
terdum verba legis, vel ſtatuti. ſunt defectiua, quia non prouidẽt
in omni caſu. In tex. ibi, non potuit ſubaudi, datur reſtitutio Dy.
In tex. datus. qui ſimiliter quantum ad regionem ad ſe non per-
tinentem pro non tutore habetur, vt ſup de admi. tut. l. vel in par
tes. Dy. In tex. ibi, auctoritatem. contractui celebrato cum pupil
lo. In tex. ibi, accommodauerit, ſcilicet ſimul. In tex. eſt. & certe
valebit in præiudicium pupilli, quia falſa auctoritas non vitiat
veram auctoritatem, nec ob. ã. de arbi. Pedius §. in ſeruum, quia
ibi in arbitris, vbi vna eſt notio in vtroq;, vt eo. tit item ſi vnus.
§. ſi. & l ſeq. hic in pluribus tutoribus. vnde poteſtas hic eſt ſolida
in vtroquoque, ac ſi omnes eſſent veri tutores, & per conſe-
quens etiam in vno ſolo vero tutore conſiſtit ſolida auctoritas,
vt ſup. de admi. tut. decreto. §. 1. & J. de cur. fur. conſilio. §. ſi ſecũ-
dum Iac. de Belu. & idem ſentit Dy. Item non ob. extra, de offic.
deleg. cum ſuper, quia ibi loquitur in pluribus iudicibus delega
tis, quorum nõ habet quilibet per ſe exercitium iuriſdict. ſecus
in tutoribus, quorum quilibet habet ſolidam poteſtatem. pro-
pterea in c. cum ſuper, erat error in procedente, ſed hic non erat
error in auctoritate. i. in vero tutore. Et faciunt hæc ad quæſtio
nem, an ſi fuerit compromiſſum in tres, & adijciatur hæc clau-
ſula, dantes eiſdem arbitris, & duobus ex eis plenam auctori. v-
trum altero non acceptante, duo poſſint iudicare? & eſt argum.
quod ſic, ex quo in duobus reſidebat ſolida poteſtas. ad hoc fa-
cit. ſup. de arbit. Pedius, in fin. imo. l. ſequens eſt illa, quæ videtur
hoc determinare, ad idem de offic. deleg. c. prudentiam, in princ.
hoc tangitur hic per Cyn. in additionibus ſuis. In tex. ibi, non
erant. & nemo erat verus tutor. Bald.

1 *Decretum prætoris facit valere minus legitime geſta.*
2 *Falſus procurator per interlocutoriam iudicis non poteſt legitimari.*

§. Idem Pompo. Allegatur ꝙ auctoritas interpoſi-
ta a falſo tutore valeat propter au
ctoritatem prætoris, qui decreuit ſe ratum habiturum, & eſt
iſte. §. ſingularis: nec vr̃ hoc mirũ, cum poſſit iudex ſupplere de-
fectum tutoris, vt no. C. de in integ. reſti. mil. ſi curatorem ha-
bens, & l. de iure de. l. ſi infanti. C. qui ad bo poſ. po. l. bonorum,
1 & arg. l. profectitia. in prin. de iure do.† Vel ſic. decretum præto-
ris facit valere minus legitime geſta hoc dicit. In tex. non ipſo iu
re. i. non proprio vigore, ſed robore decreti, & ideo ceſſat reſtitu
tio ex hoc edicto ſecundum Dy. Quærunt doct. vtrum proceſ-
ſus factus cum falſo procuratore, quem iudex pronunciat verũ
procuratorem, & decernit ſe ratum habiturum, valet necne? Di
cit Iac. de Are. in l. interdum. J eo. quod non valet, imo ſtandum
eſt legi, quæ dicit proceſſum falſi procura. nullum eſſe, vt C. de
a procur. l. licet, a & J. de ex. ie. iu. ſi mater. §. hoc iure. Non obſtat
iſte §. quia aliud eſt in tutore, qui poteſt conſtitui per iud. cem,
aliud in procur. qui non poteſt per iudicem ordinari ſecundum
Iac. de Are. Cy. in l. interdum, hoc confirmat per aliam rationẽ:
quia iudex poteſt ſupplere defectum tutoris auctorantis pupil-
lo præſenti, ſed non poteſt ſupplere defectum proc. interuenien
b tis pro abſente. b Et tñ aduertendum, ꝙ non ſufficit in tutore. ꝙ
iudex admittat vt verum tutorem, niſi decernat ſe ratum habi-
turum, vt hic coniuncta. l. ii tutor. C. in quib. cau. in integ reſti.
2 non eſt neceſſ & iſte eſt mens Cy. in d. l. interdum. † Ex prędictis
no. quod falſus procurator per interlocutoriam iudicis non po-
teſt legitimari. & adde quod no Inno. de reſcr. c. ſuper literis.

ADDITIONES.

a L. licet. Et ibi vide eundem Bal. in vlt. col verſ. vlterius quæro, & in l. ſi §. neceſſitatem, in 1. col. in 2. q C. de bo. qua l b. & adde Spec. in tit. de reſcr. præſen. § 3 ver. ſi. & in practica Papi. ver. tutor, & eundem Bal. in conſil. incip in Chriſti nomine amen, viſo dicto puncto, & Pau. de Caſt. in conſ. 106 & adde Io de Pla. in l Plautius. ff de proc. & eundem Bal. in l. falſus. C de fur. in ver. ad quartam venio. And. Barba.

b Pro abſente. Intellige notabi. dictum Cy. cum in actis de aliqua mandati productione, vel probatione non appareat, ſed cum ante pronunciationẽ iudicis præcedit probatio, tunc illa pronunciatio firmat actum contra omnem nullitatem. ita dicit Pet. de Anch. conſ. 40 alleg Inno. in c. ſuper literis hic alleg. & in c. 2. de dilat.

LEX II.

Si id, inquit. actor. No. ꝙ notificatio facta per p-
ſonam, cuius non intereſt, nõ
inducit malam fidem, ſi quis illi notificationi non crediderit: ꝙ
eſt no. Et ad idem eſt argu. ſup depo. ſi quis inficiatus. In tex. di-
ctum. i. deſt denunciatum. In tex. crediderit, quia magis crede-
debat ei, qui aſſerebat ſe tutorem, cum videretur homo bonæ
cond. arg. ff. commo. l argentum. Bald.

LEX III.

Plane. Audiui Bar. ſuper hac l. dicentem, quod hæc lex eſt
arg ad quæſtionem ſtatuti, quod nõ poſſit peti exe-
a cutio inſtr̃i poſt decem annos. a nam ſi nolo agere vigore ſtatu
ti, ſed via ordinaria iuris communis, non ob. mihi præſcriptio de
cennij. Vnde licet poſt decennium non poſſem producere in-
ſtr̃m in modum executionis, poterọ in modum probationis ſe-
cundum Bar Vnde dicit hic Dyn. & Ray. quod cui nõ prodeſt
legis auxilium, non obeſt ei exceptio, quæ illi opponit. Tñ con
ſidera verba ſtatuti. Nam aut ſtatutum diſponit de exceptione
contra executionem. aut contra debitum principale. Primo
caſu verum dicit Bar. Secundo non. arg. ſup. de tute. & rat. diſt. l.
s. §. in tutela; & tene menti.

ADDITIO.

a Poſt decem annos. Ad materiam iſtius act. vide & hic adde quæ per Fely. habentur in c. ſi. de præſcr. & quod ibi late in apoſt. habetur.

LEX V.

Interdum. No. in iſta l. ꝙ ſi quis opponit excep. legiti-
mam ꝯ falſum tutorem, vel ꝯ verum tuto-
rem, qui non habet verum exercitium tutelæ puta quia nõ fe-
cit inuentariũ, & iudex non admiſit exceptionem, ſed compu-
lit iſtum ad procedendum, ꝙ ꝯ talem proceſſum datur in inte-
grum reſti. Quærit hic gl. vtrum compulſio facta per iudicem
reddat proceſſum nullum? Dicit glo. ſic, ſi iudex erat incompe-
tens vt l. a. de iudi. ſecus, ſi erat competens, quia tunc proceſſus
eſt aliquis, licet compulſio fuerit iniuſta. ita dicit gl. hic, quæ eſt
bene no. & vera, præſuppoſito ꝙ perſona eſſet legitima: alias gl.
eſſet falſa, & facit de app c. ex parte 2. Bal,

LEX VII.

1 *Falſus tutor tenetur actione in factum ad intereſſe ei, qui eius auctoritate contraxit cum pupillo.*
2 *Paria ſunt aliquid fieri coacte, vel timore coactionis.*
3 *Interdictum violans per timorem, non fit irregularis.*
4 *Teſtis, qui per torturam dicit falſum, nõ tenetur de crimine, quia metus excuſat a dolo.*
5 *Officialis præſumitur inferre terrorem.*

☞ Nouiſsime. Dictum eſt. s̃. de remedio reſciſſorio ꝯ pu
pillum, cui erat ius quæſitum falſo inter-
ueniente tutoris auctoritate. hic vero loquitur de ſecundo reme
dio actionis in factum contra ipſum falſum tutorem. Hoc di-
1 cit.† Falſus tutor tenetur actio. in factum ad intereſſe ei, qui eius
auctoritate ꝯxit cum pupillo, niſi dolus ceſſet, vel propter igno-
rantiam, vel propter metum. h. d. In tex. ibi, eas res i. intereſſe, vt
J. quod ait, & §. Pompo. & de verb. ſignifica. l. hæc verba. In tex.
ibi, tutor. i. falſus. Dyn. In tex. ibi. ſciens no. hic ꝙ non oĩs ſciens
a eſt in dolo. quod eſt no. Iac de Are. † In tex. ibi, metu. no. ꝙ paria
a ſunt aliquid fieri coactè, vel timore coactionis, a ꝙ alibi ita bene
non

ADDITIO.

a Coactionis. Adde idem tenentem d. mar. Soc. in conſ. 263. incip. circa primum confiſcationis articulum. ver. vltimo addo, ibi confirmãtur præmiſſa, in 2 parte, char. 167.

non reperit.ex hoc collige quatuor arg. Primũ eſt ꝙ paria ſunt
3 confiteri in tormentis, vel formidine tormentorum. Scđo ꝙ q
4 per timorem violat interdictũ, non fit irregularis. Tertio ꝙ te-
a ſtis qui per torturam dicit falſum,ᵃ non tenetur de crimine quia
metus excuſat a dolo, vt hic, & J. de liber.cau.l.immo, & illa eſt
melior concor quæ dari poſſet. Quarto no.ſm Cyn.ad quæſtio-
nem, quæ fuit Piſtorij. pars Alba expulit partem Nigrorum de
Piſtorio, & fuit factus barixellus, qui habuit incorporare bona
expulſorum gener cuiuſdam fuit expulſus, qui habuit quędam
bona, & iſta penes ſocerum ſuum remanentẽ in ciuitate. iſte
ſocer fuit detentus in carceribus, vel alibi, & ferè necatus fame,
q̃a nolebat reddere barixello bona, quæ habebat a genero. Sed
metu mortis compulſus promiſit reddere: fuit dimiſſus poſtea
per duos dies: ſoluit. deinde ꝯtigit ꝙ pars Nigrorum fuit reuer-
ſa, & expulit aliam partẽ. petit iſte a ſocero ea, quę habuit ab eo.
Socer dicit, ꝙ ꝯpulſus ſoluit. quare dicit ſe liberatum, q̃rit quid
b iuris?ᵇ De iſta q̃one dicit Cyn. ꝙ fuerunt dati tres arbitri, quorũ
ipſe fuit vnus duo tenebant ꝙ non erat liberatus, quia q̃uis fue-
rit cõpulſus: tñ poſtea ex quo ſponte ſoluit, illa ſpontanea ſolu-
tio tollit primam cõpulſionem, ſeu metum, arg. C. q̃d met. cau
ſa. l. 2. & quod no. J. de cond.ob tur.cau.l.ſi ob turpem. Cy. dixit
ꝯ arg. huius l.ibi, q̃d ſi cõpulſus, aut metu, &c. & pro hoc. ſup. de
neg.geſ.oĩ & Seruius. Et hoc tenet Cy. ꝙ hanc ipſe credit ſimi
c lem q̃onem de tyranno.ᶜ Et dicit Cy. ꝙ hanc ipſe credit eſſe ve
ritatem, & quod ẽt hæc q̃õ fuit Bononiæ in Lambertacijs. hãc
etiamq́. ponit idem Cy. in l. 2. in vlt. q. C. quod me cauſa. & ad-
dit duo no. verba. Primum eſt, ꝙ ſi ſtatutum diſponit compelli
debitores exitiorum, ꝙ hoc ſufficit ſolum ad liberationem ſol-
uentium. non intelligatis ꝙ liberentur ipſo iure, niſi bona eſ-
ſent confiſcata: ſed liberantur per exceptionem doli: quia nõ de
bent ſoluentes damnum pati ex eo quod fit propter odium ex-
pulſi, vt d. l. nam & Seruius, in prin. de neg.geſt. ſecundum dictũ
5 eſt no. dignum, ꝙ in officiali † ſemper præſumitur terror ab eo
inferri. Adde quod no. inf. de leg. 3. Paulo Caſt. §. ſi & inf. de ſol.
l. creditor, per Dyn. item dicit Cy. ibidem, quod licet quis ſit re-
laxatus per curiam: tamen præſumitur metus inſtare, ne iterum
compellatur, quod eſt menti tenendum.

ADDITIONES.

a *Falſum. Vide quod voluit Pet. Anch. conſ. 23.*
b *Quid iuris. Vide Bal. conſ. 394 2. lib.*
c *De tyranno. Vide Pet. de Anch. conſ. 302.*

§. Quod ait prętor. Ibi, veritatem. quę probatur per iuramentum, cũ agatur
ꝯ doloſum, vt J. quod vi aut clam. l. ſemper. §. in hoc interdicto
& C. vnde vi, ſi q̃n. Iac. de Are. & C. de in li. iur. alio iure, & inſt.
de ver obl. §. fi. & quod no. 3 q. 6 c. quod fieri, in vlt. glo. & extra
quod me. cau. a. c. ſuper eo, per Bar. & Inn.

1 *Libellus ſuper petitione ſumptuum futuræ litis præcedit, & valet.*

Pomponius. Poteſt agi ad ſumptus futuræ litis. h. d.
Et eſt no. ꝙ hoc caſu eſt incerta petitio,
& incerta ſnĩa. ex poſt facto tñ certificanda | Sic C. de fruct. & li.
ex. tei minato, ſm Dy. item eſt no. ꝙ iudicium eſt de futuro quã
tum ad id, quod petitur. Sed quantum ad cauſam, ex qua petit,
non põt eſſe de futuro. immo oportet ꝙ fundetur ſuper præſen-
ti cauſa, vt hic, & ſup. ad l. Aquil. io l. Aquilia ſi deletum, & ſup.
3 ſi cer. vend. egi, & l. harum, ſm Dy. & Cy. Et no. † mirabilem li-
bellum, ago, vt præſtes ſumptus futuræ litis. & hoc probat iſte
§. Et no bo. arg. ꝯ iudicem. qui tulit iniquam ſnĩam, a qua eſt ap
pellatum, vt in condemnatione iudicis habeatur reſpectus ad a-
liam litem, quæ nondum eſt deciſa, ſed pendet per appellatio-
nem. Vnde condemnabitur iudex in futuro euentu. nec eſt tex.
alibi melius faciens glo. aliquid de hoc tangit in l. 1. §. 1. ſ. quod
quiſque iuris. põt dici ꝙ iudex interim condemnatur ad cauen
dum de indemnitate, vt J. de ſtatuliber. l. ſtatulib.ra. Vel poſſet
dici ꝙ condemnabitur ſimpliciter, ac ſi non eſſet appellatum, ar
gu. J. ea. l. ſi plures, & quod no. C. de ſer. fug. mancipia, in fi. Cre-
do ꝙ ſit verior opi. præcedens tamen pro iſta vltima opi. facit ꝙ
repreſentetur condemnatio: ſed differatur exactio, vt ſ. ad l. A-
quil. l. in lege Aquilia, ſi deletũ In tex. ibi, facturus. no. ꝙ dicit,
facturus, & in hoc eſt virtus, & vtilitas huius §.

§. Si plures. No. arg. huius §. ꝙ ſi plures iudices ſimul
pronunciant per imperitiam, quilibet in ſo
lidum facit litem ſuam: tamen vno ſoluente alij liberantur, &
facit l. perceptione, de his qui deiece.

L E X IX.

Huius actiones. Hic dicit de tertio remedio vtili, ꝙ
non dirigitur ꝯ tutorem, ſed ꝯ illũ
qui dolo fecit ꝙ falſa auct. interponeret. Et no. hoc prin. ꝯ pro-
xenetas, & concordat 46. diſt. ſicut nec ſuo, & quod no. J. de pa-
ri. vtrũ. In tex. alius qui non erat tutor. Dyn. In tex. ibi, daret. i. au
ctoritatem p. ſtaret. Dy. In tex. inſcius. No. licet excuſatur prin
cipalis, non excuſatur ille qui curat fieri per dolum. Et adde q̃d
no. ſup. de iurid om. iud. Si quis id. §. fi. & dic inſcius, id eſt, igno
rans dolum committi. Dyn. & Cyn.

§. Has actiones: In tex. punitur. f. cõſtõne prætoria,
& pœnali, vt in ſti. de perpe & tẽp.
act. in princ. In tex. factum. omne maleficium appellatur factũ.
dicit hæc gl. quam no. In tex. ſubiectæ: dicit gl. iure ſeruitutis, nõ
a filiationis, & eſt ratio, dicit Old quia filijfam in delictisᵃ per ſe
poſſunt conueniri ſine auctoritate patris, & eſt tex. in §. fi. inſt. de
noxa. ſecundum Old. Et hoc in filijs maioribus: ſed in minori-
bus dic, vt no C. de auct. præſtan. l. clarum, per Cyn. & ita ſeruat
conſuetudo, quicquid dicat gl. in l. cum non ſolum. §. neceſſita
tem. C. de bo. quæ libe. multi tamen tenent opin. ꝯtriam. Bald.

ADDITIO.

a *In delictis. Vide Pet. de Anch. conſ. 72.*

L E X X.

1 *Paria ſunt perſonam non eſſe legitimam, & iudicem non habere iuriſdi-
ctionem.*

Si falſo tutore. Lis minus legitime ordinata ꝯ nõ le
gitimam perſonam nõ interrumpit
1 præſcriptionem. h. d. No. & gl. dicit hic ꝙ † paria ſunt perſonam
non eſſe legitimam, & iudicem non hẽre iuriſdi. ꝙ eſt menti te-
nendum, & iſta ſunt intelligenda cũ limitatione l. vt perfectius.
C de anna. excep. In tex. debet pupillus implorata in integ. reſti.
ſm Dy. Vel dic ipſe tutor, vt teneatur ad intereſſe, quia eius do
lo currit præſcriptio ſm Iac. de Ray. & Pet. Iſta opin. Iac. & Per.
eſt vera in ſe, ſed quo ad tex. leg. non procedit propter id, quod
ſequitur, ac ſi &c. quæ verba neceſſario referuntur ad pupillum,
& hæc eſt mens gl. In tex. ibi, egiſſet, id eſt litigaſſet. Dyn.

L E X XI.

Falſus tutor: Hic loquitur de quarto remedio, quod
datur pupillo cõtra falſum tutorem, qui
eum immiſcuit quæſtionibus, & ſubiecit eum reſtitutioni iudi
cio. & de hoc loquitur inf. eo. l. fi. Sed gl. iſta remedia ponit præ-
poſtere in gl. 1 in l. 1. geſtum erit, ſ. eo. Vel ſic falſa auct. obligat
interponentem ad intereſſe vtriuſq. partis, id eſt lædentis, & læ-
ſi. In text. cuiuſcunq. bene ſtaret hic § & tunc non debet eſſe §.
ibi, qui dolo, &c. gl. tamen facit §. ibi, qui dolo, &c. Bald.

1 *Matrimonium vbi non ſubſiſtit propter ætatem, ibi pactum lucrandæ do-
tis non poteſt habere vires pacti.*
2 *Sponſa etiam non nubilis ætatis eſt de familia viri.*
3 *Doli præſumptio ceſſat, vbi alia præſumptio cadit.*
4 *Lucrum dotis ex pacto, vel ex forma ſtatuti, non habet locum in ſponſa de-
cedente ante nubiles annos, idem in lucro fructuum.*

1 §. An in patrem. † Vbi matrimonium nõ ſubſiſtit
propter ætatem, ibi pactum lu-
crandæ dotis nõ poteſt habere vires pacti. ſed vi doli. h. d. In tex.
ibi, dederit, & eam maiorem eſſe aſſerit Dyn. Pet. & Rayn. In
2 tex. in familiam. no. † quod ſponſa etiam non nubilis ætatis eſt
de familia viri, & facit l. quicunque. C de re mili. lib. 12. Andr. de
3 Piſis. In tex. magis. no. † ꝙ ubi cadit alia præſumptio, ceſſat præ-
ſumptio doli. ſic ſup. pro ſol. merito. In tex. hæc. l. ſponſa. In tex.
ibi, deceſſerit. apud maritum onera ſupportantem. In tex. eum. l.
ſponſum In tex. ibi, ſi dolo malo. No. iſtum tex. quod ſponſus
4 non lucretur, ſi pater non fuerit in dolo. ex quo no. † quod lu-
crum dotis ex pacto, vel ex forma ſtatuti non habet locum in
a decedente ante nubiles annos,ᵃ licet decedat in domo ſponſi, &
ſupportauerit onera matrimonij, & hoc in lucro proprietatis.
Idem in lucro fructuum, quod eſt no. dignum, & ſecũdum hoc
eſt hic caſus de q. no. ſup. ſol. matr. l. ſi ante, in gl. fi. & hanc l. didi
ci a domino Bar. & adde quod no. Gul. de Cun. in l. non ſine, de
bo. quæ li. vbi alleg. hanc l. ad hoc. in tex. ibi, conſtabat. i. ſi matri-
monium de iure teneret. Cyn. Et no. ſignram matrimonij non
ſufficere, ſed verum matrimonium deſiderari. fallit odio doloſi,
vel falſum aſſerentis: tene menti. In gl. puta, in fi. ſed hoc nõ eſt
verum in actione ex hoc edicto, de qua proxime no. Ratio eſt,
vt fructus eſſent mariti, etiam ſi matrimonium tenuiſſet, exigi-
tur quod dos ſit tradita, vt ſupra ſolu. matrimo. de diuiſione, &
no. in l. do. fruct. quod in quæſtione huius gl. locum habere non
poteſt, cum præſupponatur in ea dotem traditam non fuiſſe ſe-
cundum Iac. de Rauẽ. & Pet. Sed ad hoc poteſt faciliter reſpon-
deri, ſi ponas patrem fuiſſe interpellatum, & ſic in mora. Vnde
gl. vera eſt. Bald.

ADDITIO.

a *Nubiles annos. Dic idem eſſe, ſi decederet poſt nubiles annos non tamen
eſſet cognita, vt conſuluit Abb. conſ. 1.*

L E X XII.

Ex eo quod. Mendacium quod nemini nocet, non
punitur. Secus, ſi alteri nocet. h. d. Et lo-
quitur etiam iſta les, ſi quis iudici mentiatur, quod eſt no. & nę.
a quod ſi nemini nocet illud, quod dicitur a teſte,ᵃ vel ab alio, iu-
dex non debet facere punitionem. In text. teneri. ſ. ſi aliquis ex
hoc non habuit damnum: alias ſecus, vt ſequitur. Dyn. In tex.
actionem. in factum. Bald.

ADDITIO.

a *A teſte. Adde quod ad hoc per Fel. habetur in c. 3. 2. loco, ante fi. ver. fi. in gl.
in ver. ab ea, de præſump.*

De

De fideiuſſoribus, & nominatoribus, &c. Rub.

L E X P R I M A.

1 *Officia non tranſeunt ad hæredes.*
2 *Hæres tutoris in iudicijs non poteſt exequi iam inchoata.*

Vamuis. Hæres tutoris nõ ſuccedit in officio, ſed in proſecutione officij quo ad incepta, & tenetur de defuncti reliquijs. Item de dolo, lata culpa ex perſona defuncti. Item de dolo, lata culpa, & leui ex propria perſona. h.d. ſm intellectum glo. vſq. ad l.4. §.fideiuſ. Iac. de Rau. dicit q de leui culpa tenetur, qñ nõ eſt proſecutio geſtionis inchoatæ a defuncto, ſed eſt nouæ geſtionis voluntariæ inchoatio, vt C. de neg. geſt. l. tutori, ſm Iac. de Rauẽ. &
1 hoc refert hic Cy. In tex. non eſt no. † q officia non tranſeunt ad
a hæredes. a Iac. de Are ad hoc. ſ. de tutelis, tutela, & de cura fur. l. cuius bo. & hoc in mero officio. ſi aũt eſt offiñ mixtũ cum iure transmiſſibili, vř q tale offiñ transmittatur, vt no. per Iac. de Aret. in l. ſi fruc. § ſi. de leg. 1. In tex. ibi, explicari. no. ergo q ad hæredem non tranſit offiñ. i. ius officij, ſed adminiſtratio. i. exercitium in connexis. ſic ſ. de neg. geſt. l. nam & Seruius. §. ſed & ſi viuo: & hoc verum in extraiudicialibus. in iudicio ſecus. dicit
2 gl. quæ eſt no. † q in iudicijs hæres tutoris non poteſt exequi iam inchoata. Sed Dy. & And. de Piſ. dicit ꝯtrium cum Iac. de Are. ſ. q et in iudicio tranſit inſtantia ad hrẽdem tutoris, vt ſi pen. appe. mors inter. l. 1. §. ſi & J. de app. l. ſi tutor. Non ob. l. tam ex ꝯctib. §. certe, de iud. quia loquitur de tali defuncto, qui non hẽt hæredem, & ideo non eſt ad quem tranſeat iudicium, vt ſ. ſol. mat. l. ſi ꝯſtante. §. ſi. ſm eos. & ita refert hic Cy. & iſte paſſus eſt no. In tex. ibi admitti. i. ratio doli haberi debet. Iac. de Are. In text. crimine no. q hæres tutoris, qui intercipit pecuniam pupillarem, non caret crimine. Quærit Dy. quare eſt, q hęres tutoris tenetur etiam pro non connexis actione tutelæ, vt l. cum oſtendimus. J. eo. Sed tutor finita tutela non tenetur actio. tutelæ pro non connexis, vt ſ. de tut. & rat. diſt. ſi poſt, cum vtroque caſu ſit finita tutela. reſpondet Dy. fauor ætatis hoc facit, vt hæres gerens negocia pupilli teneatur vtili tutelæ, ſed poſtquam eſt factus adultus, vtilis non habet locũ, quia repugnat ætas actioni tutelæ, ſi quondam tutor gerit negocia adulti ſecundum Dy. vbi ergo eſt noua ætas, & noua geſtio non habet locum vtilis tut. ſecus, ſi ſit eadem ætas, licet ſit geſtio noua. eadem contemplatione. Bald.

ADDITIO.

a Ad hæredes. Adde quod nec officium executoris teſtamentarij. vt voluit Rom. conſ. 255. & qualiter hæredes tutoris teneantur. vide Rom. conſ. 41.

L E X II.

Poſtulare. No. hanc l. paruam vna cum gloſ. & no. duo. Primo quod poſtulat qui per alium poſtulat, & nominat qui per alium nominat facit. J. de ma. vind. l. pr. Vnde facit ad ſtatu. ſi quis petierit debitum ſolutum. & quod habet locum pœna ſtatuti ſi quis petierit per alium. Secundo no. in gl. drĩam inter poſtulare, & nominare, & tene menti. & facit ad mãm cano. qui faciunt drĩam inter poſtulationem, & nominationem. Item facit ad ſtatu. q ſi ſit poſtulatũ, q donatio inſinuetur, quod non poſſet peti caſſatio. facit in l. 1. in prin. ſ. de poſt.

L E X IV.

Cum oſtendimus. In gl. ibi, leuis. in ſi. Iacob. de Rau. non facit differentiã inter tutorem, & eius hæredem, ſed inter negocia connexa, & nõ connexa, vt pro connexis act. vtili: pro non connexis act. negoc. geſt. teneretur. in qua actio. neg. geſt. venit dolus, lata culpa, & leuis contra quemlibet geſtorem, licet gerat vt hæres, vt C. de nego. geſt. tutori. Iac. de Rau. & facit. ſup. de admini. tut. l. a tutoribus, & J. tit. 1. non ſimiliter. in tex. ibi, agitauit. i. conſumpſit, vel exegit. Dy. & And. de Piſ.

1 *Qui patitur ſe in actis aſcribi in fideiuſſorem, vel affirmatorem, ſeu approbatorem, tenetur perinde, ac ſi obligaret ſe per ſolemnem ſtipulationem.*
2 *Præſentia ſola, & patientia ſine vlla verborum prolatione inducit fictam ſtipulationem.*
3 *Affirmatores obtinent vicem fideiuſſoris.*

1 §. † Fideiuſſores. † Qui patitur ſe in actis aſcribi in fideiuſſorem, vel affirmatorẽ, ſeu approbatorem, tenetur perinde, ac ſi obligaret ſe per ſolemnem ſtipulatio. h.d. quidam dñt quod eſt ſpeciale in iudicijs propter vigorem iudiciorum. Alij quod hoc eſt propter duplicem fauorem ſ. iudicij, & pupilli ſm Iac. de Rau. ego idem tñ credo quod eſt in fiſco, quia æquiparatur pupillo, vt no. in l. 1. C. de ſen. ad ſi. la. lib. 12. & ideo caue tibi, ne vnquam reperiaris ſcriptus in libris cameræ in aliqua promiſſione, vel appro. & no. Item tene bene menti quod affirmatores, & approbatores tenentur. Et
2 hoc facit ad multa ſecundum Cy. † Item no. hic mirabile quod ſola præſentia, & patientia ſine vlla verborum prolatione inducit fictam ſtip. tñ ſm Iac. de Rau. ſi in aliquo mutarentur termini iſtius §. non haberet locum iſte §. vnde non hẽt locum in alio,
a q̃ in pupillo. Sed ego dixi. & eſt veritas, q idem in fiſco. a & iſte § non eſt alibi. In text. teneri. ſubaudi per ſtip. a iure præſumptã. Dyn. & Ra. In tex. legitimo. i. præcedente interrogatione, & ſubſecuta reſponſione. Dyn. In text. ibi affirmatorum eſt hic ſpeciale. alias affirmator non tenetur niſi dolo affirmauerit, vt ſup. de dolo eleganter. §. ſi. cum l. ſeq. Dy. & Ray. In tex. ibi, affirma-
3 uerit. i. paſſi ſunt ſe aſcribi in affirmatores. † Et no. quod affirmatores obtinent vicem fideiuſſoris. Et no. pro ſtatutis Florentiæ de approbationibus fideiuſſorum. Bal.

ADDITIO.

a Fiſco. Dic quod etiam in eccleſia, vt voluit no. Rom. conſ. 312.

L E X V.

Si cum fideiuſ. Defenſio, quæ datur tutori, datur fideiuſſo. eius ex vtriuſq; perſona. h.d. In tex. ibi, eadem puta de expenſis factis a tutore, vel a ſe in rebus pupilli. Bald.

L E X VI.

Pupillus. Inter plures fideiuſſores a diuerſis tutorib. datos locum habet beneficium diuiſionis ex perſona tutorum h.d. Dyn. Vel ſic. ſicut inter tutorem diuiditur actio, ita inter fideiuſ. eorum. h.d. Et loquitur hæc lex, qñ fideiubent omnes pro omnibus, non ſinguli pro ſingulis; & iſte eſt verus intellectus ſm And. de Pi. Item no. in iſta l. q poteſt impetrari idem iudex contra principales, & fideiuſſores. Item poteſt impetrari contra fideiuſſorem, licet non impetratur contra principales, & no. In tex. ibi, accepit. i. delegari fecit. Odo. In tex. iretur, & ſic expirauit delegat. Bald.

L E X VII.

Si fideiuſſores. Inter fideiuſſores, qui promittunt q̃titatem, q̃ a principali tutore ſeruari non poterit, hẽt locũ beneficium diuiſionis. Vel ſic. diuerſa ſpecies actionis non excludit æquitatẽ diuiſionis. h.d. In tex. promiſerunt. noua promiſſione; & illud faciebat dubitatio. q a videbañ beneficiũ diuiſionis eſſe nouatũ arg. J. de noua. aliã. Et dic q tacita nouatio nõ tollit beneficiũ legis. In tex. ibi, actio. ſ. inter mãdatores: ergo & inter fideiuſ. In tex. excludit. i. q. d. non excludit. Et no. q vbi eſt eadem ratio idem debet eſſe beneficiũ iuris. &c.

L E X VIII.

Hæres. Ibi, dolum. & culpam. in abſtinendo cõmiſſa. Dy. quia iuris impotentia excuſat negligentiam.

1 *Inſtantia tranſit ad hæredem ſic qualificata, ſicut erat cum defuncto.*
2 *Hæredis ignorantiæ non ſubuenitur in obligatione iudicij.*

1 2 § Paulus † Inſtãtia trãſit ad hæredẽ ſic qualificata, ſicut eſt cũ defuncto, & in obligatione iudicij nõ ſubuenit ignorãtiæ hæredis, ſecus in oblig. ex quaſi ꝯtu. h. d. Et nulla lex ita bene dicit, q inſtãtia trãſeat ad hæredẽ cum oĩ qualitate
a ſua, ſicut iſte §. dicit. facit J. de fide. ſi cũ hoĩem. a In tex. pertinet. vide hic qđ no. in c. 1. de vſu. in cle. in tex. ibi, ſed ꝯſtõnib. hic opponit ꝯ prædicta Iac. de Aret. in tex. ignorantiæ, vt excuſetur hęres ob ignorantiam, & facit ad no. per Dy. J. de ver. ob. l. ad diẽ, & no. illum tex. ibi ſubuentum eſt &c. ſubuenire ignorantię hęredum. In tex. hoc tamen. hic reſpondit obiectioni cum quadã diſtinctione. In tex. conueniatur. i. incipiat conueniri. Bal.

ADDITIO.

a Si cum hominem Vide ibi Bar. & d. Alex. de Imo. & Bar. in l. 1. §. ſi. de lib. agno. & in l. poſt finitam. ſup. de inſpe tut. & do. Alex. in l. conſtante. ſupra ſol. mat. & Bal. & Doc. in l. ſi intra. C. de in integr. reſtit. & in l. ſi inqui. de iud. & Bar. & eundem Bal. in l. Lucius §. rogatus. inf. ad Treb. & Rom. in deciſ. 3 ſlo. ex hoc, in no. & Pau. de Eleaz. in q. lata ſententia &c. & adde quę per Felyn habentur in cap. quia Gul. in princ. in colum. 3 de iudic. & quod ibi in apoſtil.

De magiſtratibus conueniendis. Rub.

Continua hanc rubricam, vt no. Azo in ſumma C. eod. & ibi vide pro intellectu huius tit. Item præmitte ad euidentiam quod legitur, & no. inſtitu. de Atil. tutore. §. ſed hoc iure, & §. nos autem.

L E X P R I M A.

1 *Fideiuſſor Caſtellani alicuius Rochæ, non tenetur, ſi ille facit rebellem.*
2 *Maior pars ſenatus, ſi contrahit debitum quod reſp. non approbet, ſoli conſentientes tenentur.*

In ordinem. Non tenetur creans, ſed creatus, cuius officio incubuit tutores, vel curatores dare, niſi creans in ſe receperit periculum, & ſi aliqui ex ordine decurionum in ſe receperint periculum, reliqui non tenentur. hoc dicit. Illud not. princip. Et ad euidentiam præmitte quod decuriones eligebant, ſeu creabant magiſtratus. Magiſtratus autem creabant

tutores vel curatores non indiſtinctè,ſed cum diſt.quæ habetur.
§.nos autem,de Atti.tut.præſides autem in hoc habebāt iuriſd.
plenariam,& qñq; ipſi præſides creabant,qñq; magiſtratibus vt
crearent,iubebant:qñq; iubebant ipſis magiſtratibus,vt reſcri-
berent de ſufficientia ipſorum tutorum per ipſos præſides creā
dorum.quandoque iubebant magiſtratib. vt acciperent ſatiſd.
vt inf.patebit.In tex.ibi,magiſtratib.ſ.qui tutorem dederūt. Dy.
1 In tex.† ibi,fideiuſ.no.quod ille qui fideiubet pro aliquo Caſtel
lano alicuius Rochæ,non tenetur,ſi ille facit robariam,quia ille
a fideiuſſit apud Rempu.non apud priuatos .a In tex. ibi,ordo.i.
maior pars.nam maior pars appellatur ordo,non minor pars, vt
inf.ad municip.quod maior. In tex. periculum. tu. dati à magi-
ſtratu. Dy. In tex.ibi,præſentes.no.præſen. hoc eſt dicere quod
non tenenē abſentes quaſi ȝdicentes,quod eſt no.dignum.Et du
plex eſt ratio. Prima eſt,quia iſtud non pertinebit ad eorum of-
ficium ex natura officij, & ideo ſoli conſentiētes tenenē. Secūda
rō eſt,qa hic loquimur in oblōne ſingulorū,non vniuerſorū,&
hoc facit ad plura.nā ar.huius lræ dicunt do.ꝙ ſi maior pars prio
rū,vel antianorū facit aliquid pœnale,per quod incidaē in pœnā
pecuniariā,vel in aliam pœnā,puta excōica.ꝙ ſoli hic conſentiē
a tes tenenē.+ Itē ꝙ ſi maior pars ȝhit debitū,quod Reſp.non ap-
probet,ꝙ ſoli conſentiētes tenenē,vt ſup.ſi cer.pe.l.ciuita.Itē ar.
huius lræ dicit Albe in Margarita.in ti.de ſyndi.in q.pen.ꝙ ſi mi
nor pars vniuerſitatis conſtituit ſyndicum,& promiſit de rato,
ꝙ ſi ſyndicus condemnetē,tenenē ſolum qui fuerūt pñtes,abſen
tes nō ſecūdum Dy.& Ray.Ex prędictis no.ꝙ ſi aliquid ſit factū
ab vniuerſitate,ꝙ tm̄ à pñtib.ſit factū,vel vr̄,& ſic huic dicto vr̄
ob.J.ad municip.qđ maior,& de re iu.l.aliud.§.refert. Pōt dici
qđ vbi illi de vniuerſitate exercent actum neceſſarium,vel pro-
uidēt in talib.vniuerſitati,in quibus prouideri ſolebāt,tunc qđ
duæ partes faciunt,omnes feciſſe videnē.ſecus,ſi prouident cir-
ca id,qđ nō eſt neceſſariū,nec conſuetū, vel ſm Cy. & hoc ſuit
ex dictis Inn.extra,de cōſti.c.cum omnes. Et cōclude aut eſt mi
nor pars,& ipſa ſola obligaē,vt in d.c.Dy. Aut eſt maior pars:tūc
aut loquimur in obl.vniuerſorum,aut ſingulorum. Primo caſu
aut actus pertinebat ad vniuerſitatē de neceſſitate,vel de cōſue-
tudine,& obligant vniuerſi,vt l.qđ maior. Aut erat actus imper
tinēs vniuerſitati,& tunc obligant ſoli conſentientes, vt hic.Se-
cundo caſu ſoli cōſentiētes,& præſentes obligaē, vt hic ſm aliū
modum allegādi,& ſcias vnum ꝙ vbi agiē de oblōne ſingulorū
b cōſentiētium oportet noīa eorum ſingulariter exprimi in in-
ſtrō alias eſſet incertū,qui tenenē,niſi probareē extrinſecus, ſed
vbi agitur de oblig.vniuerſorū,ibi non eſt neceſſe exprimi noīa
ſingulorū ſecūdum veram opi.quia tūc nō refert à quo fiat,dū-
modo à maiori parte fiat,& iſta opi. approbatur ab Old. Tñ pra
ctica qñq; ſeruat vnū: qñq; opp. ſm ſtylū iudiciorū, & de mā
no.J.de albo ſcri.l.i.& per Spe.in tit.de ſyndico. Conſulo tñ qđ
vbi eſt actus multū ponderoſus,puta actus alicuius alienationis,
vel ſubmiſſionis,& tūc exprimantur noīa: quia hoc caſu lex vr̄
hoc requirere,vt l.vlt.C.de vend.re.ci.li.x quidam dicūt quod
ſemper oportet exprimi noīa intereſſentium.nam cum tabellio
ſit quidam teſtis,vt J.de teſt.§. Domitius,oportet qđ teſtimo-
nium eius ſit certum,nō ambiguum,& gñale. imo tūc tabellio
qſi diceret, maior pars interfuit,eſſet potius iudex quam teſtis,
cū maior pars referatur ad ius, & ad habētes vocē,& pro certo
cautius eſt ſemper noīa exprimi,& ita vtūtur iſti dni eccleſiaſti
ci.In gl.tenebitur.pro inopia tutorū. Vel dic:quia nō exegit ſa-
tiſd.cum non pertineret ad officium ſuum ſecundum gl.ſic no-
quod nemo tenetur de eo,qđ eius officio non incumbit. Bal.

ADDTIIONES.

a Priuatos Facit quod voluit Ro.in conſ.vbi tenet quod domini nauis non
tenentur de robaria facta per præpoſitum alibi,quàm in naui.
b Ex primi. Vide Alex.conſ.1.4.lib.& 44.& 21.1 lib.

§.Neque prætor. Si præſes ſcribit magiſtratui ꝓ ſe informando, magiſtratus q
reſcribit,non tenetur, niſi gratia aut ſorde falſum reſcribat, &
no. iſtud dictum,quia ſæpe domini committunt alicui, vt ſe de
aliquo informet,utrū ſi ille male informet, magiſtratus tenea-
tur. Vel ſic,non ſuſcipit in ſe periculum, qui ſuſcipiat aliquod
officium ſe informandi. In tex.tenerī eos,ſi non receperunt ido
neam ſatiſd. ſecundum Cy.

§.Si præſes. No.qđ paria ſunt aliquid fieri proprio mo
tu,vel fieri ad denunciationem alterius ꝙ-
tum ad obligandū malefacientem. Et eſt arg.qđ iudex inquirēs
ad denunciationem ſyndici, ita facit litem ſuam, ſi perperam
condemnet,ac ſi inquireret proprio motu. Bal.

1 *Damnum paſſo tenetur ille, ad cuius ſuggeſtionem factum eſt, quod fieri non debet.*
2 *Iudex debet interrogare,& inquirere de conditione teſtium.*

1 §.Si curatores. †Ille ad cuius ſuggeſtionem fit quod
fieri non debet, tenetur damnū paſ-
2 ſo.h.d.In gl.ibi,& eſt arg. no. bene hanc gl. † quod iudex debet
interrogare,& inquirere de conditio.teſtiū, & licet interrogato
rium iſtud non offerat pars iudici: tñ iudex ex officio debet eſſe
in hoc circumſpectus. Et dicit Iac.de Are. ꝙ ſi iudex non habet
notam condōnem teſtium,dēt mittere ſecrete ad loca, in quib.
morantē,& inquirere ſecrete de cond.& morib. eorum, vt ſciat
quib.teſtib.credere debet,vt ſ de teſt.l.3.§.tu magis,ſm Iaco.de
Are.nec in hac inquiſitione ſecrete erit pars citanda,quia iſta in
quiſitio eſt pars eiuſdem examinationis teſtis. vnde ſufficit qđ
pars ſit citata, vel admonita ad teſtium iuramenta,vt C.de teſtā.
ſi quando. Et quantum ad vim teſtimonij loquor corā eodem
a iudice.ſi.n.appellaretur poſtea,dicit Inn.in c. qm̄ contra a falsā,
quod cauſæ per quas iudex mouetē ad nō credendū teſti, debēt
apparere in actis,vt tremur,& pallor vultus ſecundum Inn. Bal.

ADDITIO.

a In c.quoniam contra. Et vide late Lanfran. in materia teſtium & not.&
quod per Fely.ibi in 14.col.ver.quintus caſus.

1 *Magiſtratus officio quod incumbit,tacitam habet conditionem,ſi fuerit denunciatum,vel poſtulatum.*
2 *Poteſtas ſi per ſtatutum punitur non inquirens, excuſatur, ſi nemo ei denunciauit.*

1 §.Magiſtratibus. †Quod incumbit officio magi-
ſtratus,tacitā habeē condōnem,
2 ſi fuerit denunciatū,vel poſtulatum. Et †eſt iſte.§.no.valde,qđ ſi
per ſtatutū punit pñs non inquirens,ꝙ excuſatur ptās, ſi nemo
a ei denunciauit.a Nec erat notorium,quia ēt in mīatu pręſumeē
ignorantia,niſi probetur ſcientia,ꝙ eſt no.nec habes in iure me
liorem tex.ad excuſationem officialium, licet allegetur pro ſi-
mili.l.4.§ hoc iudicium,de damn.infec.tñ ille §. non eſt ſimilis,
quia loquiē ibi in iure priuato, circa ꝙ iudex non poterat ſuum
offiū exercere proprio motu. Hic vero loquitur in his,quib.eſt
non ſolum permiſſa,ſed ēt iuſſa inquiſitio, & ideo iſte §.eſt not.
In text.moniti.no.ꝙ nullo modo pōt excuſari ptās, qui non in-
quiſiuit ad denūciationē officialis. Et vidi aliquem poteſtatē de
hoc condemnari. Verum id ꝙ incumbit officio iudicis,requirat
partis petitionem,reſert. Aut eſt tale quid, in quo pōt prætendi
ignorantia nemine petente, tunc excuſatur mīatus,vt hic. Aut
eſt tale quid, in quo non poteſt prætendi ignorantia, & refert:
aut conſiſtit in iure partis,aut in iure legis,vel iudicis. Si conſiſtit
in iure radicato parti,tunc requiritur quod pars petierit, vt infra
de dam.infec.l.4.§.hoc iudicium. Si vero conſiſtit in mero, & li
bero iudicis officio, tunc non eſt neceſſe quod pars petat, vt C.
de appell.cos.§.fi.& iſta eſt ſententia Oldr. & adde quod no.In-
noc.de iureiuran.c.ad noſtram,el ſecundo.

ADDITIO.

a Denunciauit. Adde Rom.conſ.18.

§.Sciendum. Magiſtratus, qui debet expedire actū.
& differt in tp̄s ſucceſſoris, vt ſucceſſor
faciat,punitur.h.d. Et no.& eſt iſte tex.contra officiales, qui ma
iorem partem proceſſuum reſeruant ſucceſſoribus, vt puniantur.
quia non expedierunt proceſſus quos potuerunt & debue-
runt expedire. & alibi non eſt ita bene, & vide hic l.prouiden-
dum.C.de decur.lib.10.Bald.

§.Diuus. No.ȝ æſtimatores poſitos a communi, vel a ſe
de Apoſtolica, quod ſi male æſtimant, tenen-
a tur a arg.huius §.& C.de ma.con.l.fi.& eſt expreſſe. C.de quæſt.
exercitores,ſecundum Iac.de Rau. Item no.iſtum §.contra arbi
trum,qui noluit expedire.J.tempus datum in compromiſſo.fa-
cit C.de pact.ſi quis in conſcriben.ſecundum Iac.de Rau.Bald.

ADDITIO.

a Tenentur. Adde Bar.in l.1.C.de ſen.li.10 per illum tex.

§.Si inter. Pactum, quod faciunt magiſtratus inter ſe,
non præiudicat pupillo, cui ex officio obliga-
tur niſi in ordine, quia primo eſt excutiendus, qui recepit peri-
culum ſuper ſe,quam alius.h.d. In tex.ibi, aggrediendum. dici-
tur alium aggredi,qui contra aliquem agit.

§.Si quando. Deſinit.ibi, omundi.no. in dando tuto-
rem multum ponderari originem pu-
pillorum.In tex.ibi,exquirere idem eſt dicere, quod inquirere.
In tex.ibi,arbitrium.no.quod ſupra ſuam iuriſdictionem nemo
debet arbitrium vſurpare, nec extra terram ſuæ iuriſdictionis
commiſſam.In tex.ibi, vendicare. & nihilominus ad ipſos no-
minantes,licet non dantes,periculum pertinet, vt ſup.tit.1.l.2.&
ibi no.Dy.& Rayn.

1 *Magiſtratus & officialis de caſu fortuito non tenetur.*
2 *Obligatus ex officio aliquid facere,debet probare ſe diligenter feciſſe.*
3 *Pauper retro quis præſumitur ex præſenti paupertate.*
4 *Mulier quæ ſtatim nupſit poſt mortem primi mariti, præſumitur antea deliquiſſe.*

§.Si Magiſtratus: Quilibet præſumitur inſuffi-
ciens quo ad facultatē,niſi pro
betur ȝtrium.h.d.Cy.& vide hic,quod no. ſupra qui ſatiſ.cog.l.ſi
vero. §.pro rei qualitate, & quod ibi no. In tex.nihil. quia fe-
cit quicquid ſibi incumbebat.qui ergo facit quicquid ei incum
1 bit, teneri non debet. + In text.ibi, non enim. nota. magiſtra-
tum, & officialem de caſu fortuito non teneri. ¶ In tex.ibi,
ſufficit quantum ad hoc quod magiſtratus non teneatur,Dyn.

In

In tex. ibi Probatio. iſte ver. tanq̃ no. pro §. allegatur. In tex. ibi.
2 Sed magiſtratib. no. † quod qui tenetur ex officio aliquid facere, debet probare ſe diligenter feciſſe. Item no. quod præſumit
3 negatiua vera, niſi affirmatiua probetur. † Item no. quod ex præ
a ſenti paupertate præſumitur quis retro pauper, a & ſic eſt facienda præſumptio de præſenti ad præteritum. & circa h. d. Old. Cum quæritur, an ſit facienda præſumptio de præſenti ad præteritum, puto ſic dicendum, quia aut præſens conuerſatio eſt ꝯ
4 nexa præterito ipſi, & tunc ex pñti præſumit in præterito. † vnde mulier q̃ ꝯfeſtim nupſit poſt mortẽ primi mariti, præſumit & antea deliquiſſe, vt in auth de reſt. & ea q̃ pa. §. vnum, cum ſimi. Aut non eſt ꝯnexa. & tunc refert. aut præſens cõuerſatio habet ꝯ ſe alicuius præteriti tpis neceſſariam veritatem: & tunc non procedit pſumptio ex pñti in præterito. vnde ille qui eſt hæreticus hodie, non præſumitur hæreticus in præteritum, vt dũ erat infans. & ideo de præſenti in præterito nõ pſumitur, arg. ſ. de pba. l. 4. Aut præſens ſtatus ſeu conuerſatio non habet ꝯ ſe neceſſariam tpis præteriti veritatem, & tunc pſumptio admittitur ex præſenti in præterito, vt quia hodie eſt pauper, & ita olim etiam potuit fuiſſe, pſumit̃ ſemper pauper fuiſſe, vt, C. de prob. l. ex perſona, & l. cum te, ſm Oldr. Fallit iſta ſua theorica in l. quicunq. C. de apo. publ. lib. 10. & ibi no. Iſta verba ſunt valde vtilia. dictat conſtit. Epiſcopalis, quod omnia inſtrumenta vſurarij præſumã
b tur vſuraria. b modo quæritur, aliquis eſt vſurarius de præſenti, & ita probatur de præſenti conuerſatione. vtrum retro omnia præſumantur ſua inſtra vſuraria? & dico, quod non: quia pręſẽs conuerſatio habet ꝯ ſe alicuius præteriti tpis neceſſariam veritatem. certum eſt. n. quod aliquo tpe non fuit vſurarius, puta in infantia, quod eſt no. dignum, ſicut nec hæreticus. Bald. Item ex iſto tex. no. arg. quod ſi fit bannimentum, quod vnuſquiſque habens a centum lib. ſ. vadat in exercitum, quod nullus præſumit habere a centum lib. ſ. niſi probetur. hoc autem, quod reſpicit publicum onus, probabit̃ per æſtimum publicum, vt ſup. de pba. l. cum de lege. Item argu. quod ſi ſtatuto cauetur, quod nullus poſſit eſſe prior, niſi habeat valorem cen. lib. in bonis, quod niſi doceat ſe habere tot bona, non debet ad prioratum admitti. Item ver. ſed ſi ſatis, eſt arg. quod ſi ex forma ſtatuti tenetur poteſtas accipere idoneos fideiuſſores ab accuſato, vel inquiſito ſub certa pęna, & ipſe recipit eos quod excuſatur, ſi eſt idoneus
c principalis c tempore, quo fit executio: ſecus, ſi tunc non eſſet idoneus, quod tene menti.

ADDITIONES.

a Pauper. Vide noui in l. ſi conſtante. ſup. ſol. matr. & Ang. Aret. in §. ſi quis in fraud. de actio. Et adde econtra vt per Pet. de Anch. in conſ. 5. incipiẽ. pro parte nobilis viri, vbi dicit quod qui alias fuit pauper non præſumitur nunc pauper, quia vnuſquiſque præſumitur acquirere. l. ſi defunctus. C. arb. tut. vnde fundans ſe in inopia debet eam limitare probare, allegat Bar. in l. in illa, de verb. oblig. & adde ad materiam quæ per Feli. habentur in c. ſcribebam de præſump.
b Vſuraria. Adde vt per Fed. conſ. 7.
c Principalis. Vide Rom. conſ. 208.

§ Priuilegium. Iſte caſus non eſt alibi. Dy. bona magiſtratus non obligantur tacite ex quaſi delicto, ſeu ex negligentia. & no. bene hunc §. h. d.

1 *Magiſtratus, vel tabellionis ex ſtipulatione quæritur alteri actio vtil. ſine ceſſione.*
2 *Actio perſonalis non quæritur alteri per alterum ſine ceſſione.*

§. Exigere. Ex ſtipul. officialis ei, cuius intereſt, quærit̃
1 vtilis actio ſine ceſſione. h. d. † No. ꝙ ex ſtipu
a latione tabellionis, a vel mſtatus quærit̃ actio vtilis alteri ſine ceſſione. Et eſt ſpãle pp publicum offm̃, ꝙ gerũt. Sed hic ſolet q̃ri, an ꝙ hic dicit in ſtipulationib. pretorijs, habeat locum in quibuſcunq. ꝯctibus? Et dicit Inno. ꝙ non, quia non pertinent ad iuriſdõnem mſtatus, nec ad offm̃, tabellio. ita no. ipſe in c. dudum, de conuer. coniu. & idem Gul. de Suz. quia cum nulla l. dicat, ſtan-
2 dum eſt regulæ † ꝙ actio perſonalis non quærit̃ alteri per alterũ ſine ceſſione, nec inuenit̃ aliqua l. quæ hoc dicat ſm Gul. de Suz. ſed Dy tenet ꝯ per § ex his, in auth. de hær. ab inteſt. & ꝙ not. C. qñ mu. of. tu. fun. põt, auth matri. & auiæ, & inſt. de inu. ſtip. §. ſi quis alij. in gl. aut. vt ſine prohi. ma. §. quia vero, col. 7. & l. auth. de liti. §. ad excludendas, col. 7. & in auth. generaliter, de Epiſc. & Cler. C. tamen omnes iſtæ leges loquuntur, qñ in iudicio interuenit promiſſio. Item pro iſta opi. facit. ſ. de adopt. non aliter, & l. his verbis. & l. Gaius. ſup. de vſu. Quidam dicunt ꝙ iſtud eſt verum in Tabel. Item eſt verum in iudice, ſi partes ſunt ſibi ſubiectæ: alias ſecus, quia quoad non ſubiectas iudex habet inſtar priuati. Simile habes in c. quamquam, de vſur. lib. 6. niſi dicatur qđ per hoc ipſum videatur prorogata iuriſdictio, & ſic ſit iudex partium. etiam dicunt quidam quod idem in arbitrio. ſ. inter compromittentes, quia inſtar iudicis obtinet, vt ſupra de arbit. l. 1. Iacob. de Rau. conſuetudo ſeruat, quod ex contractu Tabel quæratur vtilis actio ſine ceſſione. vnde nec momento penes Tabel. vtilis actio reſidet, quia ſi reſideret, non poſſet ipſemet de iure ſuo conficere inſtrumentum, vt C. de probat. exemplo, & C. de conue. fi. de l. inter chartulas, lib. 10. quod no. inſti. de ſatiſ. §. ſi vero aliquis. & l. generali. C. de tab. lib. 10.

ADDITIO.

a Tabellionis. Adde Rom. conſ. 76.

LEX II.

Proponebatur. Hic caſus non eſt alibi. Dyn. tutor ſoluens habet regreſſum ꝯ contutorem, non ꝯ magiſtratum, niſi iſte tutor regrediens ſit ſine culpa, & magiſtratus cum culpa. h. d. cum l. ſeq. In tex. ꝙ ſi tutor in ſolidum conuentus. Cyn. In tex. culpa tacet. quia ignorabat contutorem ſatis non dediſſe. Dyn. In tex. ibi, dari. ſ. pro parte contingente contutori tu. Dyn. Bal.

LEX IIII.

Non ſimiliter. Nota ex perſona hæredis qualitatem actionis alterari.

LEX VI.

Quod ad hæredem. Not. quod qui omnia omittit, a negligentia non poteſt excuſari. In tex. iuſtius. no. quod excuſatio, quod iuſta eſt defuncto, iuſtior eſt hæredi. Bal.

LEX VII.

In magiſtratus. Magiſtratus ratione doli tenet̃ quilibet in ſolidum: ſed ratione culpę habent beneficium diuiſionis, & tenetur quilibet pro parte, hoc dicit. In glo. alias. ibi, comparatur. hoc eſt no. ad quæſtionem de eo, qui ſe obligauit de culpa ſeruitoris quod tenetur de dolo eius, quia ſub culpa intelligitur dolus. Item nota, quod doloſi nõ habent beneficium diuiſionis ſecundum Vber. de Cremo. & Rayn. & eſt no.

LEX VIII.

Magiſtratus. Not. quod pro eo, qui non reperitur in rerum natura, ita tenetur collega, ſicut pro eo, qui non reperitur non ſoluendo. Et argu. contra villas, quod teneantur ita pro popularibus mortuis, ſicut pro viuentibus qui non ſunt ſoluendo. Bal.

LEX IX.

In magiſtra. Pęna accedit pęnæ. h. d. In text. ibi, eadem quantum ad qualitatem. Bal.

De rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura. Rub.

Iſtam rubricam continua, vt per Azonem in ſumma. C. de prædijs minorum. Bal.

LEX PRIMA.

1 *Auctoritas patris poteſt facere rem pupilli alienabilem.*
2 *Tutor, & curator non poſſunt alienare, ſine decreto interpoſito bona fide, nõ per obreptionem. idem in prælatis & rectoribus eccleſiarum.*
3 *Tria ſunt neceſſaria ad alienationem rei pupillaris, Decretum, cauſa, & præſentia.*
4 *Decretum iudicis habet tacitam clauſulam derogatoriam.*

IMperatoris. No. in hac l. ꝙ Oratio Imperatoris prohibet tutorib. & curatorib. vt prædia ruſtica, vel ſuburbana diſtrahant. Hodie idẽ in Vrbanis, & oĩb. quæ pñt ſeruando ſeruari, vt C. de admin. tut. l. lex quæ. Fallit in pecunia, q̃ licet poſſet
a ſeruando ſeruari: tñ põt alienari, a vt no. ſ. ad Treb. l. 1. §. fuit q̃-
1 ſitũ. vbi eſt de hoc gl. peregrina. † Secundo no. ꝙ auctoritas pa-
b tris põt facere rẽ pupilli alienabilẽ. & ideo ſi pr̃ dat executorib. b ſuis teſti ptãtem alienandi, poterunt alienare ẽt rem pupilli, vt no. in l. prædium. C. qñ decreto opus non eſt. ad hoc ſ. eo. l. magis. §. ſi pupillus. quod intelligo, ẽt ſi teſtator eſſet adultus, vt ſ. de libe. leg. ab Aurelio. §. Gaius. Sed hic eſt dubiũ, nunquid ſi pater eſt legitimus adminiſtrator filij. poſſet remeius vendere ſine decreto. Dic aut pater eſt tutor filij emancipati, & non poteſt alienare ſine decreto, vt ſ. eodem, l. ſi pupillorum. §. ſi pater. Aut eſt legitimus adminiſtrator iure patris propter vſumfruct. & tunc refert. aut non ſubeſt neceſſitas, & tunc non poteſt alienare, vt C. de bon. ma. l. 1. aut ſubeſt neceſſitas, & tunc põt etiam ſine

ADDITIONES.

a Alienari. Dic vt per Rom. conſ. 244. Sed ab extra quæro nunquid illam poſſit aliquod exercitium ponere. dic quod non niſi quando tale exercitium fuiſſet conſuetum & vſitatum a patre ipſius pupilli, vt per dn. Mari. Soc. in conſ. 24. incip. viſis diligenter & mature ver. nec ẽt põt circa medium, in 1. parte, car. 46. Sed vide eum tamen in conſ. 1. incip. ſequendo ordinem ver. circa 3. q. circa medium in d. parte, car. 5 vbi quod tutor qui habet pecuniam in manibus & poteſt cum illa negociari & lucrari licite vel erogare in emptionem prædiorum & non erogauit tenetur, & non vt & ſupra velut vt intereſſe ibi, vide. pro quo vide etiam d. Bal. Soc. in conſ. 248. incip. circa primum conſultationis articulum ver. 4. de precepto teſtatoris, in 2 parte, car. 133. quod ſi iudex tutoribus & curatoribus pręcipiat quod emant prædia ex pecunia minorum & neglexerint ſine legitima cauſa tenentur ad vſuras, & non vt vſuræ pecuniæ, ſed quatenus ex fructibus percepiſſent.
b Executoribus. Adde Ang. conſ. 244.

ſine decreto alienare, vt no. Azo. in ſumma. C. de bo. quæ liber. a nec alibi reperitur.† Tertio no. q tutor & curator non pñt alienare ſine decreto interpoſitro bona fide, non p obreptionem. & 3 idem in prælatis, & rectorib. eccleſiarũ. Et dicit gl. † quod t neceſſaria in tutore, & cur. decretum, cã, & pñtia. l. t an pſumatĩ cã. reperit decretum interpoſitũ, no. J. rem ra. hab. actor. & facit q no. in l. t. C. de fide inſtr. & iur. haſtæ fiſ. lib. 10. vbi eſt gl. peregrina, quod ſi in inſtrõ, in quo reperit̃ decretum interpoſitum, ſit mentio ſolemnitatũ, omnia præſumunt̃ ſolemniter acta, & pro a bata, quod eſt no. dignum.ᵃ Quarto no. † q decretum iudicis ha 4 bet tacitam clam derogatoriam, ſi non eſt obreptitiũ: tñ nõ præſumitur obreptio, niſi probet̃, & da bonã concor. ſup. de tut. & cur. da. ab his. l. tutor ſi p ritus. quæ eſt ſing. l. in materia interpo b ſitionis decreti Quinto no. quod minor ᵇ pôt prouocari ad diuiſionem. Circa quod dic, quod vno maiore prouocante multi minores pñt inter ſe diuidere. Iſtud probatur ſingulariter. ſupra de auct. tut. l. inter pupil. vbi eſt ſingularis gl. de hoc Secũdo quod ſi expedit pupillo diuidere, ipſe poteſt cum decreto iudicis prouocare per duas ll. ad hoc ſingulares. lu. pro ſoc. l. ſi conuenerit, & l. vlt. de iure do. ſup. Tertio quod licet minor non prouocet ad diuiſionem proprietatis, poteſt prouocare ad diuiſionem poſſ. & † fructuum per duas ll. ſingulares. l. Lucius Titius, fam. erc. ſup. & l. iubemus nulli, poſt prin. de ſac. ſan eccl. Bal.

ADDITIONES.

a Nota dignum. Vide eundem Bal. conſ. 28. 5 lib. Pet. de Anchar. conſ. 471.

b Quod minor. Quando minor poſſit prouocare ad diuiſionem, & quis habeat electionem portionis, vide Rom. conſ. 471.

---

1 *Pater licet habuerit rem venalem, tamen pupillus eius eam ſine decreto vendere non poteſt.*

2 *Filius non tenetur ſequi omnem patris voluntatem.*

1 §. **Si defunctus.** † Licet pater habuerit rem venalẽ, tñ pupillus eius nõ pôt vendere eã ſine decreto. h. d. Et tene menti, quod etiam in filijs mercatorũ requiritur decretum. intellige in his, quæ pñt ſeruando ſeruari. non enim intelligo in pannis, vel mercib. quæ tpe corroduntur, vt ſup. de adm. tut. l. Titium & Næ. §. alterum. ſ. de pign. cum tabernam. & iſtæ ſunt duæ leges ad hoc ſingu. In tex. habuerit. i. pu 2 blice fecit dici, quod vellet vendere.† Et no. quod non omnis voluntas patris eſt teſtamentum eius, nec omnis eius voluntas eſt ſequenda per filium. In gloſ. no. in fi. dic, quod hic non erat conſuetudo, ſed præſumptio tacitæ voluntatis, cui non ſtatur: quia forte patri erat vtile, pupillo inutile. hic non erat conſuetudo, ſed opinio, & animi deſtinatio. Et facit iſte §. quod licet pater diſpoſuiſſet ire ad Sanctũ Iacobũ; filius tñ non tenet̃ ire, nec mittere, niſi pr in teſtõ præceperit. facit extra, de voto. ca. s.

1 *Res minoris obligari non poteſt ex conuentione præcedente dominium ſine decreto.*

1 §. **Si minor.** † Ex conuentione † præcedente dñium nõ pôt obligari res minoris ſine decreto, niſi obligatione legali, vel niſi fauore pupilli. h. d. cũ l. ſeq. & princ. ſequentis, & ſunt tex. notabiliſſimi. Et dic q interdum dñium præcedit conuentionẽ. interdũ conuentio præcedit dñium, interdum vnum non reperitur ſine altero. Primo caſu non tenet obligatio. Secundo etiã non tenet. Tertio tenet, quia nullo momento temporis res fuit liberè in dñio pupilli: ſed tranſiuit cum quadam affectione. Et prædicta faciunt ad q. ſi ſcholaris adul a tus accepit domum ad penſio an inuecta, & illata ſint pignori: hic eñ præcedit dñium minoris tacitam conuentionem pignoris. vnde vr non valere, vt no. ſ. de pac. Item quia, & ibi no. & C. lo. certi tut. per Cy. ſecus, ſi minor recepit dotem: qa illa eſt obligatio neceſſaria: & in neceſſaria obſone. non hẽt locũ orõ Imperatoris, de hoc no. C. de leg. tut. l. vlt. In tex. non poſſe. i. ſine decreto Din. Et no. hic caſum, in quo valet contractus, & non pactum appoſitum in eo.

ADDITIO.

Pignori. Vide Ang. Are in § it m Seruiana, inſtit. de re. di.

LEX II.

Sed hic videtur. Confirmetur not hic quod confirmatio facit validum, quod erat a inualidum.ᵃ pro hoc. ſ. de confir. tut. l. 1. & 2. & de adop. l. nam ita, & l. adoptio. non videtur facta. Iac. de Aret. Optimum ergo eſt conſilium, q ea, quæ ab inferiore geruntur, a ſuperiore confirmentur. & dic, vt not. Innoc. extra. de confirm. at. vtili, vel inutili. c. 1. In tex. emptus, ſubaudi Quæritur. Din. Item vide qđ no. C. auten. ingreſſi, de ſac. ſan. eccle. an minor poſſit ſe & ſua offerre ſine decreto.

ADDITIO.

a Inualidũ. Sed nunquid teneat confirmatio ſi confirmatũ eſt nullum; vide Fel. in c. inter dilectos. 1. col. verſ. in tex. ibi cum igitur de fide inſtrumen.

LEX III.

Sed ſi pecunia.

§. **Pignori.** Pignus prætoriũ, & iudiciale cadit in re minoris & omnis alienatio, quæ fit ex cauſa iudicati. h. d. Et eſt no. multum. Itẽ adde in tex. ibi, obligationes. quantum ad primum decretum. Dyn. In tex. ibi, ſine alienationis. i. quantum ad ſm decretum. Dy. & no. hic ex ſecundo dec e a to transferri dominium.ᵃ Iac. de Are. Et adde quod no. inſti. de off. iud. in fi. & J. de ſta. lib. l. ita vt liberum. §. non ſolum, ſecundũ Iac. prædictum, & quod no. in l. & ideo. de condi. fur.

ADDITIO.

a Dominium Adde quod dñium transfertur ex ſecundo decreto, quando is interponitur eã dõs; et alias non vt no. in l. 1. per gl & Doct. & Bart. §. ſi ea noxa. cau. ag. alias. transfertur, vſucapiendi conditio, vt ibi & idem Bal. in l. fi. C. de in. d. . impe. gl. & Bal. in l. ſi res. ſup communi diui. gl. in l. 3 in fi. ſſ. de acq. poſſ. & ratio eſt. ſecundum gl ſing. in l. ſi prætoris, & ibi Bar. & Doct. quia videtur dominus dum patitur ſecundum decretum in re habere eam pro derelicta, ergo ſit creditoris occupantis. And Barb.

---

§. **Item quæritur.** No. hic viam ad alienandum rẽ pupilli, vel eccleſiæ, ſcilicet quod aliquis occupet poſſeſſionem, & quod agatur contra illum rei vendi. & ſi ille offerat litis æſtima. idem ſi pro poſſeſſore feratur abſolutoria ſecundum Dy. & Ray.

§. **Idemque erit.** No. hic caſum q ex ſententia declaratoria transfert̃ dñium ſecuta a traditione ᵃ de hoc no. de excep. rei iud. l. exceptio. & per Cy. in l. 1. cõia vtriu. iudi. C. & ex diſpoſitiua ſñia multo fortius tranſit dñium, arg ſ. ea. l. ver. iuberi. & ſ. de pecu. l. ædium, cum ſimil.

ADDITIO.

a Traditione. Vide tamen ad hoc Inn. in c. cum noſtris, de conceſſ. preben. & eundem Bal. in marga. ver. dominium.

---

§. **Si ius.** Sicut pupillus non poteſt alienare ius proprietatis, ita non pôt alienari vtile dñium. vel ius vſufr. vel iura quorumcunq omnium reddituum. h. d. Et no. ver. an ergo quando alienatio procedit per negligentiam, & non per aliquod factum, q in tali alienatione non requiratur decretum. Et habes hic tex de eo, de quo dubitat gl. C. in quib. cau. in integ. reſti. l. fin. In tex ius prædij idest in prædio ius conſiſtens. In tex. ſed ope reſt. hæc vera reſtaurari. Dyn. dicit quatenus de facto exiuit de bonis pupilli. & verum dicit Dy. in re pupilli, quia non poteſt vſucapi. Gl. dicit verum in re adulti. Bald.

§. **Si lapidicinas.** Iſtud non eſt ius vſufru. ſed magis eſt ius quoddam reddituum, vt J. de don. qui ſaxum, & ſup de dolo. ſi cum miles. de hoc plene no. per Bar. in l. cotem, de publi. vbi plene tractat, an qui emunt aliquos redditus, & prouentus, dicantur vſufructuarij, & ibi vide.

LEX V.

Magis puto. Si pupillus. Res pro qua minor habet Publicianam, non poteſt alienari ſine decreto h. d. Secus, ſi habet tantum nudam poſſeſſionem facti ſecundum Iac. de Arc. Et adde quod no. ſup. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cum eſſent.

§. **Si fundus.** Ver. ſi vero. no. hic expreſſum, quod quãdo teſtator legat rem hæredis, non tranſit dominium in legatarium recta via. & de hoc no. ſuo. de ſerui. l. Pap. reprobata glo. quæ eſt in l. 2. C. communia de leg.

§. **Si pupillus.** Non dicitur alienatio neceſſaria, quæ ſumit originem à voluntario actu. h. a d. Et no. bene. & quod dictio cætera a comprehẽdit ea, quæ ſunt de perfectione contractus Bald.

ADDITIO.

a Cætera. De hac dictione, & c. vide in Fel in c. cum P. tabellio. de fi. inſtr. in 3. col. in ver. ſecundus caſus, & quod ibi habetur in apoſt.

---

1 *Acquiſitio dominij commutabilis facit rem alienabilem.*

2 *Fundus eſt legatus eccleſia, rector ipſi ut legatum repudiare non poteſt.*

1 §. **Fundum autem.** † No. hic qđ acquiſitio dominij commutabilis facit a alienabilem, quod eſt no. dignum. Et † no. quod ſi fundus eſt le a gatus eccleſiæ, rector ipſius non poteſt repudiare a legatum. & no. bene. In tex. alienationem. facit J. de bo. lib. l. liberto octuaginta, & quod no. de cõdi inſti. l. ſi quis ita hæreditatem. Et facit iſte §. ad qõnem. Quidã obligauit omnia bona ſua cuidã creditori, an legatũ ſibi relictũ pt repudiare? Vr q nõ p hũc §. qa cẽderet ĩ pIudiciũ creditorũ. Tñ ꝯriũ eſt verũ, & hoc eſt ſpãle fauore pupilli, lz videat̃ ob. de bo. lib. l. liberto octuaginta. & q poſſet, facit hęc gl. vbi dicit, niſi repudiet maior. Cy. ſed q nõ poſſet, facit ſ. quẽad. ſer. amit. ſi partẽ. §. ſi fundũ. ſed ibi loquit̃ ĩ iure annexo rei alienatæ. & iõ nõ pôt repudiare p alienationẽ. qa tranſiuit cũ re. Secus in re pſonali, vt l q aũt, in prin. quæ in frau. cred.

ADDITIO.

a Repudiare. Vide Fed. con. 2. Rom. conſ 184. Pet. de Anch. conſ. 135.

---

1 *Alienatio rerum pupilli ſine cauſa cognitione, & ſine ordine iuris permitti non debet.*

2 *Decretum eſt interpoſitio futuræ venditionis permiſſio, & directo ordine debet præcedere venditionem.*

3 *Verba iſta liberum arbitrium in perſona prolata intelliguntur de arbitrio proportionato.*

1 §. **Non paſſim.** † Alienatio rerũ pupilli ſine cauſæ cognitione, & ſine ordine iur. permitti

mitti non dẽt per prætorem. verſaẽ autem in ordine, vt ad decretum procedaẽ, præmiſſis his, quæ minus pupillum lædunt, & ciuitatis, ſeu requiſitis præcitandis. h. d. vſq ad §. illud. In tex. falſo obtentu. i. falſo prætextu. In tex. eis. i. eorum arbitrio. Dy. In tex. ibi, & ideo. quia lex non ↄfidit de tutore, cõmittit hoc iudici. Dy. In tex. huius rei. i. venditionis permittendæ, vel denegandæ. Dy. In tex. arbitrium. no. ex hoc tex. quod iſta cauſę cognitio eſt mixti imperij, quia competit maioribus iudicibus vt hic, & ſup. de officeius cui man. eſt iuriſ. l. 1. §. huius rei Iac. de Are. In tex. huius. §. prætoris. Dy. In tex. ibi quærere. i. inquirere. Dy. In tex. poſſunt. quia pure tenetur. Dy. Et no. quod iſte ordo non ſeruatur in executione ſententiæ. Et quæ ſit ratio diuerſitatis, no. per Cy. C. de ſacroſan. eccl. auc. ingreſſi, & ibi vide. In tex. ibi, Specu. no. quod venditio futurorum redditutum eſt venditio ſpei. Et quid hoc ſit dicere, vide vt examinatur per Bar. ꝭ. de publ. l. cotem. §. dominus. In tex. ibi, obuentionum. vide hic quod no. ſ. de cond. inde.

a l. ſi vrbana. In tex. ibi, tunc permittet. no. ex hac lec. † quod decretum eſt interpoſitio, futuræ venditionis permiſſio. & directo ordine debet præcedere a venditionem, ad ꝙ ꝭ. eo. l. §. ſi eis, & l. ſi pupillorum. §. ſi prætor, & l. ꝗuis, & ita no. per Ioan. And. in c. dudũ, de reb. eccl. non alie. li. 6. & poſt illud decretum permiſſoriũ non requiriẽ aliud decretũ confirmatorium, quia nullo iure cauetẽ, ꝙ decretũ bis interponaẽ: tñ bona cautela eſt, ſi hoc fit. & vide ꝙ no. ſ. de mi. l. ait prætor. §. antep. & facit. ſ. eod. l. 1. & de hoc tangit hic Iac. de Are. In tex. ibi, vrgeat. no. ergo vendi. fiendam demum ſi creditor inſtet, vel diſpẽdium ſit in mora. Iac. de Are.

3 In tex. ibi, ne plus. no. optimum tex. † pro executorib. vltimarum voluntatum, qui habent liberum arbitrium vendendi, quod intelligitur de arbitrio proportionato ſm menſuram debitorũ, & legatorũ, non ꝙ occaſione vnius nummi vendant 10. Et idem I Abbatib. & rectorib. eccleſiarum, ꝙ iuxta modum neceſſitatis moderandus eſt modus oblig. vel alienatio. ad quod bene facit. l. ſi. de exer. ſup. eo. & no. verbum vigilanter. In tex. ibi, & vtiliorem. no. tex. pro determina. eius, quod legitur in l. creditoris. ſup. de diſtra. pign. Item no. per hunc tex. quod licet filius pro legitima poſſit aliquam rem vendere, intelligitur iuxta menſuram legitimæ, non ſi nimis excedit. Et ſic debet limitari quod legitur & no. in auth. de reſt. & ea quæ pa. §. quamobrem.

ADDITIO.

a Præcedere Rom. conſ. 71.

1 *Iudex ſemper debet inquirere veritatem ab his, quos credit eam ſcire probabiliter, nec debet eſſe nimis credulus.*

2 *Conſuetudo eſt in Francia, quod ſi aliquis pauper habet litem cum Rege, & non habet vnde faciat expenſas litis, quod Rex adminiſtrat ei aduocatum, vt veritas eruatur.*

3 *Quatuor ſunt in inquiſitione Iudicis attendenda, ſcilicet quid, quando, qualiter, & quomodo.*

§. In primis. Eſ ſecundo dictum eſt. ſ. qs inquirat, nunc qualr & qñ, & a quib. Dy. & Ray. In tex. ꝭ

1 eruat. no. ꝙ † iudex ſemper dẽt inquirere veritatem ab his, quos credit eam ſcire probabiliter. & iudex non dẽt eſſe nimis credulus. In tex. lucri. no. ꝙ quis facile mentiẽ pp lucrum. In tex. ibi, notitiam. hic fundaẽ rõ eius, quod ponit tex. in authẽ de hære. &

2 Fal. §. ſi vero abſunt. In tex. rationes. & inuecta.. uni. † Item quod ſi inops. ex iſto §. fundatur iuſtitia, quæ eſt in Francia, quod ſi aliquis pauper habet litem cum Rege, & non habet vnde faciat expẽſas lit. ꝙ Rex adminiſtrat ei aduocatũ, vt veritas cauſæ eruaẽ. In tex. inſtruere. no. ꝙ aduocati miſerabiliũ perſonarũ pñt allegare in iure & in facto. & adde ꝙ no. in l. ſi defenſor, in princ. de

3 interr. act. No. † in iſtis. §. ꝙ in omni inquiſitione iudicis quatuor ſunt attendenda. ſ. quid, quando, qualiter, & quomodo. Bald.

1 *Ratione perſonæ voluntaria iuriſdictio effectum ſuum extendit ad res extra territorium ſituatas.*

2 *Iuriſdictio quo ad decreti interpoſitionem prorogari non poteſt.*

3 *Relationi publici nuncij eſt credendum.*

1 §. Illud. † Iſte caſus alibi non reperiẽ. Dyn. rõne perſonæ voluntaria iuriſdõ effectũ ſuũ extendit ad res eẽ territoriũ iudicis ſituatas. h. d. No. in tex. ibi agebaẽ. i. adminiſtrabatur. Dy. in tex. ſubierunt. no. ergo ꝙ decretum poteſt interponi in re alibi exiſtente, & iſtud eſt rõne perſonæ. Item rõne ꝯtractus, qui celebratur in loco decreti, poteſt interponere iudex decretum in loco, vbi res eſt, vt C. de præ. mi. l. ſi prædium. Sed bona cautela eſt, ꝙ vterq. interponat decretũ, vt ſ. de excuſ. tut. l. iuriſperitos. §. cum oriundus. Iac. de Are. quod no. 17. q. 4. c. in venditionib. per Arch. Item eſt hic arg. ꝙ ſi vendo hic rem, quæ eſt Florentiæ, ꝙ hic debet ſolui gabella, quia hic peraguntur ſolemnia, & hic perficitur venditio ſiue conuentio. Item per id quod dicit ſe tñ Romæ &c. Nota à contrario ſenſu, quod ſecus eſſet,

2 ſi alias iudex eſſet incompetens, quia † quo ad interpoſitionẽ decreti non poteſt iuriſdictio prorogari, quod eſt no. In gl. allegate, &c. no. quod † non ſufficit allegare, niſi probetur. In tex. ibi,

3 denunciet. i. referat iudici. & no. relationi † curſoris, ſeu nuncij

a publici eſſe credendum. a Et iſtud eſt verum, quãdo viator, ſeu nuncius facit aliquid ſm naturã ſui officij & in modicis. Sed in magnis & nimis præiudicialibus non creditur vni nuncio, vt l. 1. C. de decur. & ſtationarijs, lib. 12. & ibi no. de cuſto. reo. l. diuus. C. de accuſ. l. ea quidem. Si aũt viator facit vel extra officij naturam tunc non debet ei credi, arg. l. factum, de reg. iur. ſm Iaco. de Ra. & Pet. de hoc no. de app. c. cum parati, de ſent. excom. c. venerabilibus. §. idem, lib. 6. de elec. ca. quod ſicut, alias cum ſoper 18. diſt. c. propoſuiſſis. adde dicit Cyn. ꝙ non creditur ei, niſi conſtet de commiſſione. & ideo ſemper debet apparere de commiſſione, vt C. de exhib. re. l. neminem, per Cy. Item adde ꝙ non creditur ei, niſi ſit iuratus, vel generali, vel ſpeciali iuramento, quia quilibet publicus officialis debet iurare, vt no. de eden. l. quædã. §. nummularios, ſup. Item no. hunc tex. in arg. relationi familiæ poteſtatis quod credaẽ, quæ vadit rimando pro armis. Item Ia. de Aret. allegat hunc tex. in materia diſcuſſionum, ꝙ vnus modus faciendæ diſcuſſionis eſt ꝙ iudex cõmittat nuncijs, ꝙ vadãt ad locum, vt ſe informent, & referant, ſecundum Iac. de Are.

ADDITIO.

a Credendum. Adde Fel. in c. quoniam contra de prob. in 8 col. & in c. ad petitionem de accuſ. & quod habetur in apoſtil. in d. c. quoniam contra. Et vide Pau. de Caſt. conſi. 275. Rom. conſi. 454.

§. Si æs alienum. No. in hoc §. ꝙ non debet permitti venditio vnius rei ꝓ alia re emẽda, licet permittaẽ permutatio. & hoc eſt notabile pro reb. eccl. vt non procedat in forma vendi pmittẽdæ, ſed in forma pmutationis. Item nota inordinatũ decretum ipſo iure non valere.

§. Manet. Vbi decretum eſt obreptitium, non trãſit dominium. Bal.

§. Communia. Vbi non eſt communio, non habet locum diuiſio. h. d. Iac. de Aret. cum l. ſeq. No. quod vbi partes adinuicem ſunt diſcretæ materialiter & quo ad intellectum, ibi eſt nulla communitas.

LEX VII.

1 *Pupillus pupillum non prouocat ad diuiſionem.*

2 *Impoſſibilis eſt proceſſus, vbi non eſt, qui alium in iudicio prouocet, quia non poteſt fundari.*

1 2 Si pupillorum. † Pupillus pupillum nõ prouocat ad diuiſionem. h. d. † Et not. ꝙ vbi non eſt qui alium in iudicio prouocet, impoſſibilis eſt proceſſus, qui non poteſt fundari. in text. ibi, qui. ſ. pupilli. exempli gratia, vnus ex prima vxore, alius ex ſecunda. In text. alienatio. i. diuiſio, ex qua ſequitur alienatio. Dyn. In tex. ibi, neceſſaria. ad hoc vt a cõmunione diſcedatur. Dy. In tex. ibi, impediri, niſi pp euidentem vtilitatem pupilli iudex decernendo hoc permittat. Iac. de Are. & de hoc in l. ſi aduerſus transla. per Cyn. & facit ſupra pro ſocio, ſi conuenerit. & ſup. de iu. dot. l. fin. in ratione ſui. In tex. ibi, expectare. hic vide quid no. ſup. de auctor. tut. l. inter pupillos. in tex. ibi, multo magis. quam ſi diuerſos. facit ſup. de procur. licet. §. ſi. in tex. ibi, alienationem. id eſt diuiſionem. In gloſ. ſecus. ibi, permutare. vt in c. inſuper, de reb. ecc. non alie. In ca. gl. ibi, & diuidere. vt ext. de prob. c. ex literis. & idem no. ꝭ. eo. l. ſi fundus, in princip. Sed quæritur ſi eccleſia poteſt diuidere, quare, ſecus eſt in pupillo. Reſpondeo, cum eccleſia ſemper ſit in eodem ſtatu, ſequeretur, quod ſemper inuita detineretur in cõione, quod eſt abſurdum. Sed pupillus non eſt ſemper in eodem ſtatu, immo tractatu temporis mutatur, vt ſup. de tu. & ra. diſt. niſi ſimta. §. ſi. In ea glo. ibi, qui cum tutorib. & de leg. 2. l. cum pater. §. hæreditatem Iac. de Are. Sed nunquid minores poſſint permutare rem cum alio? Hic eſt arg. qđ non. ſup. eo. l. magis. §. ſi æs. Sed Ia. de Are. dicit ibi quod poteſt, ſi euidenter facit conditionẽ ſuam meliorem, vt de tranſact. l. cum hi. §. eam tranſactionem. Tu dic quod ſine decreto etiam non transfertur dominium. & facit ſupra de tranſact. cum hi. §. ſi prætor.

§. Si pupillus. Si iudex interpoſuit decretum in obligatione porrigitur effectus decreti ad alienationem, quæ inde ſequitur. h. d. In tex. ibi, nonnulla, id eſt aliqua. No. conſilium legis eſt ſaniorem partem eligere. Itẽ nr. hunc tex. ad quæſt. quædam eccleſia obligauit præiudicium cuidam creditori cum decredito Epiſcopi: creditor poſtea vendidit non ſeruata forma tradita in auct. hoc ius porrectum. dicebatur, quod hæc venditio nõ valebit in præiudicium eccleſiæ. Sed contrarium eſt verum, & ita fuit determinatum per iſtũ §. Dy. decretum ergo interpoſitum ſuper aliquo videtur interpoſitum ſuper omni eo, quod ſequitur ex illo.

§. Si pater. Etiam ſi pater ſit tutor, non põt alienare, ſine decreto. h. d. intellige niſi iſtum tex. qñ vult alienare iure tutoris. Sed ſi iure paterno propter vſufr. tunc ſufficit legitima cauſa ſine decreto, ita not. Azo in ſumma. C. de bonis quæ lib. & non eſt alibi. In tex. ibi, alicui. qui ſit ſui iu. vt l. ſi. C. de ſen. paſ. per Odo. Et eſt arg. iſte §. ꝙ ſi patronus ſit rector eccleſiæ, & ſic non concurrant in eo duo iura. tamen non poterit alienare rem eccleſiæ ſine decreto Epiſcopi. Bal.

1 *A forma decreti non eſt recedendum.*

2 *Decretum iudicis eſt ſtricti iuris, & non attenditur ad ſimilia, vel minora.*

3 *Decretum iudicis non debet etiam eſſe alternatiuum.*

1 §.Si prætor. †A forma decreti non eſt recedẽdum, h.d. Item in decreto alternatiuo eius eſt electio, cui decretũ dirigitur. h.d. eleganter. In tex. ibi, nil egiſſe. no. hic ꝙ licet alias permittatur; quod eſt maius, vt vendere, nõ vt
2 permittit quod eſt minus, vt obligare. Iaco. de Are. ergo ſequit ꝙ decretum iud. eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad ſimilia, vel minora, qđ eſt no. Itẽ facit ad hoc l. fin. C. de præd. curi. & quod no. in l. a. C. de pa. qui fi. diſt. In tex. ipſe. ſ. prętor. Et no in iſto ver.
3 quid ergo, † ꝙ † decretum iudicis non debet eſſe alternatiuum: tñ non ppea eſt ipſo iure nullum, immo eſt aliquod, & ſic incertitudo, quę oritur rõne alternatiuæ, non vitiat decretũ. qđ eſt no. Vltimo no. ex iſto tex. ꝙ faciens vltra id, quod ei eſt cõmiſſum, non valet ſm Ia. & Cy. Et ideo executores vltimarum vo-
a luntatum debent ad vnguem, & formaliter obſeruare teſt m.a

ADDITIO.

a Teſtamentũ. Nam teſtatoris volontas pro lege ſeruanda eſt nec in aliquo violanda, vt per d. Mar. Soc. in conſi. 11. incip. circa præſentem conſultationem ver. verum prædictis non obſtantib. in 3. par. car. 14. & in conſil. 46. inci. in præſenti conſultatione ver. 2. confirmatur in d. par. car. 70. pro quo ė: faciũt quæ habentur per d. Bar Soc. in conſi. 163. inci. non fuiſſet opus vlteriori ver. confirmantur promiſſa, nam in 2. par. car. 25 & in conſi. 221. incip. viſis & diligenter facti ver. 1. circa med. in 2. par. car. 97.

1 *Tutor ſi obligat ſecundo creditori rem obligatã priori creditori, ius prioris creditoris etiam ſine decreto transfertur in ſecundum, & tenet obligatio.*
2 *Ius agendi non oritur ex contractu vtili reſpectu cauſa, & inutili reſpectu formæ, ſeu ſolemnitatis, ſed ius accipiendi.*

§.Si obligauerit. Hic no. tres caſus, qa ſi tutor obligauerit rem pupilli ſine decreto, & ſoluit creditori chirographario, non tenet obligatio pignoris; ſed eſt locus exceptioni tantum, vt J. eo. l. ſi fundus. §. q̃q̃. & iſte caſus non eſt hic. Item ſi obligat vnam rem pupilli ſine decreto, & aliam liberat, ẽt non tenet obligatio: ſed eſt locus exce.
1 vt hic in prin. huius §. ſi vero obligat ſecundo creditori rẽ obligatam priori creditori, ius prioris creditoris etiam ſine decreto transfertur in ſm, & tenet obligatio, vt J eo. l. ver. ita vidẽdum,
2 ſm Dy. & Ray. † Et h.d. ex contractu vtili reſpectu cauſæ, & inutili reſpectu formæ, ſeu ſolemnitatis non oritur ius agendi. ſed excipiendi. h.d. In tex. ibi. obligauerit pro vtilitate pupilli. quod paret, quia ex pecunia accepta pignus liberauit. In tex. ibi, rem. ſcilicet eandem quæ obligata erat priori creditori. Ray. In tex. ibi, nec grauioribus no. bonum tex. ad quæſtionem. dicit decretalis ꝙ eccleſia poteſt infeudare & in emphyteuſim concedere rem ſolitam ſic concedi: quia ſeruat cõſuetudinem feudi, quod eſt permiſſum. Modo ponamus, ꝙ res iſta erat conſueta concedi in tertia generatione: nuper eccleſia conceſſit in infinitum. certe iſta conceſſio non valet, quia grauior eſſet effecta conditio eccleſiæ. Intelligo, ꝙ non in perpetuum; ſed valet, quatenus valere poteſt, quia id quod eſt vltra modum, reducitur ad modum, ſ. de vſu. placuit, & de contrah. emp. l. qui tabernas.

LEX VIII.

1 *Decretum interpoſitũ ad petitionem falſi tutoris, vel curatoris non valet.*
2 *Beneficia omnia pupillorum conceduntur prodigis, & furioſis.*

1 Qui neq. Gerere ſe pro tali, & non eſſe talis nihil operatur, Vel ſic. † nõ tenet decretum interpoſitum ad petitionem falſi tutoris, vel cur. h.d. & facit, quod no. ta. quæſtio. 1. cap. alienationes. In tex. ibi diſtrahere: etiam cum decreto. Iac. de Are. Dyn. & Cyn. In tex. ibi, nulla dubitatio eſt. non obſt. inf. de acq. hær. l. quotiens, quia ibi erat iuſtus adminiſtrator, licet poſtea deſierit. Item non ob. l. 1. C. de his qui ve. æta. impe. qa ibi decretum fuit interpoſitum rite, & dic vt no. C. de pet. hær.
a l. ſi putes. Item non ob. de offi præ. Barbarius, a quia ibi loquitur de officio publicæ auct. & vtilitatis, hic loquitur in officio priuato, in quo nihil operatur eſſe in quaſi poſſeſſione officij, ſi re vera quis non ſit in officio, quod tene menti. & per iſtum tex. dico ꝙ non valent ipſo iure vendi. quæ ſunt factæ a minus legitimo executore vltimarum voluntatum. In tex. ibi, Pertinere. iſte tex. optime facit pro eo, quod no. in l. a. C. de cur. fur. vbi gl. dicit, ꝙ omnia iura loquentia de tutorib habent locum in curatore, &
2 ꝙ † oĩa beneficia pupillorum conceduntur prodigis, & furioſis, quod eſt no. & facit etiam. C. de iud. properandum, in fi.

ADDITIO.

a Barbarius. An & quando autem locum habeat hęc lex Barbarius vide latè Fel. in c. cum dilecta, 2. col. ver. lex Barbarius de reſc. rip. & aliquid in c. Rodulphus ad fi. eo. tit.

LEX IX.

Quamuis: Decretum obreptitiũ, eſt nullũ, & impetrãs debet puniri iudicis officio, & etiam ſucceſſor illius iudi. punit eum, & declarat decretum non tenere. h.d. No. quod glo. dicit, ꝙ pœna obrepentis imponitur per l. ſanctio legum. hoc eſt dicere, ꝙ eſt pœna arbitraria qñque tñ eſt pęna falſi, vt J. de Falc. ſi quis obrepſerit, ſed ibi loquitur in criminali, & vbi eſt obreptio circa probatione & facit ſ. mand. ſi fideiuſſor. §. in oĩbus. in fin. j§. In hac etiam l. potes no. ꝙ ſucceſ-
a ſor corrigit errorem prædeceſſoris. a ſic. ſ. de teſt. tut. l. iure nſo.

ADDITIO.

a Prædeceſſoris. Et hoc facit ad id quod habetur de ſucceſſore in eccleſia ꝙ tenetur reuocare geſta prædeceſſoris contra eccleſiam vt per idem Bal. in l. quantumcunq. C. de bon. quæ lib. in 2. col. in verſ. ſcias tamen & econtra tenetur ratificare bene geſta vt per Archid. 25. q. 2. deceſſiſſe & eundem Bal. in c. 1. in 2. col. in fi in ver. & adde quod no. quod ſac. di.

LEX X.

1 *Ius excipiendi quæſitum auctori tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione.*

1 Illicite. † Ius excipiendi quęſitũ auctori tranſit in ſingularẽ ſucceſſionẽ ſine ceſſione. h.d ſm Dy. No. hic ꝙ ſi tutor qui vendidit ſine decreto, poſtea de æſtimatione rei ſatisfaciat pupillo maiore effecto, conualeſcit ꝯtus inutilis, & hẽt emptor ius excipiendi. & ſic no. quod ius quæſitum poſt ꝯtum ꝯhenti prodeſt ad excipiendum. dic ꝙ ſunt tres caſus. qñq. ꝯtus eſt vtilis a principio, & tunc tranſit ius excipiendi ſine dubio, vt ſ. pro ſo. l. idemque, in fi. de iureiur. etiam no. in l. fluminũ. §. adijcitur, de dam. infec. per Dy. & patet. ſ. de act. emp. l. in vẽditione. interdum interceſſit ꝯtus, ſed a princ. inutilis. & tunc ſi talis ꝯtus poſtea ꝯualeſcit, eſt idem, vt detur ius excipiendi, vt hic. interdum nullus intercedit ꝯtus, tunc ſic, vt ſ. de pe. hæ. nec vllã. §. pe. & facit J. de ſo. l. ſi is cui. § ſed & ſi, & ſ. de proc. quæſitum. §. ſi annua de aqua plu. arcẽ. ſi tertius. §. ſi quis prius dicit etiam hic Iac. de Are. ꝙ ꝯtus celebratus cũ tutore erat hic inutilis reſpectu pupilli. ſed reſpectu tutoris non: imò tenebatur de euic. vt l. cauitas; ſi cer. pet. & C. de ſacroſan. eccl. auc. quæ res.

LEX XI.

Si prędia. Ibi, vel prodigi. facit. ſ. eo. qui neque, ver. ſed ſi curator. & adde ꝙ no. de prodigo, in l. ſi quis in tantam. & idem eſt ſeruandum in reb. hoſpitalium. nam hoſpitalarij tenent locum curatoris, & ideo non poſſunt alienare
a ſine decreto a Epiſcopi, vt C. de Epiſcopi. & Cleri. orphanotrophos. Epiſcopus vero qui vendit tanq̃ pater pauperum, poteſt libere vendere ſine aliquo decreto, vt in auc. de eccl. tit. §. ſi quis in nomine. & adde quod dixi ſ. eo. l. ſi pupillorum. §. ſi pater.

ADDITIO.

a Decreto. Adde gl. & Card. in cle. quia contingit. §. illi de relig. domi. in 8. q. & do. Bar. Soc. in conſ. 181. incip. viſis capitulis tranſactionibus ver. tertia dubitatio quæ erit in 2. parte, char. 52.

LEX XII.

cipia & fundamenta, & hæc non poſſunt in pendenti eſſe, vt l.
vſuſfructus, de vſu. ſeruo. Quædam habent ſe per modum ac-
quiſitionis, ſeu iis, & poſſunt eſſe in pendenti, quatenus pati-
tur natura actus qui quæritur, vt l. ſed & ſi quis. §. interdū,
de vſufruct. & l. ſeruus communis Mæuij, de ſtipu. ſeruo. Se-
cundo quæritur id ſi apponitur in teſtamento clauſula, ſi nō
valet iure teſtamenti, valeat iure dona. cauſa mor. Reſpond nō
per hoc tranſit vltima voluntas ad contractum, vt no. Cy. C. eo.
in l. ſi non facit, qui no. C. de pac. l. vltima. Bald.

ADDITIO.

a Teſtari. Nonquid a filiusfam. leganda, ſi legatum non poteſt deberi ex
teſtō, neque ex codicillis debeatur ſaltem in vos donationis cauſa mortis
accedente tali teſtō legato conſenſu patris, vide. d. Bar. Socin. 10 conſ.
172. incip. mokum hadæ 10 verſ. ſuccedit, nunc tres difficultates cum
verſ. ſe. vſq; ad ver. quę difficultas in 2. par. cha. 41. & ibi in prin. d. concl.
vide quid de auentitijs nunquid de his poſſit teſtari. vide Pao. de Ca. in
conſ. 199. ſed nunquid pater non obſtante conſenſu, cā præſtito donatio-
ni cāę mortis factæ poſtea poterit talem donationem reuocare: vide
per factū. d. Bar. in conſ. incip. niſi teſtamento domine verſ. vnde cum
teſtamentum circa me. verſ. cum gl. in caſu noſtro. In d. par. char. 62.

§. Surdus. Potentia facti impedit fiendum: ſed non
dirimit iam factum. h. d.

LEX VII.

§. Mutus. In l. ſi modo, in l. ſi quando. Princeps per-
mittendo teſtari non intendit niſi remouere
obſtaculum permiſſi contrarium, & hoc ſonat verbum per-
miſſionis, vt ſup. de le. legis virtus. Vbi ergo hæc gratia diri-
gitur inteſtabili, remouet impedimentum perſonæ, & complet
gratia ſuum officium ideo, non extendit ſe ad ſolemnitatem.
Sed vbi gratia dirigitur teſtabili, remouet impedimentum de
ficientis ſolemnitatis. ſit ergo tunc, quod defectus modi, vel
ſolemnitatis non vitiat. ſic eſt intellectus illius. l. ſi quando.
C. de inoffic. teſtam.

LEX VIII.

Eius qui. Superueniens libertas non firmat teſtamentū
factum in ſeruitute.

1 *Deportatus non poteſt facere teſtamentum, nec damnatus ad mortem, vel in metallum, ſed relegatus.*
2 *Deffectum Iuriſdictionis vbi nunquam ſententia trahit ſecum effectum legis.*
3 *Bona deportatorum non publicantur, ſed reſeruantur liberis.*
4 *Damnatus ad mortem efficitur ſeruus pœna.*
5 *Odioſi ſub dictione priuilegij non comprehenduntur.*
6 *Omiſſio modi, & formæ impedit poſitionem legalem.*

1 §. Si cui. † Deportatus non poteſt facere teſtamentum,
nec damnatus ad mortem, vel in metallum, ſed
relegatus ſic. In tex. ibi, tribuit. no. a contrario ſenſu, quod
bona poſt damnationem ita non videntur confiſcari. ad
idem. ſup. mand. ſi tibi ma. ius cuius bona, & J. de lega. 3. l. ſi
deportati ſeruo. Alibi dicitur nudus eacuſat, de e. 2. l. di. l. amiſ-
ſione. §. qui deficiunt. videndum ꝙ poſſit de nouo ac-
quirere per viam iuriſgentium, & poſſidebit. donec viuet eo.
tamen moriente fiſcus occupit, vt bona vacantia; quod ſic
probo. iſte deportatus non poteſt habere hæredem de iure ci-
uili ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, vt l. 2. & 3. ſup. de pet.
hære.

hære. occupabit ergo fiſcus bona tanquam bona decedentis ſi-
ne hærede.conſilium ergo ſi non vult, quod iſta bona veniāt ad
fiſcum,eſt quod ea vendat,ſeu alienet per viā contractus.In tex.
a ibi, conceduntur. † Not. ergo ꝙ fiſcus non eſt neceſſarius ſuc-
ceſſor,& havet ratam ſententiam quantum ad ſententiam,non
quantum ad bona.& facit ſ.de in integr.reſti. l.abſtinendæ. In
tex.ibi, perdunt. hoc debet intelligi quando condemnatus ha-
beat ſuper hoc iuriſdictionem. Nam ſi poteſtas faceret ſuſpen-
di quendam clericum , non ideo efficeretur ſeruus pœnæ, licet
eſſet paſſus facti executionem,vt l.ſi quis filio.§.quod ſi quis, de
iniuſto teſta. Vbi enim eſt defectus iuriſd. nunquam ſententia
trahit ſecum effectus legis,vt l.militarib.C.de decu.li.10.† Quæ
3 ro nunquid hodie bona adeportatorum publicentur?Glo.dicit
a quod non.Sed reſeruantur liberis per auth.bo. damnatorum.a
Di.Cyn.& alij contradicunt:quia illa auth.debet intelligi in pę-
na mortis, non in pæna deportati, vt not. C.de don. inter vir.
& vxo.auth.ſed hodie.& de pęius, qui vltimo,&in auth.vt nul
li iudicium.§.pe.& ita communiter tenent omnes. Ex hoc ſe-
quitur, ꝙ ſi aliquis eſt bannitus etiam ad mortem in abſentia,
ꝙ filijs non reſeruentur bona, quia iſte de facto operatur, &
etiam de iure,quandiu veniant in fortiam curia vt in ca.paſto-
ralis, de re iud in Clemen. Sed in contrarium videtur caſus in
auth de pace tenenda,& eius violatori.ca.1.§.ſi quis hominem,
col.10.† Secundo quæro,vtrum damnatus ad mortem efficia-
4 tur hodie ſeruus pœnæ? Glo. hic dicit ꝙ non:ergo ſi quis dam-
natur ad mortem ex forma ſtatuti,ſine publicatione bonorum
poterit facere teſtamentum de bonis, quia eſt liber homo non
ob.condemnatione.contrarium eſt verum,quod ſi eſt condem
natus, & detentus ita, ꝙ executio infallibiliter fiet, ſeruus pœ-
næ eſt,& eius nō valet teſtamentum,b vt no. auth ſed hodie.
b C.de donatio.inter virum,& vxorem,& de pęqui vltimo, etiā
ſi faceret teſtamentum pro anima , & hoc te.t lo. And. Ter-
tio,& vltimo quæro, quid de eo qui condenatur ad mortem
in abſentia,vtrum poſſit teſtari?& videtur quod non. Primo quia
nulla bona in ciuitate reliquit: ergo non teſtatur, vt ℑ.de vulg.
ſubſti.l.Cor Secundo,quia æquiparatur deportato, vt no. inſti.
quibus mo.ius pat po.ſol. §. relegati.Iac. de re.dicit,quòd aut
vult teſtari ſecundum ſtatutum & priuilegium ciuitatis,& nō
poteſt , † quia ſub dictione priuilegij non comprehenduntur
5 odioſi,vt l. Lucius,§.Lucius Titius , de leg. Item quia eſt ho-
ſtis ſuæ ciuita.ide ca. di.l. amiſſione.§.qui deficiunt. vnde.l.mu-
nicipalis ei non patrocinatur,arg.ſ.de mi.auxilium, in fi. quia
extra protectionem ſtatus ſe poſuit,vt C.ſtatu.lib.l. t. & ibi
per Cy.Aut vult teſtari ſecundum ius commune, & poteſt; quod
probatur infraſcriptis rationibus. ¶ Pro ex defectu cauſæ
efficientis. nam præſes prouinciæ non poteſt quem deportare,
nec ei ius publicum , vel Romanorum ferre , vt l.illicitas. §.
qui vniuerſas , de offi.præſi. Secundo probatur , quia ſen-
tentia in abſentem eſt conditionalis, ſi ortiam peruenerit,vt
in ca.paſtoralis , de re iudi. in Clem.vt ante manus iniectio.
eſt liber homo,arg.ℑ de ſeruis expor.'ius.nam ſententia con
ditionalis non trahit ſecum ſuum effectum niſi exiſtente con-
ditione,vt l.1.§.biduum, quando appel. ¶ Tertio probatur
per argu. a minori. nam ſi iſte bannitus non efficitur infamis,
vt l.1.C. de modo mul.ergo multo minus efficitur inteſtabilis.
Quarto probatur per argu.a caſu omiſſo.nam iſtud bannum eſt
contra ius commune,vt infra de pę. l.ſeniciam. ergo non ope-
ratur niſi quatenus in ſtatuto exprimitur , vt C.de hæ. in l.1.per
Cyn. † Quinto probatur, quia omiſſi modi, & formæ impe-
6 dit diſpoſitionem legalem,de ver.o.qui Romæ. § Flauius,
ſed in condemnatione iſtius banniti omittitur forma iuris,
quia contra non confeſſum,nec conuictum , ſed ſola contuma-
cia.Sexto probatur , quia iſta condemnatiō fertur ex præſump.
vt in l.pubertibus de ſuſpe.tu. & idmitiganda eſt, & reſtrin-
genda ſolum ad verba ſtatuti. Septimo, & vltimo probatur
per rationem naturalem nam ſicut vſa finita non poteſt pro-
ducere effectum infinitum , ita iuriſdictio limitata ad certum
territorium non poteſt inducere actus non limitatos , vt l.
non ſolum.§.qui teſtamento , de vſu.fru. & l.poſt lit.ſed ſi
eſſet inteſtabilis.bannum haberet res vbique locorum.Dices
tu , certe hoc eſt impoſſibile per l.ea , de poſth. Reſpondeo
ibi ſententia erat lata de conſcien legis. hic autem loquitur,
vbi fundamentum eſt ſolum in ſe coarctato, & in iure mu-
nicipali.videtur ergo concludendum , quod quo ad municipa-
lem fauorem non valet teſtamentum , & in hoc ſimiletur de-
portato. Sed quantum ad ius commune valet eius teſtamen-
tum,niſi poſtea caperetur, & fieret executio. nā tunc teſtamen-
tum reſcinderetur,vt in hoc.§.quod no.ℑ.de ſecum.tab.l.1.§.
exigit.& adde,quod no.eo.l.pe.& l.qui a latronibus.§. fi.

ADDITIONES.

a Bona damnatorū. Vide ibi Bal.in 2.lib.in verſ.itē ſcias vſq; ad fin.l. & in
ibi. Ang & Sali.& oēs d.Ale.de Im 3.col.cum alijs,concor. b per eu
figoatis,& adde Ang.in auth.de iſtis nup. in prin.in 2.col.& oīo per
Bal.in tit.de pa.tenen.in 4.col.in 4 ver. quæro ergo de intellectu.

b Teſtamentum. Adde Pau.de Ca.In l.2.C.qui te.fa.poſ.& ibi d. Alex.in vlt.
col.vel.vltimo pondera cum alijs remiſſ.ibidem per eum adductis,& Bar.
in l.qui carcerem.in fi. ff.quod me.cauſa.& Spec.in tit.de inſtru.edi.§.cō
pendioſe.vel.11.& Ang Are.in tract.maleſi.ver.caput a ſpatulis.

LEX IX.

1 *Teſtamentum illius,qui ante condemnationem deceſſit in carcere,valet.*
2 *Qui ſeipſum occidit,teſtamentum illius non valet.*

1 **Si quis poſt.** † Valet teſtamentum eius,qui ante con-
demnationem deceſſit in carcere.h.d.In
tex.in cuſtodia.erat enim eius crimen capitale,cum detinebatur in
carcere publico.No.hic duo. Primo,quod vbi crimen eſt capi-
tale , accuſatus eſt detinendus . Item eſt detinendus , vbicun-
a que pœna eſt perſonalis,a licet non capitalis,vt in actu ſuſtium.
Item eſt detinendus,vbicunque eſt torquendus, vt poſt indicia
poſtquam iudici de innocentia conſtat,pōt eum dimittere etiā
ante ſniam,vt C.de cu.reo.l.ſecunda.ibi dum dicit, donec repe-
riatur cognitio.celebrata diſcrimen,& ibi per Iac.Bu. Item ſem-
per eſt detinendus in carcere propter inopiam fideiuſſ. in crimi
nali : ſed iſte quartus caſus fallit in muliere,vt ff.de cuſtod.reo.
auth ibi poſita,& inf.de cuſtod.reo.l.j. & l.ſi quis reum, & vide,
quod no Innoc.extra,de ſen.excommuni. c. vt famæ . Secundo
quod ille,qui dubitat de futura condemnatione , pōt facere te-
ſtamentum , qui interim eſt certus de ſuo ſtatu . Et hoc dicit
hæc l.quia illud non eſt dubitare de ſtatu, ſed de pœna futura .
Item dic, quod hæc lex hʒ locum,etiam ſi in carcere fiat teſta-
mentum,vt inf.eod.qui a latronibus ibi dicam. In glo.non con-
demnatur,quod non poſſet retractari.bene no.hoc verbum,quod
declarabo in l.quia latronibus.§.fin.inf.eod. In ea.gloſſ ibi, de-
a functus.hunc paſſum plene examinat, l. † an ille, qui occidit ſe-
ipſum,poſſit facere teſtm̄. dic,vt plene no.C.qui teſt.fa.poſſ. l.
ſecunda.vbi gloſſ.eſt magiſtra. In ead.gloſſ. qui pœnę. dic,vt
ibi,no.ſed melius diſtinxit Dyn.inf.de dona.cau.mor.ſi aliquis.
Tamen vera ſolutio eſt iſta,quod hic criminoſus erat mortuus.
vnde ſnīa ferri non poterat. ſed in l. ꝫria criminoſus viuebat,&
ideo merito ſnīa contra eum lata, quæ retro fingit quantum ad
bona retractat ea quæ medio tempore ſunt attentata in præiudi
cium fiſci ſecundum Dy.& de hoc.no.plene.inf. de do.poſt con
tractum,per Iac.de Are.

ADDITIO.

a Perſonalis.Vide Pau.de Caſt conſ.146.in conſ.nouiter impreſſis.3.lib.

LEX X.

1 *Membrorum mutilatio non officit teſtamento.*
2 *Mors fortuita non reſcindit teſtamentum.*

1 **Quis manus.** † Membrorum mutilatio non officit
teſtō.h.d.Quæro quid de eo,cui ampu
tata eſt manus ex maleficio,vtrum valet eius teſtamentum? Et
videtur, quod non : quia ille qui condemnatur ad mutilationem
membri,condemnatur capitaliter : ergo ſeruus pęnæ efficitur. nam
ſicut no.in l.imperium,de iuriſdi.om.iud.iſta pęna æquiparatur
morti. idem no.in l.ſuggerente,C.de offic.eius qui vi.al.iudi.ge.
Contra.eſt verum,quia cum ſuperuiuat , non efficitur ſeruus pæ-
næ,ut ſup.eod.l.eius qui.§.fin nec etiam perdit iura ciuilia,quod
eſt no.de hoc habes in Specu.de inſtru.edi.§.compendioſe,ver.
quid de exoculatis. Sed quid ſi ex mutilatione membri ſtatim
eſt mortuus, vtrum dicemus eum deceſſiſſe ſeruum pęnæ? di-
co quod non,quia iſte fuit caſus fortuitus , & non fuit de men-
te pronunciantis , nec iuris , & ideo ſuum teſtamentum valet,
a quia mors fortuita non reſcindit teſtamentum.

LEX XI.

Obſides. In glo.dan Romanis ibi,facta tenenda in hoc
dubito,ne ſit verum : quia tunc non ſunt ho-
ſtes populi Romani,& ideo detenti non ſunt ſerui.Et de iſtis ob
ſidib. vide plene per Innocen.extra,de iureiu.c.ex reſcripto. Itē
vide ſup.de neg.geſ. nam & Seruius,in princip.omnino videas.
In ea glo.ibi,a populo Romano. Secus ergo in obſidibus,qui
dantur ab vna ciuitate alteri.nam cum obſides æquiparentur ca-
ptiuis, ſicut capti non fiunt ſerui , & non perdunt dominia re-
rum.ita nec obſides.ad hoc.inf.de cap.l.ſi quis ingenuam.§.fi.
& inf.eo.qui a latro.ſecundum Andr. de Pi. Et fuit iſta quæſtio
de facto in iſta ciuitate propter teſtamentum Comitis Burgaru
tij,qui deceſſit in carceribus apud Piſas. nam, quia guerra erat
inter ciui.& non cum imperio,licet ſumpſiſſet illa guerra origi
nem ab Imperatore iam mortuo,dicebatur teſtamentum illius
valuiſſe. Et adde,quod de iſtis captiuis no.Inn.in c.ſicut extra,
de iureiur.& ibi pleniſſime.

LEX XII.

1 *Teſtamentum factum ante captiuitatem , licet quis poſtea capiatur, & ibi
moriatur,confirmatur.*
2 *Fictio confirmatiua alicuius actus,facit illam actionem operari,ac ſi mero
iure teneret ſine fictione.*

1 **Lege Cor.** † Teſtamentum factum ante captiuitatem,
licet quis poſtea capiatur , & ibi moriatur,
confirmatur per fictionem.l.Cor. In tex.teſtamenta facta ante ca
ptiuitatem : alias ſecus,ut ſup. eod.l.eius,in princ. Dyn. In tex.
ibi,

ibi,& hæreditas.§.dixit de confirmatione.nunc de effectu confirmationis.In tex.eodem modo.ac ſi non peruenissent in poſteſtate hoſtium.Dui.In tex.ibi,minus proprie. Not. hic expreſsũ, quod id quod per fictionem dicitur,improprie dicitur. Illud ergo deinde proprie dicitur,quod ſecundum veritatem dicitur. In tex.ibi, non poſſit. proprie loquendo.Not.hic de fictione l. Cor ne.qui fingit mortuum in captiuitate deceſſiſſe præambula hora captiuitatis. Sed quare ille Cornelius non ſtatuit teſtamenta valere ſimpliciter,& quare decurrit ad fictionem?reſpondeo, quia obſtaculum ſeruitutis officiebat teſtamento, quod ſine fi-
2 ctio.non poterat amoueri. Secundo not. † quod fictio confirmatiua alicuius actus facit illam actum operari per omnia, ac ſi mero iure teneret ſine fictione.concor.infra ad l.Falc.l.1 §. lex Fal. Tertio not.quod filius quandoque eſt hęres, & ſuus neceſſarius per fictionem,vt hic:quandoque eſt neceſſarius, & ſuus, ſine aliquo adminiculo fictionis,vt inſti.de hære.qua.& diffe.§. ſui.Ex hoc apparet quod exiſtentia ſui hęredis interdum habet fundamentum in veritate,quandoque in fictione. In glo.ſ.agnatum.ibi,reſtatur.& ideo teſtamentum non poteſt confirmari,vt de iure codi. conficiuntur. §.ſi poſt.In ea gloſſ ibi,remanent nullius.quia bona hæc capo ab hoſtibus nullius ſunt interim, vt l. nec nos,de cap.& not hanc diſtinc.gl. quod per capitis diminutionem interdum bona ſunt nullius,interdum tranſeunt in aliũ, & intelligitur glo.de tali capitis dimi.in qua eſt ſpes prioris ſtatus. Si autem non eſt ſpes prioris ſtatus,adhuc conſideranda eſt iſta diſtinctio,aut per capitis diminutionem bona non transferuntur in alterum,vt in fratre minore profeſſo: aut transferuntur in alterum vt in monacho. Primo caſu teſtamentum fratris minoris ſtatim valet,& firmatur per profeſ. & ſi non fecit teſtamentum,ſuccedit ei ab inteſtato,vt mortuo. Sed ſecundo caſu dic,vt in auth ſi qua mulier.dixi in l.1s.ſup.eo.Poteſt reſpõderi aliter ad §.teſtamento. quod ibi lex non fingebat ſuper amotione obſtaculi,hic ſic,& adde,quod dicam inf.de liber.& poſthu.l.Gallus.§.quod ſi tantum.In eo.glo. corporis qualitas,id eſt habitudo,vel ſenſualitas.

LEX XIII.

1 *Teſtamentum in priuato carcere factum valet.*

2 *Ambaſciatores non debent capi, nec detineri pro repræſalijs.*

1 Qui a latronibus. † Valet teſtamentum factũ in priuato carcere.h.d.In gl.de capto a Mutinenſibus,de capto à Ianuenſib.dicit glo.in l.1 ſup.de dolo,§.non fuit. Et de quadam alia cau.dicit gl.inp.de neg.geſt. nam & Seruius,in princip. Dicitur hic in glo. quod teſtamento factum in carcere valet,Sed quid in contractibus? Reſpondet glo. obſcure, quod non cum quolibet poteſt contrahere.non enim va-
2 let,ſi contrahit cum eo,qui eum detinet, vt l.qui in carcere,ᵃ quod me.cau.ſed in alio valet,ut quod me.cau.metum.§.ſed licet.dicunt Din.& Bart.quod idem debet,dici in teſtamento. nam ſi ille,qui cepit iſtum facit ſe hæredem inſtitui directo,vel per obliquum,non valet teſtamentum.Secus ſi tertius inſtituatur, qui non deliquit in captura ſm Din. & Bart. Et fuit hoc in teſtamento domini Io.de Piſc.na in quodam,qui fuit culpabilis in captura ſua,& morte,& fecit ſibi per teſtamentum relinqui magnam ſummam Et adde,quod not.ſ de ver.ſign qui neque per Iac.& d.l.nam & Seruius,per glo.or ſina Et not.quod l.noſtra loquitur in carcere priuato.ſed l.ſi qui poſt,loquitur in publico carcere,& in eo qui iniuſte detinetur,& not bene prædicta in glo.
2 quę incipit etiam ibi,cum capi non deberent.not gl.† quod ambaſciatores non debent capi,nec detineri,Item no.ex iſta glo.quod
b ambaſciatores non poſſunt detineri pro repræſalijs.ᵇ

ADDITIONES.

a L.qui in carcere. Et ibi vide Alex.de Imo.& Ang in l. nemo carcerem. C. de exac.tri.lib.x.ſed quid de damnato ad perpetuũ carcerem an teſtari poſſit,vide Bal.in l.1.in 4.col.ver, Sed quid de damnato C. de ſacr.ſan. eccl.vbi tenet.quod ſic: communis tamen opin. eſt in contrariũ prout not.in l.a da po.iud.quid de clerico damnato ad perpetuum carcerẽ an teſtari poſſit,vide Fel.in c.ſame de ſent.excom.

b Pro repræſalijs. Adde d.Alex de Imo.in l.1.2.§.legatis.vbi ẽt per Bar.in j. no.de in.& Fe.de li.in trac repræſaliis 2.par.2.principali in q.in ſin.

1 *Appellatione pendente a ſententia capitali,poteſt damnatus teſtari, ſi interim decedat.*

2 *Appellatio extinguit pronunciatum inhabilitate inflicta ex ſententia.*

3 *Sententia ſi continet expreſſam bonorum ademptionem, oportet, quod hæres appellet,alias ſententia tranſit in rem iudicatam quo ad bona.*

4 *Banniti ſi poſſunt impune occidi, non poſſunt occidi pendente appellatione.*

1 §.Si quis. † Pendente appellatione a ſententia capitali poteſt damnatus teſtari,ſi interim decedat. hoc d. Not.hic,quod decedens pendente appel.æquiparatur decedẽti prima cauſa pendente,vt hic cõiuncta. l.ſi quis poſt. Iſtud eſt verum,niſi quando per ſententiam bona erant expreſſe,& principaliter adempta. nam tunc hoc operatur ſententia pluſquam primæ litis pendentia,quia hæres habet neceſſe proſequi app ut
2 C.ſi pen.app.mor.in l.1.& C.ſi reus,vel ac.&c.l.fin † Secundo not.quod appellatio extinguit pronunciatum inhabilitate inflicta ex ſententia.concor.ſupr.de his qui no.infa.l.furti.§.1. Quæro hic quid in tempore appell.interponendæ, vtrum ſi interim quis moriẽ.valet eius teſtamentum? dicit Dyn.quod ſic.quia tẽpus appel.interponendæ idem operaẽ,quod appellatio interpoſita ſecundum Dyn vt ff.nil no.ap.pen.l.vnic & ibi,i.ca. l.1 h.d. gloſſ.ordi.quæ non eſt alibi.Inf.de accu.l.ex iudiciorum.Iaco de
3 Ra.& Cy.in l.ſi.C. ſi reus,vel accuſ. † dicunt quod ſi ſnĩa continet expreſſam ademptionem bonorũ,oportet,quod hæres appellet: alias ſnĩa tranſit in rem iudicatam quo ad bona, & hoc placet Bar.in d.l.ex iudiciorum, quod verum credo; quia appellatio in potentia non debet plus operari quam appellatio in actu.i.non debet plus operari poſſe appellare quam appellaſſe,argum.de condi.inde.l.Iul. Apparet ergo,quod quantum ad bona ſnĩa diffinitiua afficit hæredem. Sed quid in ſnĩa interlocutoria banni,an banna merentur executionem in hæredes? Dyn.mouet hoc dubium in l.ex iudiciorum,& inclinat, quod non: quia illa eſt pœna contumaciæ; vnde non tranſit ad hæredem,vt l.in ff.ſi quis ius dicen.non ob.Bar contrarium tenet in d ẽt.l.ex iudiciorum. Sed ego intelligo dictum Bar.quando poſt bannum ſecuta eſt diffinitiua ſententia: ſecus, ſi eſſet mortuus poſt bannum, & ante ſententiam diffinitiuam,quæ fertur ex forma conſuetudinis,vel ſtatuti,& facit inf.de pu.iu. defuncto,& optime facit pro hærede inf de iu. fiſ.eius qui delatorem. Item aduerte,quia quando bona eſſent publicata,& translatum dominium,non eſt dubium,quod pęna tranſit ad hæredem, vt inf. ad Sylla. Gaius. vnde quæſtio quam ſup. formaui, loquitur in perſonali præſtatione,non in iure dominij acquiſiti fiſco;
4 & ideo eccleſia has executiones iuridice facit.† Quærit hic Dy. ſi banniti poſſunt impune occidi. verum hoc ſit verum pendente appellatione? & dicit,quod non, per tex. l.j. nil no.ap.pen. ibidem dicit, nec aliam iniuriam &c. dubitationem facit,quia illud habet locum inter appellatum, & appellantem. Sed nos loquimur hic in tertia perſona,vt no.in l.creditor, in princi. ſup. man. ſed reſpondeo quod gl.illa loquitur in tertia perſona,quæ non adhæret proceſſui. ſed hic tertia perſona habet adhęrere banno,& fundare ſe ex eo & ideo opi. Dy. eſt vera. Quid ergo ſi offenſus poſtea deſerit appellationem quid fingitur retro potuiſſe offendi? videtur,quod ſic.per l.furti.§.1.de infam.contra eſt verum,quia inſpicitur tempus delicti,quo tempore maleficium erat punibile de iure. Et ideo poſterior negligentia offenſi nõ præiudicabit fiſco,argum.ad hoc de no.quot §.final. Quid de
a eo,qui non appellauit,ſed petebat bannum caſſari ᵃ propter aliam cauſam,an pendente lit poſſet offendi?& videẽ quod non; quia quacunque via veniaẽ ad reſciſſionem, interim ſuſpenditur pronunciatum,C.de tranſac ſi cauſa cognita. Dy.tenet con-
b trarium.in l.1.§.ſi ſeruus,ᵇ de acquir poſſeſ.l.quod poſſet interim offendi. Bar.tenet contra Dyn.quia non eſt proprie bannitus nec quo ad iuris intellect ille cuius bannum eſt in cauſa cancellationis.argu.ſ de lib.cau.l. vel obliga.de inoff teſta. ſi quis filio.§.quod ſi quis.ita tenet Bar.in d.§ ſi ſeruus.cõtra Bar.facit, quia aliud eſt eſſe cancellatum aliud cancellandum,vt no.in l. ſi aduer lib.& l.fina.C.vbi,& apud quos.credo diſtinguendum. aut petitio erat iuſta,& tunc non poſſet interim offendi aut iniuſta:& tunc ſic: & ita concordo opiniones.ſed in app.non diſtinguitur iuſta,vel iniuſta:& iſta eſt differentia.

ADDITIONES.

a Caſſari. Vide late Alex.in d.l.3.§.ſi ſeruis.

b Si ſeruus Vide ibi late ad hoc d. Alex.de Imol.

LEX XIIII.

Qui teſtamento domini. De ſtatu ſuo incertus non põt teſtari h.d.cum l.ſeq. Hic eſt arg.quod ſi procurator ignorat ſuũ mandatum.quod actus qui fit interim,non dicatur fieri a procur.hoc tenet Archidiaco.& Ioa. Andr. in c. is qui,de procura. lib.6.ſecundum Dy.

LEX XV.

1 *Dubitatio eſt æqualitas contrariorum motuum mentis,& tenet medium inter errare & ſcire.*

De ſtatu ſuo. In glo.& eſt differentia.no. hanc gloſſ.& conſuluit,& tenuit cõtra idem no. ſup.de inr.& fac.igno in rub.& add.,quod dubitatio eſt æquali-
1 tas contrariorum motuum mẽtis. vnde dicit Ariſto.quod † dubitatio eſt æqualitas cõtrariarum ratiocinationum,& tenet medium inter errare,& ſcire,vt C.de cõd.ĩdeb.l.fina.quæ dubitatio quandoque ineſt parti,vt hic, quandoque iudici. de hoc per Iac Butriga.in l.j.C.de procura. naſcitur autem iſta dubitatio iudici interdum in exordio litis per affirmationem & nega.vt C.qui.ad lib.procla.non licet.l.ſi. quandoque in medio litis: & hoc dupliciter quandoque propter plenam probationem,vel admonẽdi. quandoque propter partium cõtrariam probationem,vt C. de fide inſtrumẽ. l. [illegible] quandoque in fine litis: & hoc propter contrariam [illegible] depoſitionem, vt l. dos a patre & no. inſti.de oblig.quæ ex quaſi delic.& no. inf. de hæred.inſti.l.ſi pater. quãdoque naſcitur poſt ſnĩam propter interm.etiam appellat.vt ſup.eodem,qui a latro §.ſi & dicit Sic ex.

in titu.de appel.ꝙ in tali dubio iudex debet deferre appellatio-
a ni,& non dare apoſtolos a refutatorios, ſed admiſſorios. Extra
no.pro rñſionibus ad articulos,quando quis dicit ſe neſcire,vel
dubitare.facit de iureiuran.l iuſiuran.& ad pecunias,in princ.

ADDITIO.

a Apoſtolos. Vide omnino quod voluit Anch.conſ. 225.iſte executor.

LEX XVI.

1 *Teſtamenti factio paſſiua cadit in filio,ſeruo,furioſo,& ſurdo.*
2 *Dominiũ ſicut acquiritur ignoranti,ita perſonalis actio, & hypothecaria.*

1 Filiusfa †Paſſiua factio teſtamenti cadit in filio, ſeruo,
& furioſo,& ſurdo.h. d. & probatur per hanc l.
ꝙ verbalia nomina interdum recipiunt ſignificationem a ver-
bo actiuo,interdum a paſſiuo verbo. In text. ibi, perſonalis ac.
2 no.bonum tex.† ꝙ ſicut dominũ acquiritur ignoranti,ita perſo
nalis actio,& hypothecaria,& adde quod no.J.de condi. inſti.l.
ſi quis ita hære.& l.ſi partem.§.1.quemad.ſerui.amitta.

LEX XVII.

a In aduerſa. Si propter ægritudinem corporis inducitur
mentis exilium,teſtm̃ non valet. a hoc d.

ADDITIO.

a Non valet.Facit quod habetur per d. Bar Soc.in cõſ.122.incip.primo aſpe
ctu.ver.6.aduertendum circa mediũ verſ ſeq.in 2.parte,cha.107 quod nõ
valet teſtamentum conditum per infirmum, ex quo ipſe morti ſe cgiuam
turbatus eſt,& de facili applaudet omnibus, de quibus interrogatus reſpõ
det, quod ſic.

LEX XVIII.

1 *Prodigus cui bonis interdictum eſt,non poteſt teſtari, nec teſtis adhiberi in teſtamento.*
2 *Notorium æquiparatur ſententiæ quo ad liquidationem facti.*

1 Is cui bonis. † Prodigus,cui interdictũ eſt bonis, non
poteſt teſtari,nec teſtis adhiberi in teſta-
mento.h. d. Dicit Arſt. ꝙ prodigus. eſt quaſi procul a regimi-
ne dictus,ita dicit in ſecretis ſecretorum. In text. ibi, quod ta
men hic vide,quod no.inf.de ſecundum ta.l.1.§.exigit.quæ glo.
non eſt alibi.In gloſ.e.ibi, ideo pone. hæc vera. In gloſ.ea.cum
certum eſt.id eſt notorium, quia notorium æquiparatur ſenten
a tiæ,a vt l.emptorem,de actio.emp. Iſta eſt rõ,quæ mouet iſtos,
& tangitur.inf.de verb.obl.l. is cui bonis. tamen hoc eſt falſum
ſecundum And. de Pi. quia requiritur miniſterium iudicis,vt
l.1.ſ.de cur.fur.non ob.ꝙ notorium æquiparetur ſententiæ, qa
illud eſt verum quantum ad declarandum, ſed non quantum
ad aliquid de nouo prohibendum,vel diſponendum,& hoc ꝓ-
batur per glo. ordi. nam probationes factæ in iudicio inducunt
notorium, & tamen ex eis non oritur actio in factum, licet ex
2 ſententia,vt not. in l. ſed & ſi poſſeſſori.§.fi.de iureiu.† Notoriũ
ergo æquiparatur ſententiæ quantum ad liquidationem facti
ſed non quantum ad effectus iuris, in quibus requiritur aucto-
ritas iudicãtis;quod eſt no.dignum.In gl.quæ incipit etiam, ibi,
cum capi non deberent.no.gl.quod ambaſciatores non debent
capi,nec detineri. Item no. ex iſta no.glo.ꝙ ambaſciatores non
poſſint retineri pro repræſalijs.

ADDITIO.

a Sole.† An notoriũ æquiparetur ſoiæ,& multa de notorio no.vide per
do.meum do.Hier.Tor. in conſ.e[illegible]o ſto in fauorem Florentinorum.Lau-
ren de Medicis fecit laqueo vitam finire Car.& Archiepiſcopo.

§Si quis ob. Ibi expreſſum eſt. not.bonam rationem,
ꝙ ideo non teſtatur,quia hoc eſt expreſ-
ſum in l. ſecus in alijs infamibus, in quibus non eſt expreſſum
hoc,vt ſup.eo.l.eius qui.§.ſed relegati.& l C.de ſecun. nup.

LEX XIX.

Si filiusfam Regula Cato.impedit teſtm̃ confirmari,
quod a principio nullum fuit h.d.

LEX XX.

1 *Hæres vniuerſalis non poteſt eſſe teſtis in eodem teſtamento: ſecus in legatario,& tutore.*
2 *Exceptio ad hoc,vt repellat teſtem,debet eſſe certa,non autem debet ſe pariter habere ad eſſe & non eſſe.*
3 *Legatarius eſt teſtis in teſtamento, quantum ad fundandum teſtamentum reſpectu ſolemnitatis,non vt probetur tenor proprij legati.*
4 *Teſtimonium duplex eſt extraiudiciale, & iudiciale, extraiudiciale ad actum ſolemnizandum,vt valeat.iudiciale,vt probetur actus.*

1 Qui teſtamento † Hæres vniuerſalis non poteſt
eſſe teſtis in eodem teſtamento:
a ſecus in legatario, a & tutore, niſi aliud eos impediat. h. d. In
tex.ibi,inſtituitur.directe. Idem tamen eſt in fideicom.vniuer-
ſali,quia eſt iuris ſucceſſor,vt patet inſtitu. de teſta. §.legatarijs,
In ratione literæ.& quia largo modo dicitur inſtitutus vniuer-
ſalis fideicommiſſarius,vt J.de mi. teſt. quærebatur:& quia in
effectu eſt hæres poſt reſti.ſibi factam ea Trebelliano,vt l.ex fa-
cto.J.ad Treb.& l.ſi necẽ.ſ.ſi. de bo.lib. & ſup.quod cum eo, ſi
filius.§.1.ſecundum Iaco.de Are.& Pet.In tex.ibi,non poteſt.i.
non poteſt connumerari in numero teſtium, vt inſtit. eo.§.ſed
neque.In tex.ſcriptis, ſcilicet in teſtamento. ergo idem in exe-
cutore,quia qui relinquitur merus executor, poteſt eſſe de nu-
mero teſtium teſtamenti.& facit.C.eod.l.dictantibus,& ſup.de
te. tu.vel ex ſententia. In tex.hi enim,ſcilicet legatarius & tut.
In tex.ibi,ut puta.exemplum impedimenti. Din. In tex.impu-
bes.hic vide quod no.ſup de execu.mi.non ſolum.§.ſi liberto.
In gloſ.vt inſt.eo.ibi,ſol verbi.iſtud ꝫ.quatuor modis ſoluitur in
gl. vno modo ſoluitur.in l.omnibus,& J.de reb.dub.l.ſi quis ita
Alio modo ſol.ſupr.de teſt.nullus. Tertio modo ſol.hic. Prima
ſol dicit quod non eſt teſtis in cauſa propria,ſed in cã teſtĩ.Sed
iſta ſol.non vr̃ bona,quia cauſa teſtĩ implicite continet cauſam
propriam: & ideo inter explicite,vel implicite contineri,nõ de-
bet eſſe dr̃a. Secunda ſol.eſt quod non eſt proprium commo-
dum principaliter,ſed accesſorie: & iſtud acceſſorium commo
dum eſt incertum,quia non ſequitur, valet teſtm̃,ergo valet le-
2 gatum,quia poſſit eſſe ꝫ.† Ex hoc no.quod ad hoc vt exceptio
repellat teſtem,debet eſſe certa,non aũt debet ſe pariter habe-
3 re ad eſſe & non eſſe. Tertia ſol.eſt in iſta glo.† ꝙ legatarius eſt
teſtis quantum ad fundandum teſtm̃ reſpectu ſolẽnitatis, non
vt per eum probetur tenor proprij legati. Quarta ſol. ponitur
inſti.eo.§.legatarius,ꝙ legatarius eſt teſtis in fauorem hæredis,
& collegatariorum,ſed non in fauorem proprium: & dicit ibi
glo.ꝙ vnus legatarius poteſt teſtari pro alio, & ſic legatarij mu-
tuis teſtimonijs ſe iuuabunt. Ego do quintam ſol.& dico quod
hæres ſcriptus vtitur adminiculo legatarij: quintum ad valen-
tiam ſuæ inſtitutionis,& eo ipſo fundat perſonam legatarij. vn-
de merito non poteſt poſtea opponere de inhabilitate,quia to-
tum teſtm̃ reputatur actus indiuiduus.& quia iſta exceptio eſt
exceptio,quæ opponitur perſonæ,& non dicto, & probatur. C.
de teſt.l.ſi quis teſtibus,& ideo dico,ꝙ legatarius erit teſtis quã
tum ad plenam teſtifica.ſolemnitatis,& voluntatis, & ita intel-
ligo hunc paſſum. Ex hoc tñ incido in vnum aliud dubium, an
in codicillis factis ab inteſta. legatarius poſſet eſſe teſtis quo ad
plenam probati.cum hæres ab inteſtato non vtatur eius admi-
4 niculo? cogitabis. In ea.gloſſ.ibi,in cauſa pupilli.† duplex eſt te-
ſtimonium.ſ.extraiudiciale ad actum ſolemnizandum, vt va-
leat? & iudiciale,vt probetur actus. quo ad primum tutor poteſt
b eſſe teſtis, b vt hic.quo ad ſecundum refert.aut ipſe tutor eſt in
iudicio,aut alius. Primo caſu non poteſt eſſe teſtis,vt ſ.de teſti.
l.fin. Secundo ſic ſm̃ Iac.de Aret.ſicut in ſi.J.de iure fiſ. l.defer
re.§.iidem decreuerunt. Quid ergo ſi litigat actor tutoris? dicit
Bart.aut eſt ordinatus a tutore,aut a iudice. Primo caſu nõ te-
ſtificatur tutor. Secundo ſic,vt no. Inno.de prælato extra.de teſ.
ad hæc.Ego dico ꝫ.ꝙ tutor repellitur. cum actor ſuo periculo
detur vt inſti.de cu.§.fin.quæ ratio ceſſat in prælato, quia capi-
tulum non ordinat ſyndicum periculo prælatati.quid ergo fiet,
vt tutor teſtificet? rñdeo datur curator liti, qui non datur periculo
tutoris,vt ſup.de tut.l.qui habet.§.ſi pupilli;& ita teneatis.

ADDITIONES.

a In legatario. Vide Fel.in c.inſuper,de teſt.in v. col. vet.ſecundo quæritur
b Teſtis. Adde Rom.con.420.

§.Poteſtatis. Verbum poteſtatis refertur ad quemli-
bet pleno, vel ſemipleno iure ſubiectũ.
h.d.arg.eſt hic,quod in teſtamẽto domini nõ poſſunt eſſe teſtes
vaſalli,qui ſunt ſub eius vinculo argum. iſtius literæ. in cõtra-
rium facit,quia nõ reperitur hoc aliqua l.expreſſe cautum; & vi
de quod no.inſt.de iure perſonarum.

1 *Pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento filij militis,& frater teſtantis.*
2 *Teſtes,vbi non requiruntur, ibi contra teſtes receptos non poteſt opponi de inhabilitate.*

1 §.Per contrarium. † In teſtamento filij militis pa
ter poteſt eſſe teſtis.l:ẽ & fra-
ter teſtantis.h d.Et arguit iſte tex.quod nõ eſt prohibitum patri,
nõ eſt prohibitum fratri:& no.bene gl huius §. In gl. cum ante
miles.ibi.nam ſine vllo teſte.Vt J.de te.mi. Lucius,& C.de mi.
2 te.l.miles in expedit.In glo.ea.ibi igitur valeat.no.† optimum di
ctum,quod vbi nõ requiruntur teſtes,ibi cõtra teſtes receptos nõ
poteſt opponi de inhabilitate.& facit ad quoddam dictum Inn.
dicit ipſe, quod ſine ordine iudiciario & ſine teſtibus in forma
iudicij receptis poteſt iudex informari,& certificari de fama,de
teſtib.cum in tu.a.dico,quod multo fortius informabitur per te
a ſtes etiam inhabiles: a & facit etiam in alia materia,de qua no.
Inno. in c.dudum,de præsum.ad idem J.de acq.hær.l. eum qui.
§.filius,& tene menti iſtam ſingularem glo.

ADDITIO.

a Inhabiles. Facit quod voluit gl.in l.vnum,ſup.ſi cer.pe.ꝙ in caſibus in qui
bus non requiritur libellus,ꝙ libellus ineptus non vitiat proceſſũ,& ꝙ vo
luit Ro.cõſ.414.ꝙ citatio nõ ſolemnis nõ vitiat in caſu, in quo omitti po
tuiſſet,facit etiã quod voluit d.Fel.in c.veniens.el 2.in me.8.col.& in gl.
ſi.in prin.de teſt.quod teſtes alias inhabiles.vbi veritas alias ſciri non po
teſt,& in materia quæ eſt nota.de ſu.nã ſolu.in ipſis admittantur.

1 *Filius in negotio quod patrem contingit,teſtis eſſe non poteſt.& econtra.*
2 *Filius ſi eſt procurator alicuius cauſæ,non poterit producere patrem in teſtem illius cauſæ.*
3 *Procurator contractus,poteſt teſtificari in iudicio,quia tunc non eſt procurator.*
4 *Quadruplex eſt familiaritas.*
5 *Filius tabellio admittitur in negotio patris,non autem pro teſte.*

§.Quæ.

1 §.Quæcunque autem. iſte §. principaliter habet duas lect. vna eſt,
quod hic tractetur, an filius poteſt eſſe teſtis in negotio, quod
contingit patrem, & dicit, ꝙ dictum eſt ſuperius, ꝙ in teſtamen
to patris non poteſt eſſe teſtis filius in poteſtate. In alijs vero ne
gotijs ſi quid patri acquiritur, a teſtimonio repellitur. ergo a cõ
trario, ſi non acquiritur aliquid, non repellitur filius a teſtimo-
nio, hoc dicit. Et iſta lect. eſt plana valde. & nihil obuiat, niſi ꝗa
loquitur negatiue, & litera videtur loqui affirmatiue, quia dicit
Prohibendis. ſed reſpondeo, quod ſubintelligitur, vel non pro-
hibendis: & ad illam negatiuam ſubintellectam adaptatur hæc
lectu. quæ eſt vera, & optima. ¶ Secunda lectu. eſt econtra. di-
ctum eſt: ſupra quod pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento filij
militantis. quæritur quid in alijs factis, vel caſibus. an admittitur
teſtimonium paternum? & reſpondetur, quod non, quando eſt
tale negotium, per quod aliquid acquiratur. ſupplent quidam,
maxime. nam dicunt, quod pater ſemper repellitur, ſiue acqui-
ratur, ſiue non acquiratur, nunquam ſuper facto filij teſtifica-
tur propter nimiam affectionem ſecundum iſtos. alij nihil ſub-
audiunt, & quod iſtorum ſit verius infra patebit, & ſecundum.
1. lectu. iſte §. continuatur cum. § poteſtatis, ſed ſecundum 2. le-
ctu. continuatur cum. §. per contrarium. In gloſſ. refert. ibi, pro-
hibitos teſtificari hoc intellige de his, qui ſunt in poteſtate: ſe-
cus de emancipatis. non ob. l. ſ. C. de teſt. quia cum hic teſtifi
catur, pater eſt mortuus. Iacob. de Aret. & ſic videtur ceſſare ſu-
ſpitio cum pater ſit ſublatus de medio, & eſt ſimile, quod no. in
fra de reg. iuris. l. ſed hoc ita. ſed hac ratione videtur idem in filio
in poteſtate, quia cum teſtificatur, pater eſt mortuus: ſed reſpõ-
deo in teſtamento teſtes adhibentur, Primo ad ſubſtantiam te-
ſtamenti viuo teſtatore, dum teſtatur. Secundo adhibentur poſt
mortem teſtatoris ad probandum teſtamentum: quia ergo fi-
lius in poteſtate primo tempore eſt in poteſtate, ideo repellitur.
inſpicitur enim initium: ſed in emancipato non eſt tanta ratio
prohibitionis: quia non fingitur eadem perſona cum patre, cũ
emancipatio faciat eum extraneum ¶ In ead. gloſſ. ibi, nec pa-
tri, nec filio quæratur: vt quia pater agit procuratorio nomine
tertij. nam potuit producere filium in teſtem illius cauſæ. In
gloſſ. ead. ibi, quod dicit, perhibendis. nam vera litera debet eſſe,
Prohibendis, non perhibendis, vel inhibendis: quia tunc non
a ob. lit. ſed faceret potius pro. In ead. gloſſ. † Ibi, plus diligit fi-
lium. Ex hoc ſequitur, quod ſi filius eſt procurator alicuius cau
ſæ, non poterit producere patrem in teſtem illius cauſe, & ſic
dominus perdet cauſam illius lit. ratio eſt, quia affectio quæ mo
uet filium, mouet patrem, vt infra ſi quis om. cau. te. l. ſed hoc
nõ approbo, quia iſtud nõ eſt teſtificari filio, ſed domino cauſe,
ut no. infra eod. ad teſtium. §. 1. & argum. ſupr. de execu. iu. lega-
tarius: & ideo pater poterit produci in teſtem in iuſta cauſa. in
qua filius eſt merus procurator litis ſecundum Rayn. de For. &
hoc confirmatur dicto Innocent. dicentis, quod licet domeſti-
2 cus patris repellatur a teſtimonio: † ſecus eſt in domeſtico te-
ſtis, quia licet talis teſtis repellatur, non tamen domeſticus eius,
quia iſtę prohibi. non ſunt extendendæ, extra de offic. dele. c. in-
ſinuante, & eſt no. dictum. Ipſe autem procurator lit. nõ poteſt
eſſe teſtis in eadem lite: & ideo ſi dominus vult eum producere
in teſtem, debet eum reuocare a procuratione etiam inuito ad-
uerſario: quia iuſta cauſa reuocandi eſt, ne ſibi probationis co-
3 pia ſubtrahatur. † Procurator vero contractus bene poteſt teſti
ficari in iudicio, quia tunc non eſt procurator, cum officium
a ſuum ſit extinctum, & finitum, a niſi venerit aliquod præiudi-
cium, vt not. in l. deferre. §. iidem decreuerunt, de iure fiſci, per
Din. facit §. noſter, quod familiaritas nõ repellat teſtem, niſi tra
ctetur de aliquo pecuniario commodo, quod pendeat ex teſti-
4 monio. † dic tamen, quod quadruplex eſt familiaritas. quædam
eſt ſubiectiua de iure familiaritatis, quando habemus ius impe-
randi; & iſta repellit teſtem cum diſtinctione iſtius § Quædam
b eſt ſubiectiua b de facto, ſicut ſunt familiares, quos habemus
domo. & dicit Din. quod iſti etiam repelluntur, argu. infr. de pę.
l. reſpiciendum. §. finita, & ideo caueant ſibi domini, quod quã-
do faciunt teſtamentum, non adhibeant ſuos familiares. Ego
dico, quod non repelluntur niſi tempore, quo in iudicio depo-
nunt: quia ſi non repellitur filius emancipatus, ergo non repelli
tur ſimplex familiaris. Tertia eſt familiaritas naturalis, puta in-
c ter fratres, & eos qui ſunt de eodem caſato; c & iſta repellit in cri-
minali, non in ciuili, vt no. in l. lex Cor. de iniur. & per Cyn. C. de
te. l. parentes te. Quarta eſt ſocialis. de iſta tangitur inſtit. de te.
§. legatarius, & C. de te. l. quoniam liberti, & dic, vt ibi. Innocen.
ponit quædam membra ex iſtis. in d. c. inſinuante. In ead. gloſſ.
ibi, ſed quidam dicunt, nunc incipit. 2. lectu. In gloſſ. ead. ibi, ra-
tione affectionis. iſta ratio habet locum in teſtamento, quia af-
fectio patris eſt, vt valeat teſtamentum filij militis: ſed vbi filius
non eſt cauſa efficiens, ſed vt miniſter, ut in officio procurato-
ris, iſta affectio probabiliter non cadit, nec debet cadere: & ideo
non repellitur pater, & ideo caue ne erres. In ead. gloſſ. ibi, ma-
ter: mater non poterit eſſe teſtis in teſtamento filij. Sed in cau-
d ſa ætatis d dic, vt ſ. de proba. l. etiam matris, ſecundum Di. In gl.
eo. ibi, ſiue Per quod quæratur, vel non quæratur patri, vt in te
ſtamento, quod facit pater: vnde hoc ad teſtamentum reſtrin-
ge, vt non ob. ſup. ea. gl. verſi. ſi autem nec patri. Concluſio om-
nium in hoc ſtat, aut loquimur in teſtamento, tunc non poteſt
e eſſe teſtis filius patri, e in cuius eſt poteſtate, nec econtra pa-
ter in teſtamento filij, & hoc contingit propter vnitatem per-
ſonarum; quia pater & filius in poteſtate vna perſona cenſen-
tur de iure ciuili, vt ℑ de fur. l. nec in filio. Iac. de Are. aut loqui-
mur in alijs negocijs, tunc aut eſt negocium, ex quo alteruter
f eorum acquirit commodum, f & non admittitur vnus pro alio.
aut eſt aliud negocium, tunc admittitur filius pro patre: non
econtra propter ardentem patris affectionem ſecundum vnam
lect. ¶ Tu autem dic quod vbi filius non prætendit proprium
intereſſe, pater admittitur, vt ſ. dixi ſecundum Rain. de For. &
5 iſta eſt concluſio. † Adde, dicit Bar. quod facilius admittitur ta-
bellio quam teſtis, de quo hic per Di. aſſignantur duæ rationes.
Prima, quia tabellio eſt adhibitus ab vtraq; parte, & eſt cõſen-
ſus in ipſo. Secunda ratio, quia perſona tabellionis eſt publica
auctoritate approbata. Adde tertiam rationem ſubtiliorem,
quia tabellio gerit duplicem perſonam, ſicut magiſtratus: vn-
de quia in eo concurrunt qualitates permiſtiuæ, valet inſtrumẽ-
tum, vbi non valet teſtimonium. teſtis enim non gerit duplicẽ
perſonam. Et ideo paterno vinculo magis aſtringitur, vt no.
in ſimili. C. qui teſta. fac. poſſ. l. ſenium, per Cyn. C. de adop. l. ſi
conſul. per Gul.

ADDITIONES.

a Finitum. Adde Fulg. conſ. 162. Bar. cõſ. 213 an aduocatus, vel procurator.
b Subiectiua. Vide Ro conſ. 488. & 410. & ibi quid de procur. & ſollicitato
re, de quo ét vide Fol. conſ. 209. & de ſollicitatore vide Fel. in c. cum a no-
bis ad fi. in ver. de ſollicitatore. de teſt.
c Caſato. Vide Ang. conſ. 274. vbi qui affines, & qui domeſtici poſſint eſſe te
ſtes in teſtã. & d. Ma. Soc. in conſ. 17. incip. ſup. dictæ cauſæ expoſitio ver.
circa quam q. cum verſ. ſeq in 2. parte, cha. 27. & ver. quoniam iſta eſt com
munis concluſio cum ver ſeq. & in conſ 20. incip. viſis actis. & ꝓductio,
ver. nec obſtat ſi diceretur, circa me. in e. d. parte, cha. 36. & Fel. omnino, in
c. in literis per totum de teſti vbi plene & no.
d Aetatis. Quo caſu mater ſit idonea. vide. d. Mar Soc. in conſ. 200. incip. vi
ſis actibus, & proba verſ. nec ob. circa me in 2. par. cha. 36.
e Filius patri. Vide Fel. in c. ſuper eo el 2. in ſi. de teſt. ſed quid de filio ſpiri
tuali an teſtificetur pro patre, vide per eum, in c. cum nuncius, in 2. col.
poſt me. in ver. & in quantum. eo. tit.
f Commodum. Quomodo, & qualiter autem teſtis commodum conſidere-
tur, vide Fel. in c. inſuper. in fi de teſti.

§. Nec furioſus. In tex. ibi, eo tempore. quo eſt ſanæ mentis.

1 *Argumentum de iudicijs ad voluntates in iure eſt validum.*

§. Eum qui. No ꝙ ille, qui non põt eſſe teſtis in iudi-
cio, non poteſt eſſe teſtis in vltima volun
tate, nec in contractu. glo. dicit ꝙ fallit in hæretico. dicit Din. ꝙ
hodie non fallit, dixit Inno. in c. cum cauſam, extra, de ſal. vt l. 2.
1 in fi. C. de ſumma Tri. & fi. Catho. † Itẽ no. & tene menti quod
licitum eſt arguere de iudicijs ad vltimam voluntatem.

1 *Argumentum a contra in ſenſu iure eſt validũ, & procedit & in ſtatutis.*

1 §. Mulier. † In gloſ arg. a contrario ſenſu. no. ꝙ validum
eſt illud, quod probatur per arg. a contrario
ſenſu. videtur probari per tex. & caſum l. ita dicit gloſ. iſta not,
a adde, argu. a contrario a ſenſu interdum eſt probabile, & vt ne-
ceſſarium, vt quando ſumitur a contrario ſenſu ꝯtradictionis ap
poſitæ, de offi. eius cui man. eſt iu. l. 1. §. huius rei. Item quando
ſumitur per locum a ſpeciali. nam a contrario ſenſu ſequitur,
quod in contrarium eſt ius commune, vt hic, quandoque illud
argu. eſt probabile, non neceſſarium, vt quando ſumitur a con-
traria exiſtentia cauſæ, vel rationis, vt ℑ. de iure pa. l. adigere. §.
quamuis, de aquiren. poſſe. l. ſi is qui animo, & l. vlt. ℑ. de hæred.
inſti. interdum nec probabile, nec neceſſarium, vt quando in
contrarijs terminis eſt idem iuris, vel hominis ſtatutum, vel qñ
reſultat abſurditas, vt l. 2. de condit. inſert. & vide per Cyn. C.
de Epiſ. & cle. l. conuenticulam, & quod no. C. de fur. l. apud an-
tiquos, & facit C de pac. do. l. inter. §. cum inter. & per hãc glo.
conſuluit Di. ꝙ argu. a contrario ſenſu habet locum in ſtatutis.
In ea. glo. ibi, non vetatur. ergo ſi eſt ibi iſta clauſula, ſi non va-
let &c. tranſit teſtamentum in vim codicillorum; quod eſt no.
b Inter liberos b tamen valet teſtimonium mulierum etiã in te-
ſtamento, dicit gloſ. C. de teſta. aut. hoc inter liberos. C. de co-
di. l. vtrum, quod eſt verum, & ſi pater in teſtamento inſtituat
baſtardũ, cũ non habeat legitimũ. Spe. tenet, ꝙ ſic, & alle. l. ſi. C.
de confir. tut. Sed plerique doc. conſuluerunt ꝯtrium, vt iſtud, ꝙ
ſpecialiter ſtatutum eſt in liberis, non habeat locum in baſtar
dis, quia eis non debetur hæreditas ab inteſtato: vnde imperfe-
ctum teſtamentum non confirmatur legis auxilio. Baldus.

ADDITIONES.

a Contrario. Vide Rapha. Com. conſi. 161. Fol conſ. 5. & ſeq & conſi. 69 Pau.
de Caſt. conſi. 366.
b Liberos. Dic idem in teſtamento ad pias cauſas, vt tenet Pau. de Caſt. conſ
314. & vide Fel. in c. quoniam, de teſti.

§. Seruus.

§.Seruos. Officium teſtis eſt de iure ciuili. hoc dicit. Baldus.

1 *Teſtes debent perſeuerare a principio teſtamenti vſque ad finem.*
2 *Teſtis illud quod deponit, debet percipere per ſenſum corporis; nam intellectus teſtis debet decidi, & cauſari a ſenſu.*
3 *Teſtes & tabelliones poſſunt pati vim iudicij, non vim patris.*

1 §.Et veteres. †Teſtes debent perſeuerare a principio teſtamenti vſque ad finem ' & Græcus
poteſt eſſe teſtis in teſtamento Latini in ſcriptis, dummodo ſen
ſu percipiat ſe adhibitum ad hoc. h.d. Item iſte §.probat, quod
idem eſt rogare, quod adhibere ad hoc. In tex.ibi, in teſte. qui
adhibeatur ad teſtamentum in ſcriptis ſecundum Iac.de Are. In
2 tex.ſenſu.no.† optimum tex. quod teſtis debet per ſenſum cor
poris percipere: vnde intellectus teſtis debet decidi, & cauſari a
ſenſu: & idem debet eſſe in teſte in ſenſu, & intellectu, & non di
uerſum. & iſtud, quod reſidet in mente alicuius non per ſenſu͂,
a ſed excedit ſenſum, dicitur iudicium, a & non eſt teſtimonium:
ita dicit Inn.in c.cum cauſam, de teſt. & ideo cum v. ſint ſenſus
corporis, vt no.in l.quod meo.§.pe. inf.de acq. poſ. id quod non
clauditur ſub altero iſtorum ſenſuum, non cadit directe in teſti
monium: & huiuſmodi ſunt iura incorporalia. a quibus ſenſus
non pōt cauſari, vt ait Inn.in d.c.& probatur inſti.de reb.cor.&
incor.no.ergo bene hu͂c tex & facit C.de teſti l.teſtium, & ff. de
fur.l.quidā tabularium, in prin. Et q͂ſtio ſuper x prædicamentis, q͂
ponit Azo in proœmio C.in ſumma, poſſet reddi ratio apta per
ſenſum corporis, Barto incepit in quodā ſuo tractatu ponere: &
q͞a tractatus erat nimis defectuoſus, morte præuentus non pate
facit. In tex.ibi, inuiti teſtes. no.optimum tex q̄ ſi notarius fecit
inſtr͞m inuitus, q͞d iſtud inſtrumentum eſt ipſo iure nullum, ſi
3 cut dicitur in teſtimonio:† teſtes ergo & tabelliones poſſunt pa
ti vim iudicis non vim partis: tene menti.

ADDITIO.

a Iudicium. Et idē ſi teſtis deponat per verbum iudicio ſuo non probat: quia non videtur deponere, vt teſtis per viſum vel alium ſenſum corporis. tu.d. Bar.Soc.in conſ.171.incip.dixi profecto anceps verſ nec ob.ſi dicatur in 2. parte, char. 19 ſed quid ſi deponat hominem mortuū, quia vidit vel hominem furioſum, quia faciebat actus furioſum. dic quod probat licet iudicari videatur, vt per eum, ibi in ver.multum etiam mihi.

LEX XXI.

1 *Modus teſtandi duplex eſt in ſcriptis, & per nuncupationem.*
2 *Palam dicitur dupliciter, vno modo coram populo, alio modo coram teſtibus, qui requiruntur de natura contractus.*
3 *Teſtis ratio quando eſt æquiuoca, non probat.*
4 *Omiſſio indictionis vitiat teſtamentum.*
5 *Teſtamentum lectum teſtatori per tabellionē, qui interrogauit, an velit ita teſtari, valet.*
6 *Teſtibus affirmantibus magis creditur, quam negantibus.*

Heredes palam. In materia teſtamenti nuncupatiui iſta lex eſt fundamentum, &
clauis: teſtator qui fecit teſtamentum per nuncupationem, de
bet palam exprimere nomen hæredis, adhibitis ad hoc intelli
1 gentibus teſtib.h d. In tex.ibi, nuncupandi.i.nominandi. no. † q̄
duplex eſt modus teſtandi ſ. in ſcriptis, & per nuncupationem.
Secundo no. quod quando teſtator teſtatur per nuncupationē,
debet palam voce propria nomen hæredis nominare. Tertio
2 no.† q̄ palam dicitur dupliciter: vno modo coram omnibus,
ſiue coram populo. Alio modo coram teſtibus, qui requiruntur
de natura contractus: & ita accipitur hic. Et facit ad duas quæ
ſtiones. prima, quod quis dicatur manifeſtus ſiue publicus fœ
a nerator, a qui ſe omnibus exhibet: idem dicitur, ſi hoc poſſit pro
bari per vij.teſtes, arg.huius l. Secunda quæſtio eſt, dicit teſtis, q̄
b eſt publica fama, quia audiuit publice b diei. Quæritur, vtrum
iſta ratio ſit bona? nam iſta dictio, publice, poteſt exponi dupli
citer. vno modo, vt referat ſe ad publicum dictum gentium. alio
3 modo, vt referat ſe ad publicum locum, aduocati tenent, † q̄ vbi
ratio teſtis eſt æquiuoca, non probet. glo. tamen in hoc videtur
tenere contrarium in l.3.§.idem diuus.ff de teſt. & Din conſu
luit, & alle.l.3.ſup.ad Ma.cum ſi.facit l.1.C.de teſta.& inſt. de te
ſta.§ ſed cum aliquis. Quarto no.q̄ aliud eſt quem eſſe præſen
tem, aliud eſt intelligere, vel audire, hic enim videbitis, q̄ ſi mul
c ti teſtes interfuerint, tamen non omnes intellexerunt, c valet te
ſtamentum, ſi ſufficiens numerus teſtiū intellexerit: & per hoc
ſuſtinentur dicta teſtium, qui deponunt aliquos interfuiſſe, pu
ta A.& B. & quod licet illi A.& B. dicant ſe neſcire, non tamen
͡ctantur alijs teſtibus, qui eos nominauerunt, quia ea ſe inui
cem compatiuntur, interfuiſſe, & nō audiuiſſe, vt hic.ergo.&c.
ad hoc bene facit quod no.C.de teſt.l.teſtium, in magna glo.&
hoc tenet Bar.non ob.§.de arbitris.l.diem.§.coram, quia ibi lo
quitur quoad ciuilem ſignificationem vocabuli. nos autem lo
quimur hic quantum ad naturalem veritatem, quæ magis pon
deratur in teſte. In glo.1.ibi, & no.hanc particulam recita ſub
hac forma. in quodam publico inſtr͞o continetur, quod Titius
fecit tale teſtamentum præſente Sēpronio, & Ioanne & v. alijs
teſtibus rogatis). Quæritur, vtrum per iſtud inſtr͞m probetur
ſolemnitas, vel voluntas, an vtrunq; vel neutrum? & veritas eſt
q̄ inſtr͞m, quod non continet ſpecificatum numerum teſtium.
neutrum probat: quia caret ſolemnitate teſtium requiſitorum
ſ͞m nām actus: & ad hoc facit q͞d no. C.de teſt.l.ambiguitate.te
ſtes.n.qui non ſunt noīati, non vīr deſcripti aliquo modo, vt ff.
de his quæ in teſt.delen.l.j.in prin.& inf.de iure fiſ.l.ita fidei. Eſt
enim adeo obſcurum hoc, quod nulla interpretatione pōt iuua
ri: & ideo hr̄ pro non ſcripto, ſicut dicit Inn.in teſte extra, de te
ſti.c.cum clamor validus. Item neſcimus, an illi alij teſtes eſſent
habiles, & ideo nullum ſuffragium afferunt ſcripturæ, ar. in au
th.de teſti.§.ſi vero ignoti. Secundo quæro quid ſi.7. teſtium
nomina ſunt ſpecificata, vtrum publicum inſtrumentum pro
bet teſtamentum? Io.dixit quod ſic Azo dicit quod nō.rō Azo
q̄ nō h; vim niſi duorum teſtium.& per duos teſtes nō probaī
teſtamentum ergo, &c alle.l.optimam., & inſti.de Inuti.ſtipu.§.
itē verborū. Dy.dicit q͞d opi. Io. eſt verior, quia & requiruntur.v.
c dicitur, In teſtamento, quia in codicillis, *c* vel ab inteſt. non
20 poteſt fieri exhæredatio, † quia exhæredatio debet eſſe actus
ſolem.

ADDITIONES.

a Perfectum. Adde eundem in l. ſi filius. ſup. eo. & quod ibidem dictum fuit in apoſtil.

b Exhæredationem. Quotuplex ſit, vide eundem Bal. in auth. ex cauſa, in 17. col. de lib. præte.

c In codicillis. Adde Dy. in conſ. 51. in verſ. præterea, el 10.

ſolemnis, ſicut inſtitutio. C. de teſtamen. l. non codicillum. nam eadem eſt regula contrariorum, & quia exhæredatus ab inteſt. eſſet exhæredatus a ſeipſo, quod eſt impoſſibile infra eodem. ſi ita §. regula, de hæred. inſtitu. ſed ſit in conditione. §. final. & l. patentam. quia idem actus reſpectu eiuſdem perſonæ, non poteſt eſſe, cauſa contrariorum, de ſolu. l. qui hominem. § final. Item ideo dicitur legitime, nam ſi forma non ſeruaretur, non valeret, vt præmiſi, quia ſub conditione, vt ſupra eo. l. 3. §. pure, niſi eſſet conditio iuris, vt no. infra titul. 1. l. ſi ita facta. ſed contra hoc eſt. ſupra eod. l. 3. §. quæſitum. & ideo dic, quod aut eſt conditio, quę eſt extitura antequam filius poſſit dici prætcritus, & talis conditio poteſt apponi, argum. infra eod. l. cum poſthuma. aut eſt poſtea extitura, & tunc non valet, quia interim eſt prætcritus. nec etiam eſt verum, quod in §. quæſitum, ſit conditio iuris, quia l. non ſuſpendit exhæredationem, ſed querelam. nam omni tempore exhæredatus eſt, vt l. ſi a primo. & ideo ſi teſtator exhæredationem per inſertam conditionem ſuſpendit, non eſt conditio tacita, ſed expreſſa. tunc eſſet proprie tacita conditio expreſſa, quando expreſſio eſſet nugatio, quæ nil operatur, de aur. & argē. leg. l. pediculis. §. Labeo. dicitur etiam Legitime, quia hoc aduerbium, quicquid iuris eſt, complectitur ſiue in ſolemnitate, ſiue in voluntate. nam verbum iuris eſt. & ex hoc excludit factam exhæredationem poſt mortem, quia pro non ſcripta. nam ſicut inſtitutio, quam non eſt poſſibile confirmari de futuro, eſt pro non ſcripta. infra tit. 1. l. cum in ſecundo, ſic exhæredatio. inf. eod.

21 l. ſi ita. §. teſtamentum, & no. in l. Gallus. §. in omnibus. † Item

a hodie non tenet exhæredatio, niſi exprimat cauſam, quæ ſi vera eſſet, debet legitima reputari, in authē. vt cum de app. cognoſcitur. §. aliud. ſed videtur quod nedum legitima, ſed etiam vera. inf. eo. l. ſi poſthumus a primo. §. fina. & ſic videtur vera opin. Mar. in l. 5. de inoffic. teſtamen. quod non eſt verum, quia in l. ſi poſthumus. §. fi. teſtator labitur in eſſentiali id eſt in ipſa filiatione. ſecus, ſi errat, vel non errat in alijs cauſis accidentalibus & remotis, & ſic non obſt. facit quod no. infra de hæredibus. in l. nemo. § 1. & l. fina. ſufficit ergo cauſam eſſe in iure, licet non ſit vera in facto. Item ideo dicitur effectualiter, quoniam ſi in effectu non eſſet exhæredatus, ſed in eius prouiſione, non dicitur exhęredatus proprie. inf. eodem. l. multi non note. & infra de vulga. ſubſti. l. cum ex filio. Item ideo dicit Nominatim, quia alias nō valet, vt ſupra eodem. l. 1. & 2. Exhæredatio igitur ſic facta & talibus circunſtantijs debitis continuata legitima eſt, & teſtamentum tenet. tamen ſi exhæredatus ſentiat ſe grauatum iniuſte, prodita eſt ſibi querela inofficioſi teſtamenti. Et hoc ſi nihil exhęredato relictum eſt. ſi autem eſt aliquid relictum, aut tantum, quātum debetur pro legitima portione, ceſſabat querela etiam iure veteri. aut minus, & tunc iure veteri habebat querelam, ſed codicis agit ad ſupplementum. ſed iure nouiſſimo diſtinguitur, aut eſt ei aliquid relictum iure inſtitutionis, & tunc agit ad ſupplementum, aut nihil, & tunc alius titulus non excludit a querela, vt hæc probantur de inoffic. teſtamen. Pap. § quarta. C. eod. omnimodo, in authen. vt cum de app. cogno. §. certum, & no. in authen nouiſſima, & ad Trebel. l. ſi quis priore. & eſt ratio nouiſſimi iuris, vt no. de leg. 1. l. filium illa eſt ratio nominis. Sed ratio effectualis eſt propter ius accreſcen. quod habet inſtitutus filius in re certa ſecundum doct. ſed iure veteri inſtitutio in re certa, alio vniuerſaliter inſtituto, non habebatur pro inſtitutione, vt patet in l. Gallus. §. in omnibus. vbi dicit. Ea aliqua parte. & eſt ratio, quia cum alius in aſſem vocetur, filius extra hæreditatem inuenitur, & per hanc querelam rumpebatur teſtamentum penitus, & erat ratio de inoffic. teſtamen. l. Titia. ſed hodie rumpitur quo ad inſtitutionem. ſed quo ad legata, & fideicommiſſa diſtinguitur, aut ſunt relicta ab exhæredato, & non valent, de legat. 3. l. 2. de lega. 1. l. ab exhæredato, aut a ſcriptis hæredibus & valent, vt in authen ex cauſa. aut ſunt in ipſo teſtamento relicta a venientibus ab inteſta. & tunc non valent ſecundum gl. authē. ex cauſa. Hinc eſt quod ſi in teſtamento teſtator dixit, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, inſtitutio non erit in cauſa fideicommiſſi. ſecus, ſi valeret, de iniuſto teſtamento, poſthum. §. ſi Paganus. nam dicit gloſſ. quod talis repetitio non valet per l. Titia, quæ non inuenitur expreſſe correcta per aliquam legem, & licet ratio legis eſſet correcta, tamen dictum manet firmum, quia non eſt de eſſentia, quod ſit rationabilis, de legibus. l. non omnium. dicit ergo gloſſ. quod aliquando teſtamentum non tenet, quia deficit ſolemnitas teſtium, & ſimilis, & tunc repetitio operatur. aliquando teſtamentum impugnatur ratione defectus inſtitutionis, & tunc nil operatur. aliquando ratione ſuæ imperfectionis, quia fuit voluntas imperfecta, & idem ſupra titul. 1. l. ex ea. & pro gloſſ. bene facit. l. ex filio, de leg. 1. alleg. quia paria ſunt relinquere nominatim a prætcrito, vel in genere, ſi nullus eſt alius, quem concernat præſtatio, niſi prætcritus. nam nominatim dicitur fieri. ſupra eodem. l. a. & l. placet, & infra titul. 1. l. tertia. § penul. & per hoc non dico, quod aut ex cauſa rumpit fideicommiſſum vniuerſale, ad Treb. l. ita tamen. §. quotiens, per Iac. ſed dico inſtitutio nō trahitur ad fideicommiſſum nec per authen. ex cauſa, nec per vulgarē clauſulam prædictam, & ita tenent doct. Vltramon. communiter, vt no. Gul. C. de codicil. l. fin. Dyn. tenet contra. ſed non inſiſto vlterius. dic vt no. Dyn. in dicta authen ex cauſa, in 6. quæſt. cuius dictum credo verum quo ad alios venientes ab inteſta. ſed non quo ad ipſum prætcritum, vel exhæredatum, qui effectus ſubſtitutionis in ſe transfundit, vnde nō puto quod inſtitutio obliquetur. imo quod penitus euacuetur ex cauſa prætcritionis, vel exhæredationis. non ob. clauſula prædicta. Et hoc quia etiā hodie exhæredans impie filium, fingitur demens quo ad inſtitutionem, ergo & quo ad id, quod ſuccedit loco inſtitutionis, licet

a quo ad alia non fingatur demens ſecundum Iacob. But. in auth. ex cauſa. † Item tunc reperitur quædam exhæredatio impropria, quæ quo ad effectum non eſt exhæredatio, licet habeat formam exhæredationis, vt eſt quando fit ad filij prouiſionem, vt infra eodem multi, & inſ. de bon. lib. ſi patronus §. ſi quis. inf. de vulg. ſubſti. cum ex filio. & talis exhæredatus non habet querelam, vt ſupra de cur. fur. l. fin. circa medium, nec reperitur in ea. cauſæ exiſtentia, vel expreſſio, & poteſt etiam fieri hodie de poſthumo, quia pater eſt ſolicitus de ſalute filij, de lega. ſecundo, cum pater. §. mando, & conſilium capit pro liberis, vt inf. vnde lib. ſcrip. Item eſt quædam impropriiſſima, quæ nec quo ad effectum, nec quo ad formam eſt exhæredatio, vt eſt quando extraneus exhæredatur, quia non habet eſſe, nec formam eſſe, cū

23 ſit inepta, de verborum oblig. l. quidam cum filium. † Item eſt duplex præteritio. vna propria quo ad formam & effectum. prima diffinitur ſic. præteritio eſt ſilentium circa inſtitutionis beneficium, & exhæredationis actum, & aut prætcritur iam natus aut poſthumus. & quo ad vim teſtamenti in inſtitutione dic, vt ſup. quo ad vim legatorum dic vt in auth. ex cauſa. quod intellige, ſi pater conſulto prætcrit filium. ſi autem per ignorantiam non credens filiū habere, tunc videtur quod legata non debeantur, quia nonnulla vitio prætcritionis tantum, ſed defectu voluntatis, quia non eſt veriſimile, quod ſi ſciuiſſet ſe habere filiū, ſic grauaſſet ipſum de iure cod. is qui. C. de teſtam. mil. ſicut certi. de ma. te. vxorem, de reuocan. don. ſi vnquam. nam auth. ex cauſa, emanauit cauſa tuendæ voluntatis, & id repręſentat filio, qđ ſi teſtator feciſſet filio, non eſſet locus remedio, & ideo de lega. non poteſt filius quæri. non autem intendit auth. ex cauſa, quod voluntaris eſt facere voluntatis. no. argu. contra. J. de hæred. inſt. l. fi. ſed ibi fuit extraneus inſtitutus, non filius. nam filijs noſtris omnia ex voto paramus, ſed non extraneis. Item contra de inoffic. teſtamen. cum mater. ſolu. vt ibi, niſi conſtaret, quod eſſet talia a quolibet relicturus, argum. no. de pactis. l. tale pactum, in fine. Eſt alia præteritio impropria quo ad effectum, ſed propria quo ad formam, & hæc triplex, nam quædam cauſatur ex iure priuilegiato, vt quia miles prætcrierit filium. d. l. ſicut, & l. ſequē. quædam cauſatur de iure communi, quando fit per aſcendentes ex linea fœminina, inſti. de inoff. teſtam. §. mater, de contrabu. l. illud, §. ab teſtamento, hodie cauſa debet allegari in tali prętcritione, vt habeatur pro exhæredatione legitima, vt no. in authen. de hæred. & Fal. §. exhæredatos. nam prætcritio ſine cauſa haberetur pro non legitima exhæredatione, quæ prætcritioni comparatur, vt no. inſ. eodem, ita ſcriptus. §. teſtamentum, quædam alia prętcritio habetur pro exhæredatione ſimiliter de iure communi, & non eſt neceſſaria inſertio cauſę, vt quando alius eſt in medio, de inoff. teſtamento. l. pater filium, & l. ſi is qui, ſecundum Bar. qui dicit hoc vltimum. ſed hoc videtur cōtra totam l. Gallus, quia licet alius ſit in medio, non habetur ſilentiū pro exhæredatione, ſed dic quod re ipſa, exhæredatio eſt, ſi alius tempore mortis antecedit, vt l. ſi quis exhęred. inf. titu. 1. & ideo non ob. ſi Gallus habuiſſet nepotem naſciturum poſt mortem aui pro exhęredato, non fuiſſet neceſſarium cōſilium Galli pro vi teſtamenti. ſi Velleius habuiſſet nepotem naſciturum in vita aui, quod pertinet ad primum caput l. Velleiæ, ſi ſuus naſcebatur, vel natus tempore teſtamenti, quod ad ſecundum caput attinet, pro exhęredato, fruſtra dixiſſet in §. & bene, inſtituendum, vel exhæredandum. ſimiliter Iulia. in caſu indiſtincti, quando nepos naſcitur viuo patre, & auo, & tandem moritur pater, deinde auus, fruſtra turbaſſet, ne prætcritione teſtamentum rumperetur, ſed ex eo quod pater eſſet in medio, nepotis prætcritio exhęredatio cenſeretur. & ideo largiſſime dicitur exhæredatio, id eſt extra poſitio, vt infra, de hæred. inſtituend. l. qui volebat. ex euentu quoque pendet, an ſit prætcritio, vel exhęredatio vt d. l. ſi quis ex no. & ſi teſtator interrogaretur, prætcriſti, vel exhęredaſti, haberet reſpondere prætcriui, vel exhęredaui. not. Secundo

Secundo

ADDITIO.

a Cauſam. Et an, & quando habeat effectum, & quando non, Vid. Din. in conſi. 31 vbi etiam ex quibus verbis nominatim facta videatur, cum nominatim fieri debeat.

cundo quæritur, vtrum ſuus hęreditatem non agnitam ratione huiuſmodi continuationis dominij, vel qualibet. l. authẽ. tranſmittat ad illos hæredes, ad quos non ſuus non tranſmitteret? & videtur quod non arguendo primo ex ratione: nam immixtio in ſola voluntate pendebat, vt leg. & no. de hæred. in ſti. l. Cornelius, & ibi videas, & no. C. de cur. fur. l. fin. § pen. & ibi etiam videatis in glo. † per hoc. & ea, quæ in voluntate conſiſtunt, non
24 recipiunt tranſmiſſionem, ff. loc. l. 3. de verborum oblig. l. ſi quis arbitratu. l. ſi quis teſtamento li. iuſ. l. 1. § Scæuola. ſecũdo probatur, quia per prætorem parificati ſunt ſui, & non ſui, de lega. primo. nam nec eman tertio probatur, quia tex. in l. cum antiquioribus. dicit expreſſe quod ſui tranſmittunt ius deliberandi, ſicut extranei: ergo non ipſam hæreditatem, ſed deliberationẽ tranſmittunt. quarto probatur per l. j. de his qui ante aper. tab. vbi ſui. & non ſui tranſmittunt iure ſpeciali illius l. in poſteros hæredes aſcendentium, ſi eſt ibi ſpeciale. ergo in contrarium eſt ius commune, & iſtam opin. tenet gl. C. de cur. fur. l. fin. § primo. & in l. ſi infanti, & l. 3. C. de iure deliber. & in l. 1. de his qui ante aper. tabu. & l. apud hoſtes, & C. ad Orfi. l. 2. & de excep. doli liberis. § fi. In contrarium probatur. primo per rationes. ſecundo per tex. tertio per alias gloſſ. per rationem probatur, quia ſuus, ergo tranſmittit. probo, quia ſi ſuus, ergo eſt ſibi ipſo iure ius quæſitum, ergo tranſmittit, ſicut legat. naturali ratione compatatione & ſimilitudine vtitur. l. vlt infra de condi. inſti. & quod ipſo iure filius quæſitum, patet per l. noſtram & per § ſui, & per §. poſthumi, & per l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, ſi quis ob. cãm te. ff de hęred. inſti. ſuus, de cond. & demonſ. l. conditionibus pupillis, cum ſimul & quia inter mortem, & aditionem nullum eſt medium, vt no. infra de hæredib. inſti. ſi alienum. §. fin & qui eſt hæres ipſo iure, non indiget facto, vt ſe gerat pro hærede, de hæred. inſti. liber homo. §. Titius, el ſecondo. probatur per tex. in d. l. ſi §. 1. de cur. fur. de condi. inſti. l. fi. & l. apud hoſtes, & de hæred. act. ſi quis filium, §. 1. vbi aperte dicit, quod tranſmittit ius immiſcẽdi & abſtinendi, & in d. l. 3. C. de iure deliber. nam glo. illa eſt falſa, quia tex. non ponit ibi differentiam inter actus adeuntis. & non adeuntis, ſed inter perſonas, id eſt, inter ſuos, & emancipatos. ſimilis reprehenſio de pe. hæred. in æſtimationibus. & l. hæres furioſi §. fin. ad idem de min. re. ex mi. §. fin. cum ll. ſeq. de ſtipul. ſer. lib. homo. §. fina. ſed illa hoc non probat. ſed eſt ibi ideo. quia poſtea ſequuta aditio traditur retro, vt eodem titulo, ſi ex te. § fin. ſecundum Andr. de Piſis, de reb. dub. qui duos. §. cum in bello de iure fiſci. l. Lucius. & hanc opinio tenet glo. in d. l. ſi quis. §. primo. in d. l. ex militari. §. fi. & inf. de hæredi. inſti. l. 3. §. fi. in fi gl. & l. ſuus. §. fin. no. Nunc arguamus ex auctoritatibus. Moder. nam Iaco. de Bel. & Iaco. Bu. tenent primam partem, & videtur expreſſum. ff. eodem ſi filius hæres, ſecundo reſponſo. & reſpondetur ad l. contra. quia loquuntur in caſibus ſpecialibus, in quibus præter ſuitatem eſt alia ratio pro tranſmiſſione, vt no. ff. de acquiren. hæred. ventre, & l. Pantonius. ff. ad Syll. l. ſi quis in grauí. §. fi. cum l. ſeq. de contratab. l. illud. § fi. & de bon. libe. & ſi ex modica. §. 1. & eſt ſimile ad Trebellian. in l. apud Iulian. § Antiſtia. ſed d. Dyn. tenet, vt no. per Dyn. in l. Gallus. ad finem diſtinctionis, & in diſt. quam ponit Dyn. in l. 1. de acq. hæred. idem tenet Cyn. in d. l. 3. & l. ſi infanti, & l. apud hoſtes. d. Nic. de Mat. diſputauit, & ita locutus eſt. † Quęritur, vtrum filius hęreditatem
25 patris non agnitam tranſmittat ad matrem? de hoc ſæpe quæritur, & diuerſis modis quotidie iudicatur, & gl. aſſirmat, quod quilibet de liberis hæreditatem non agnitam tranſmittat ad matrẽ, & ad quoſlibet de parentibus qui ad eius hæreditatem vocantur, & non ad alios hæredes, & ita firmat. C. ad Orfi. l. 1. & in l. apud hoſtes, & in l. ſi infanti, & in l. final. §. ſi autem perpetuum, de iure deliber. nec diſtinguitur inter ſuos & extraneos. ego ſæpe dictam ſententiam, ſicut ſcriptam inueni docui, & ſeruaui, ſed poſtea cogitans. l. ad hoc alleg. & ſcripta multorum, quę cõtrarium tenuerunt, prædictam glo. ſententiam ſuſtinere non valens, conſilium & opin. mutaui, & alio modo illud membrum diſtinguo, & dico, quod ſi hæres qui vocatur ad hęreditatẽ, eſt de ſuis. ſiue ſit de liberis, ſiue non, hæreditatem non agnitã non tranſmittit ad hæredes ſiue ſuperiores, ſiue inferiores, & idem in bon. poſſ. non accepta. vt C. de iure deliber. l. 3. & l. quoniam. C. ad Orfi. l. 2. de bon. poſſ. l. 1. §. & acquirere. hoc autem fallit in patre, ad quem tranſmittitur hæreditas nõ agnita per filium infantem, ſiue fuerit in poteſtate, ſiue non, vt l. ſi infanti. §. 1. & §. ea vero. Item fallit in liberis, qui hæreditatẽ ſibi delatam a ſuis parentibus tranſmittunt ad ſuos liberos etiam non agnitam, vt
b C. de his qui ante aper. tab. l. 1.[b] & de cadu. toll. §. in nouiſſimo. Item fallit in eo, qui deliberat, & infr. tempus deliberandi decedat, & in alijs ſpecialibus caſibus. no. de acqui. hæred. ventre. nec in hoc caſu puto matrem aliquod priuilegium habere, quia nõ inuenio l. hoc dicentem, & omnes prædictæ l. videntur contrarium velle. Si autem ille, cui erat delata hæreditas erat de ſuis hæredibus modo trado aliam regulam, & dico quod talem hæreditatem, licet in ea ſe non immiſcuerit, tranſmittit ad omnes, & hæc regula nunquam fallit, ſiue mater ſit hæres, ſiue alius, de iure fiſ. l. Lucius, de acquirenda hæred. l. ſi quis filium. §. 1. de cape. l. hæred. §. 1. C. de iure delib. l. 3. C. de ſuis, & leg. apud hoſtes, & eſt ratio diuerſitatis, quia extraneus non eſt hæres, niſi ex voluntate, & animo hæreditatem adeundi agnoſcat, vt inſti. de hære. qual. & diff. §. final. vnde ſi ante aditionem moriatur, reperitur nunquam fuiſſe hæres, nec poteſt eſſe hæres, quia voluntatem habere non poteſt, quia mors omnia ſoluit, vt in authen. de nup. §. deinceps. vnde hæreditatem ad hæredem non tranſmittit, quia eam nunquam habuiſſe reperitur. ſed ſuus eſt ipſo iure hæres ignorans, & in hoc non expectatur eius voluntas, inſti. de hæred. quali. & differen. §. ſui, inſti. de hæred. ab inteſt. §. poſthumi. ſi quis ob cauſam te. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, vnde ipſorum voluntas non requiritur, vt ſint hæredes. vnde ſi moriantur, etiã antequam aliquid ſciant, vel ſe immiſceant: tamen, quia ſunt hęredes, hæreditatem tranſmittunt ad quoſlibet. ſed contra hoc oppo. poteſt de ſententia Azo. & gloſ. qui ſcripſit, quod ſuus ex beneficio prætoris abſtinere poteſt, & hoc ipſo quod non immiſcet, intelligitur abſtinere. C. ſi vt ſe ab hæreditate abſti. l. 1. de acquirenda hæredi. l. ei qui, & per talem abſtentionem ſequitur, quod non ſit hæres effectu, licet nomen retineat, & ſic eſt hæres nomine, non effectu. Sed ego dico quod ſuus poteſt dupliciter abſtinere. vno modo tacendo, & non immiſcendo, nec repudiando, & hoc modo dixit verum gloſſ. & iſte ſemper eſt hæres cum effectu, quod apparet. quia l. dicit continuari dominium, quod conſiſtit in effectu hæredis, vt in §. ſui, & l. in ſuis, & ſi poſtea ſe immiſcet hæreditati, non propterea efficitur plus hæres, quam hæres erat, ſed perdit beneficium prætoris, vt amodo non poſſit per renunciationem aliquam eximere ſe ab oneribus hæreditarijs, niſi per beneficium reſtitutionis, de acquiren. hæredi. neceſſarijs, & l. impuberibus. in fi. ſed ſi ante immixtionem velit ſe eximere ab oneribus hæreditatis, poteſt relinquere hæreditatem, & in hoc non habetur neceſſe adire prætorem. & ita intell. glo. in l. 1. & l. ei qui. alleg. ſecundo modo dicitur abſtentio, quæ abſtentio idem eſt quod repudiatio, & requirit animum, & voluntatem. quod apparet ex l. quæ dicit, ſi nolint, inſti. de hæred. quali. & diſ. §. ſed his, & d. l. neceſſarijs, & hæc abſtentio non cadit in ignorantibus, nec in deliberante interim, dum deliberat, ſed ſolum in eo, qui vult ex animo relinquere hæreditatem. & eius effectus eſt, vt abſtentus nihilominus ſit hæres, de bon. lib. & ſi ex modica. §. ſi filius. de fideicomm. lib. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. ſed effectum non habet & perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet hæres quo ad omnem effectum, præterquam quo ad libertates, vt d. l. cum quaſi, & de mate. l. ſciendum. Et ideo vocantur ſubſtituti, & venientes ab inteſ. poſt talem abſtentionem, nec amplius ad ipſam hæreditatem admitti poſſunt, niſi ſecundum formam. l. C. de repu. hęre. l. fin. Ex his apparet, quod infans qui eſt inter ſuos hęredes licet nullo habito tutore deceſſerit, cum nihilominus hæres ſit ignorans, cum non poſſit dici ipſum abſtinuiſſe illa abſtentione, quæ eſt vt ex animo tranſmittat ad hæredes quoſcunque cum beneficio repudiationis, vt l. ſi quis filium. §. 1. ſicut & legatum tranſmittitur, de bon. lib. liberto octuaginta, quia acquiritur ignoranti, de fur. l. a Titio, ſi cer. pet. l. proinde, ſecundum Nic. prædictum in quæſtione, quæ incipit quidam filios, cuius ſunt verba prædicta. Et licet multum
26 aperiat de veritate. † Tamen prænotandum eſt, quod quatuor genera ſunt hęredum, quidam ſunt ſui & neceſſarij, quidam ſui, non neceſſarij quidam neceſſarij tantum, quidam nec ſui, nec neceſſarij, ſed penitus extranei, & voluntarij. dices tu text. facit tria genera, & tu quatuor. reſpondeo hoc facio de mẽte legum, nam probo. quod ſit reperire ſuum non neceſſarium, pater ſi filius habeat cohæredem extraneum, vel vulgarem ſubſtitutum expreſſe datum, vel pater dederit ei licentiam abſtinendi, dicẽs: inſtituo te hæredem, & do tibi licentiam abſtinendi. ergo nõ eſt neceſſarius de iure ciuili, ſed voluntarius, ſuus tamen eſt, quia pure hæres & in ptãte, & primus inſtitutus ſub condõne, ſi voluerit, non eſt interim ſuus, vt l. iam dubitari, de hær. inſt. & ideo non pono de hoc exemplum. ſuus ergo & neceſſarius ſunt duo adiectiua, id eſt duæ qualitates, & ſicut reperiunt̃ coniunctim, ita reperiuntur diſiunctim, nec aliqua. l. hoc negat. imo eſt reperire quintum membrum per l. ſilio præterito. ff. tit. 1. vbi nõ eſt volũtarius, nec neceſſarius, ſed vniuerſaliter ſolũ per prætorẽ. & ideo tunc non trãſmittit, & tñ eſt filius, & in ptãte, & nemo eum præ
27 cedit. de hoc dic vt ſup. dixi. † Sed an ſicut reperitur neceſſarius hæres, ita reperiatur neceſſarius fideicommiſſarius vniuerſalis, dic vt no. infra de hæredi. inſti. l. ſi non lex. §. fina. dicitur ibi, quod

ADDITIONES.

a Per filium. adde Iac. de Aret. in conſ. incip. in q. tali. & vide gl. & Bart. in d. l. ſi infanti, in 4. col.

b L. 1. An & quando beneficium tranſmiſſioni, de quo in d. l. concedatur, vide d. Bart. Soc. in conſ. 196. incipiẽ. in præſenti, verſ. 2. principaliter, ibi confirmatur. & an ſit fauorabilis & extendibilis, vide ibidem per eum in verſ. præterea non eſt, circa finem.

quod non, & probat inf. eodem ſi filius hæres, de inoffic. teſtam. l. Papinianus. §. quarta. C. de iure delib. quidam cũ, ad Trebell. l. apud. §. 1. modo duæ ſunt quæſtiones. prima, de ſuo & neceſſario. ſecunda de ſuo, & voluntario, an tranſmittat non agnitam hæreditatem ad quoslibet. Et de primo conſiderandum quod tranſmiſſiones ſunt de iure ciuili, & ex iuris ciuilis auctoritate potius quam ex mera ratione dependent, nec etiam fiunt per prætorem, de bon. poſſeſſ. l. 3. §. acquirere. ſi ergo in tranſmiſſionibus ius ciuile verſatur, ergo ius ciuile conſiderandum eſt. ſed de iure ciuili filius ſuus, & neceſſarius non poteſt abſtinere, & tranſmittit ſicut cætera bona ſua. ergo vera eſt in ſuo. & neceſſario ſententia prædicta, quæ fouet tranſmiſſionem. Præterea aſſummo theoricam Iacob. de Aret. infra de vulga. ſubſtitu. l. ſed & ſi plures. §. ex aſſe. quæ dicit beneficium abſtinendi quod eſt datum ſuis, & neceſſarijs per prætorem, ideo appellatur beneficiũ, quia operatur ſolum, in quibus expedit eis non haberi pro hæredibus, vt in oneribus ſubeundis: ſecus in his, quæ non poſſunt afferre præiudicium, ſed fauorem, vt in confirmatione pupillaris ſubſtitutionis, vt l. ſi filius, qui patri, de vulga. ſubſtitu. & hæc ratio eſt ibi in tex. & idem tenet Dyn. de acquirenda hæred. l. 1. in magna diſtinctione. Et ea ratione cum tranſmiſſio ſit fauorabilis non damnoſa, beneficium prætoris non impedit tranſmiſſionem fieri, ſed accedit tranſmiſſioni, vt l. ſi quis filium. §. primo. quia tranſmiſſio fit cum ſua cauſa, de actio. empti. l. in ven. fauores enim aſcriptos ab omni genere detrimenti prætor non tollit filijs, argumen. de lega. l. quod fauore. ſed contra hoc. nam quædam ſunt, quæ expedit non tranſmitti, puta damna. ergo cum quælibet hæreditas poſſit eſſe damnoſa, non fit tranſmiſſio. ſed reſpondeo ratio procedit de damno in actu, ſed non de damno in potentia, quæ pendet ex voluntate. nam tale damnum dicitur lucrum, quia voluntatem ſuam quis compleuit, vt not. in l. penultima. de condi. ob cauſam, & de procura. pluribus, ſed quomodo reſpondetur ad l. cum antiquioribus, quidam dicunt quod ibi loquitur in filio, qui impetrauerat tempus ad deliberandum, quod falſum eſt, quia ibi loquitur de tempore legali, quod non requirit aditionem prætoris, non de tempore impetrato, ſeu iudiciali. & ideo dic quod illa lex non eſt contra hanc opinionem, quia aut tu inducis dictum Pauli, & Paulus dicit tranſmitti hæreditatem, non deliberationem. aut tu arguis ex regula Iuſtiniani, & tunc Iuſtinianus approbat in ſuis dictum Pauli. in extraneis vero dicit quod quia de nouo prouidet ei, quibus non erat prouiſum. ſed ſui non egebant illa prouiſione. & ideo illa lex non accommodat ſuam prouiſionem ſuis, ſed extraneis, & quod ibi dicit Protelandam, voluit denotare ſimilitudinem in aliquo, non p omnia id eſt in tranſmiſſione, non in iure tranſmiſſo. id eſt quia tranſmittitur, ſed non idem, nec eodẽ modo. nam filius ſuus tranſmittit hæreditatem, & ius perpetuum, non ſuus deliberationem, & ius temporale ſua natura. primum patet ibi dum dicit in princip. hæreditatem hanc tranſmittere. ſecundum patet poſt principium ibi dum dicit, eam deliberationem. & ſic euidenter oſtendit diuerſitatem & identitatem modo prædicto. Item non ob. l. prima. C. ſi vt ſe ab hæreditate abſti. vbi ius ciuile, id eſt illa lex videtur facere de neceſſario voluntarium, quia hoc nego. nam illa lex non ſtatuit de nouo ius. ſed imitatur ius ſtatutum, id eſt ius prætorium, ſicut & reſponſa prudentium imitantur, & tamen non propterea ius prætorium fit ciuile, licet eius obſeruantia iure ciuili foueatur. alias falſa eſſet differentia, quæ fit infra, de hæred. inſt. l. Cornel & not. in l. iam dub. eodem ti. Item non obſt. l. prima. de his qui ante aper. tab. quia illa in ſuis non inducit ius nouum, vel fauorem, ſed in non ſuis. Item non obſt. ad Tertull. l. ſecunda. §. ſi quis ex liberis, imo eſt ibi caſus ſecundum ſecundam lec. a contrario ſenſu, quod fiat tranſmiſſio. dicit enim quod poteſt natus, ſi ſuus non ſit, nõ obſt. matri defuncti. ergo a contrario, ſi ſuus eſſet obſtaret, quia tranſmitteret ad ſuos hæredes, & mater eſſet excluſa ſicut per aditionem, quia non intelligitur eſſe de medio ſublatus filius, cum tranſmiſerit. Item non obſt. l. ſi infanti, quia non loquitur in ſuo tantum, licet gloſſ. loquatur, ſed vna l. vrget valde ad contrariam ſententiam. l. ſi filius hæres. ſecundo reſponſo, vbi filius pure inſtitutus, vt differat a tertio caſu ſecundum gloſ. Dyn. qui ita ponit caſum, tamen non tranſmittit, imò patrem inteſtatum efficit. nam ſi tranſmitteret, pater non eſſet inteſtatus, vt no. in l. tertia, de peti. hæredi. ff. & infra de hæredi. inſtitu. liber homo. §. penul. & final. ſi tenes Dyn. quomodo reſpondebis? negare oportet caſum. illud conſtat quod qui repudiauit, non tranſmittit, vt l. cum antiquioribus poſt principium. idem forte, ſi diu moratus eſt & paſſus per alium poſſideri, quaſi abſtinere videatur, ad Carbo. ſi impubes. §. final. ſed non credo in iure ciuili, cum ſit perpetuum, vt l. licet, niſi alius actus eſſet immixtus ſilentio, de proba. Procula. ſed in iure prætorio, quod eſt temporale, fateor, quia lapſus temporis vim repudiationis habet ſuper eo iure tñ, quod pendeat ex termino, vt no. de neg. geſt. l. ſi ergo, & argum. de lega. 1. ſi creditori. §. 1. de ſer. vrb. præ. ſi domus. conſtat contra iura condõnalium relictorum non tranſmitti. §. pro ſecundo, & de ſuis & legiti. ſi ex pluribus de hæredibus inſtituend. l. liber homo. §. ſi ita. de acquiren. hæred. qui patri, & no. C. de his qui ante aper. tabu. licet contra no. in filijs de actio. & obliga. is cui. De ſecunda dubitatione, quando eſt ſuus voluntarius, tamen eſt dubium, vtrum ſuus habẽs cohæredem extraneum, vel vulgarem ſubſtitutum, tranſmittat, & loquor in inſtituto ſub conditione poteſtatiua. certum eſt quod non tranſmittit, ſi habet cohæredem. vel ſubſtitutum, & non impleta conditione decedit. nam ex teſtamento non tranſmittit, nec ab inteſtato, quia quamdiu &c. communia, de ſucc. l. antequam. & ita debet intelligi de hæred. inſt. ſuus. §. ſi. in glo. & tranſmittit &c. & videtur in habente cohæredem. C. de iure delib. l. 3. in habente ſubſtitutum vulgarem videtur idem, argumen. l. quæ dicit quod fideicommiſſarius tranſmittit fideicommiſſum, licet habeat vulgarem ſubſtitutum. ff. ad Treb. l. quidam. ita & hoc fortifico, quia ſi impedit tranſmiſſionem, ergo vulgaris ſubſtitutio eſſet onus, & ſic non poſſet fieri in legitima filij contra l. ſi poſthumus a primo, §. quod vulgo. ẽ eodem præterea contra iunctus videtur tacite ſubſtitui no. de leg. 2. ſi T mo. § Iulianus, ſed coniunctus nõ impedit trãſmiſſionem, ergo nec ſubſtitutus. in contrarium videtur caſus infra eodem ſi filius hære, id eſt reſponſo, & facit quod no. infra de vulgar. ſubſtitu ſed & ſi plures §. final in gloſſ. ſi non vult & pater, quia ſumus ante omnem immixtionem, & ante omnem acquiſitionem, ergo ceſſat ratio tranſmiſſionis, quod veriſſimum credo in habente vulgariter ſubſtitutum expreſſe, quia non eſt immixtus, nec a iure, nec ab homine, & inter mortem teſtatoris, & immixtionem eſt hic medium, ſicut in extraneo. nõ obſtan. leg. quidam ita, quia aliud in fideicommiſſario, aliud in hærede. Nam fideicommiſſario quæritur ius ex quaſi contractu in aditione hæreditatis, & ideo tranſmittit, inſtitu. de verborum obligationib §. ex conditional. ſed hæredi ante aditionem non eſt quæſitum ius niſi cuiuſdam facultatis, vt l. pretia rerum, circa medium ad legem Falcid & ideo non tranſmittit. præterea in l. quidam ita, vulgaris erat concepta in caſum impedimenti, & licet trahatur ad caſum repudiationis, tamen eſt tacita, & ideo non impedit tranſmiſſionem facit de lega. ſecundo, miles. §. pro parte, cum ſimilibus. quod vulgaris expreſſa in vnum caſum tacite trahatur ad alium, patet infra eodem Gallus. §. & quid ſi tantum, licet innuatur contra. infra de hæredib. inſtitu. l. non militabat, in fin. Item non ob. argumen. de grauamine, quia nego quod hoc ſit grauamen, & licet eſſet, tamen apponitur permiſſu. l. ſic ſolu. matrimo. l. cum dotem § ſi pater, & ibi per Iacob. qui dicit quod non omne onus reijcitur. nam onus, quod eſt de natura rei, non reijcitur, ſicut nec ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione non poteſtatiua. nam interim eſt præteritus, & hoc onus non reijcitur, quia non reijcitur onus præteritionis. nam concernit ſolemnia teſtamenti. & ideo non eſt vera gloſſ. in l. ſi pater, de inſtitu. & ſubſt. in conditione non poteſtatiua, quod onus inſertum repellatur, iſtud eſt verum, quando eſt inſertum in teſtamento non ſolemni vitio præteritionis, vnde tale eſſet tenere. gloſſ. l. ſuus, & l. ſi pater, quale dicere quod præteritio eſſet inſtitutio, quod eſt ridiculum, non ob. l. omnimodo, quia ſecundum illam l. non requirebatur inſtitutio. vnde in hoc corrigit hodie, vt ibi no. ſed in conditione poteſtatiua, quæ non inducit vitium præteritionis, poſſunt gloſſ. ſaluari. ſed quod in legitima repellatur vulgaris ſubſtitutio, multum facit infra de bon. libe. l. ſi libertus. §. quid ergo, ſed cum non repellatur tacita, non puto expreſſam repelli, & tacita vulgaris non impedit exiſtẽtiam ſui hæredis, quia imitatur naturam expreſſæ, cui aderat, vt l. ſi filius qui patri, de vulgar. ſubſti. vnde non ſuccedítur ex ea in caſu exiſtentiæ, ſed ex pupillari. ſed in caſu non exiſtentiæ ſui hæredis ſic, vt ſi ſit cohæres extraneus, vel hæreditas delata non ſit propter iuris, vel facti impedimẽtum, vel expreſſe repudiet pupillus ex inſtitutione. nam tunc ſtatim ex vulgari tacita poteſt ſuccedi, quia non oportet expectari mortẽ impuberis pro vulgari. ſed mortuo poſtea impubere ſuccedítur impuberi ex pupillari, ſicque ei duabus ſubſtitutionibus ſuccedítur in diuerſis hęreditatibus: ſi autem non repudiet, ſed tacet, cum poſſet immiſcere, & ita tacens decedit, tunc non habet locum tacita vulgaris, ſed expreſſa pupillaris, de ventre inſpic. l. pen. de vulg. ſubſ. l. Cornel. ad Trebell. apud Iul. §. primo, & hoc ſi ſubſtituatur inſtituto. ſed ſi exhæredato, non continet vulgarem tacitam ſubſtitutio pupillaris, licet fideicommiſſa, vel legata ſint relicta filio, in quibus poſſet eſſe vulgaris ſubſtitutio, ſi fieret expreſſe. de leg. 2. vt de hæredibus & eſt ratio, quia inſtitutio vniuerſalis nõ trahitur ad ſubſtitutionem in re certa, licet econtra trahatur. de vulgar. ſubſt. cohæredi. §. fin. & l. verbis ciuilibus & ideo l. ſi filius, allega. poſſet dici non probare, quod dixi de tacita vulgari, quia ibi ſubſtitutio fuit facta exhæredato ſecundum verum intellectum. & ideo poſſet dici ꝙ tacita idem operaretur. quod expreſſa impediendo exiſtentiam ſui hęredis, arg. l. eſt quid. ſi cer. pet. & ideo pro ꝯfirmatione pupillaris ſubſtitutionis tunc adeat ſubſtitutus primo ex vulgari tacita, per quod confirmatur pupillaris, & ea confirmata adeat poſtea ex pupillari, quod etiam vno

actu fieri poteſt, ſi impubes eſt mortuus, arg. de acq.hær.l.illud.
Non recedo a primo dictis per l.Iul.de acquirẽ.hæred.& etiam
l.ſi filius,hoc probat,quia poteſt intelligi in impubere inſtituto
vt ibi no.& facit,de priuileg.cred.l pater dixi de ſubſtituto,nunc
de cohærede. Et dicit doc.meus quod ſit tranſmiſſio,quia quæ-
dam ſunt,quæ dependent ex teſtamento,& quo ad iſta datio co
hæredis facit ceſſare exiſtentiam ſui hæredis, vt l. apud Iul.§.1.
quædam non dependent ex teſtamento, ſed extrinſecus, vt ius
tranſmittendi, & in iſtis datio cohæredis extranei non impedit
effectum exiſtentiæ,& ſimil.no. per Dynum de vulg.ſubſt. ſed
& ſi plures.§.ex aſſe, & eſt ſimile de cond.& demon.condi.quæ
extrinſecus. ratio diuerſitatis, quia in primis imputet ſibi teſta-
tor,qui fauori ſuo derogauit, ſed in ſecundis non agitur de iudi-
cio,vel præiudicio teſtatoris,ipſe optime dicit,ſi iſta ſunt ſepara
bilia. ſed videtur quod inferant ſe poſitiue & priuatiue.nam ſi
inſtitutus habetur pro cohærede ipſo iure ex teſtamento, tunc
tranſmittit; ſi non, tunc non teſtamentum eſt cauſa ſucceſſio-
nis:ſucceſſio eſt cauſa tranſmiſſionis.ſi negas medium,negas vl
timũ.ſi tranſmittit,ergo pro teſtamentario hærede.ſi habetur p
teſtamentario hærede, ergo habetur teſtamentum pro confir-
mato.præterea non continuatur dominium ipſo iure hoc caſu,
quia non eſt neceſſarius hæres. ergo non tranſmittit. non obſt.
de acquir.hæred.cum hæreditate, vbi vocat eum neceſſarium,li
cet habeat cohæredem , quia ibi loquitur poſt immixtionem.
non videt ergo quod in prædicto caſu fiat tranſmiſſio,quia ceſ-
ſat continuatio dominij, quæ eſt cauſa tranſmiſſionis.non ob.l.
ſi fratris.nam ibi non loquitur de tranſmiſſione vi ſuitatis,ſed vi
immixtionis.ſ.ex animo.nam ſuus,qui adiuit,tranſmittit:eman
cipatus non, quia non adiuit, eodem tit.l.1.& quod illa l.inten-
dat loqui de aditione animi , patet propter id,quod ratio dubi-
tandi ibi eſt clauſura tabularum , quæ ratio nulla eſt in immix-
tione l.quia ſemper certa eſt.l.illud , ſi pars hæreditatis petatur.
de cond.ob cauſa.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum,& ff.de hær. inſti.l.
3.§.fi.& l qui ſol.non erat duas,& ſi cer. pet.l.eius,qui vel aliter,
quia in l.ſi fratris,cohæres datus erat ſublatus de medio:alias.n.
in ſecundo caſu illius l. veniret per ius accreſcendi , & exclude-
ret cauſam inteſtati & fratrem teſtatoris vnde paria ſunt, ſiue
non ſit datus cohæres,ſiue poſtea de medio ſit ſublatus.& ideo
in hunc caſum non videtur filiũ licentiaſſe. ſed in caſu , quo co-
hæres adiret,ſic quod dixi aditionem fieri ſolo animo,non intel
ligo, quod ſi voluntas eſt in corde, quod inducat aditionem.nã
in actionibus hominum cum adeundo quaſi contrahatur,opor
tet quod animus cadat in aliquam formam exterioris actus,de
offic.procu.Cæ.l.1.per Cy.ſecundum Iac.facit de neg.geſt.Pom
po.ſcribit.imo iſte actus mentalis et in via conſcientiæ,ſeu fori
38 pœnitentialis nil operatur, †quia forum pœnitentiale imitatur
legem communem in his, quæ pertinent ad temporalia. & de
ſui natura ſunt trahibilia per l.ad eſſe,& non eſſe,nec ſunt con
tra ius diuinum ſecundum beatum Tho.oportet.n.recte poſitas
leges cuſtodire,vt l.1.& 3.ff.de leg.iniuſta autem patientib diui-
num eſt auxiliari & rectorum. & probatur in l.1.de excep.doli.
Et conclude ſic,quædam ſunt,quæ pendent ex voluntate hære-
dis,vt immixtio facti,& tunc ſuitas talis non inducit,de acquir.
hær.cum bonis. quædam ſunt quæ pendent ex quaſi contractu
celebrando in aditione,vel immixtione, vt obligationes, & idẽ
fallit in libertate,vt l.cum quaſi.§. ſed & ſi quis.Item fallit in fi
deicommiſſo vniuerſali, quia non habet ibi beneficium præto-
ris, imo cogitur adire , quia ſibi non nocet , & alteri prodeſt,ad
Treb.ita tñ § ſi pater. quædam pendent ex neceſſitate, & tunc
aut eſt ſuus & neceſſarius,& exiſtentia operatur,vt hac l.in ſuis.
aut eſt voluntarius,& non operatur.l.ſi apud Iul.§.1.Tertia du-
bitatio eſt,vtrum. gloſſ.l.apud hoſtes,ſit vera,vt non ſuus tranſ-
mittat hæreditatem aſcendentium ad aſcendentes, & dico ꝙ ſi
eſt aſcendens quo ad vtrumque,tranſmittit, vt nepos hæredita-
tem matris ad auiam,& hoc per rationem l. nam & ſi parenti-
bus,facit.quod no.in auth.de trien.& ſem.§.1.ſi autem eſt aſcen
dens tranſmittentis,& non primi teſtatoris,non fit tranſmiſſio,
& l.ſi infanti. nam tranſmiſſio facilius fit ad perſonam,cui plus
eſt fauendum,quam cui minus ad Treb.quidam ita,ſecundo re
ſponſo nam a ſimili perſona . quæ eſt in medio, aliquando im-
pedit tranſmiſſionem.vt ibi.nam perſona.quæ eſt in medio,po
teſt eſſe talis,quod non habet locum tacita vulgaris.facit ad no.
C.de inſti.& ſubſt.l.fi. ſicut nec fideicommiſſaria, vt l.cum acu-
tiſſimi,nec pupillaris,vt l.precibus.C. tacita nam in expreſſa non
eſt locus coniecturis, quia in incertis,non certis,&c.ſed contra
de l.a.§.ſi quis ex liberis,ad Trebel.ſol.ibi non quæritur de hoc,
ſed an mater defuncti poſſit venire ex propria perſona necne.
& facit,quia in tranſmittendo inſpicitur †æquitas naturalis, de
39 bon.dam.cum ratio. Tertio quæritur, vtrum exiſtentia ſui hære
dis confirmet tutelam teſtamentariam , adeo ꝙ non ſit neceſſe
dari tutorem ſpecialem & Attilianum?& videtur tex.quod con
firmet,inſti.de hæred. ab inteſta. §. poſthumi.nam tutela eſt de
iure ciuili, vt l.prima, ff.de tutelis.ergo ius ciuile tantum conſi-
deramus.in contra.videtur expreſſum inſti.de Attilia.tu. §.1.vbi

dicit dari Attilianum tutorem,& hoc tenet glo.in l.ſi nemo,de
te.tu.& idem tenet primam partem.ratio eſt quia prætoris pro-
poſitum eſt fauere filijs , non autem adimere fauorem iuris, vt
dicit tex.in l.ſi filius qui patri,frequentius alle.& tunc dic quod
tex.de Att.tu.debet intelligi ceſſante exiſtentia, puta quia eſt ex
hæredatus,vel habet cohæredem voluntarium,vel habet ſubſti
tutum vulgarem l.1.§ ſi proponatur,ſi quis ob.cauſa te.Sed ad-
uertendo dicta Nico de Matta.l.opin.videtur verior.nam ſi teſta
mẽtarius eſſet ipſo iure tutor, non poſſet pupillum abſtinere,qa
abſtinendo deſineret eſſe tutor, cum ipſe dicat quod ſuitas ope-
ratur in caſu,quo tacet,non in caſu,quo expreſſe repudiat.quidã
ſeruant vnam opin.quidam aliam. & §. poſthumi, non probat
id,ad quod alle quia id quod ibi dicitur eſt verum nomine,non
re,ſi repudiatio ſubſequatur,vt dicit Nic.prædictus,& facit.ſup.
tit.1.l.Cornelia. facit etiam pro tutore , quia fauor tutorum non
debet detrahi ad onus tutoris,de confirma.tuto.l.qui a patre,de
ad.tu l.impuberi filio Centurio,de vulga ſubſ l.ex facto,in prin.
& quia non poteſt reſponderi ſine diuinatione ad tex. inſti. de
Att.tu. & ideo tutius eſt quod ipſe idem teſtamentarius detur
in tutorem Attilianum,& tunc valebit quo iure melius poterit,
de te.tu.l.iure noſtro.§.fi.& arg.l.Gallus.§.ſi eius, & inf.de mili.
teſt.l.3.de acquiſ.en.hæred.quod ſi dubitet,cum ſimul. Et quia eſt
dubium inter peritos. ratione huius dubij teneret quod fieret p
Attilianum,etiam ſi contraria opinio eſſet vera,arg.no.C de pe
ti.hær.l.ſi putas pro opin.Dyn.valde facit. C.de cura.furio.l.fi.§.
ſin autem perpetuus,cum gl.ſua Et ad id quod dicitur,quod re-
pudiatio eneruat exiſtentiam in effectu,eſt verum quo ad fauo-
res,qui non concernunt bona teſtatoris,ſed perſonam ſui hære-
dis ſecundum Bar. quod eſt notandum & per hoc dicit qđ om-
ne commodum , quia affertur extrinſecus non ex bonis patris
non continet diminutionem bonorum patris , non perditur re-
pudiatione,quia non requirit immixtionem,de ſepulchro viola
to.l.quæſitum. Et facit ad hoc, quia quædam iura ſequuntur fi-
lios iure naturæ. quædam iure ſucceſſionis: quædam ex natura
rei.prima iura competunt filijs,quia filij ſunt,non quia hæredes
ſunt,de interdi & rele.l.1.ſecunda competunt filijs vt hæredibus
ſi a patre procedunt,vt no.de pact.ſi tibi.§.ſi pactus.ſi autem ex
trinſecus deferuntur, nec ſumpſerunt cauſam a patris prouiſio-
ne,competunt filijs ſolo nomine hæredibus, nec in partes hære
ditarias ſcinduntur inter eos,ſed in capita,vt no.in Specula de
teſtamentis.§.1.verſ pone. Et hoc quando capiunt ſub nomine
hæredum proprie accepto vocabulo. ſi autem ponatur hoc no-
men hæres pro deſcendentibus,tunc non eſt neceſſaria immix-
tio,quia diuerſo iure & intuitu perſonæ capiũt,quod poteſt per-
pendi ex perſonarum qualitate.argumen.de hæred.inſt.l.Lucius.
prædicta quando iſtud nomen hæres ponitur in diſpoſitione. ſi
autem in conditione,dic vt inf.ad Trebel.l.ex facto.§.fin.Tertia
iura filijs competunt ſecundum ſuam naturam, vt no. in l.cũ,
ſolu.matrim.& de pet.hæred.l Item videndũ.aut enim ſequun
tur ſub nomine filiorum & hæredum,aut ſub nomine filiorum
tantum, quo caſu non veniunt filij poteſtate tranſmiſſionis, ſed
beneficio iuris,vel dominij,vt in feudis, quod dic per gl.& doc.
in d.l.Item videndum, no. Quarto quæritur quid de his , quæ
non concernunt ipſum ſuum, nec in fauorem,nec in odium, v-
trum ſuitas operetur?& dicit Bart. quod non, hinc eſt quod le-
gata non confirmantur præter libertates,ad Sil.l.1.§. idem Sçe-
uola,& vt in poſ leg.l.1.in final.de ma.te.l.ſciendum,ſecundum
Bar.credo contrarium,quia debet alteri prodeſſe,ex quo ſibi nõ
nocet,niſi ſint talia, quæ obligationem deſiderent, vel cauſent
alienationem ipſorum bonorum , quia huiuſmodi requirunt
quaſi contractum & immixtionem animi, vt in ll.per eum alle-
gatis.in alijs ergo procedit quod dico, argum.de aqua plu.l.2.§.
Item Varus,ad Tert.l.ita tamen.§.ſi pater,& l.quia poterat,cum
ſimil.no.in l.2.ſupra ſolu.matrimo in princ.& pone duo exem
pla,vnum ſecundum Bar.ſi teſtator vnum filium inſtituit, alte-
rum doli capacem exhæredauit,& ei pupillariter ſubſtituit.nam
exiſtentia inſtituti nec confirmat tabulas exhæredati . ſed hoc
exemplum non eſt bonum , quia eſſet inſtituto damnum talis
confirmatio, qua repelleretur a legitima hæreditate fratris.l. Pa
pi.§.ſed nec impuberis, de inoffic.teſtam. nos autem ſumus in
caſu neutralitatis.no.& ideo pone exemplum in tutela tenendo
opinio. Dyn. & dico quod exiſtentia inſtituti confirmabit tuto-
rem exhæredati.argumen.infra de contratabul.ſi poſt mortem.
§.fin.infra.ſi ta te.nullæ ex.l.1.§ fina.infra eod.l.fina.no.Quinto
quæritur , quidam habens in illicito concubinatu coniunctam ,
inſtituit filium naſciturum, ſi legitimus naſcetur, vel cum le-
gitimus erit,an ſi legitimus naſcatur,exiſtentia eius aliqua con
firmabit?& videtur quod ſic,quia tenet inſtitutio talis,de hære-
di.inſtitu.in tempus,præſertim,ſi teſtator non ſit ſoluendo,vt in
fra de hæredi inſti.ſi quis ſolidum.in contra. videtur. nam qui-
dam prohibentur capere cum effectu , ſed non inſtitui . ſed
horum inſtitutio poteſt conferri in tempus capiendi, de legatis
ſecundo,ſi ita quis, quidam prohibentur inſtitui ita, quod cum
eis non eſt factio teſtamenti , & tunc ſecus, de hæredi. inſti. ſi
alie-

alienum.§.in extraneis,de condi.& demonſ.interdicit, de ſeruis
expor.l ſi minor.nec eſt vis,ſit teſtator ſoluendo,nec ne,cum vi
no teſtatoris inſtitutio non tenet vt,inf.de hære. inſti.l. ſi nõ lex,
in princ.ſol.aut hæc conditio adijcitur nato,vel concepto, & te-
net teſtamentum,& erit ſuus,argum.inf eo.cum poſthuma, &
l.Gallus.§.nunc de leg.vet.quid enim quia eſt cõditio iuris,quæ
poteſt apponi.aut eſt naſciturus nondum conceptus, & tunc nõ
tenet inſtitutio,quia eſt inhoneſta expectatio. ſup.eo. ſed & eſt
quæſitum,& l.ſi quis poſthumos, in prin.& primo reſponſo. fa-
cit quod no.de fideicommiſſis.eam quam, de ſta.homi Paulus,
& eſt ratio differentiæ per l.de pactis, ſi vnus. §.illud nulla pura
autem vel ſub alia conditione conſtat inſti.tui non poſſe ipſu-
30 num.in auth.licet.& facit.C.de ſecun.nup.l.1.no.† Sexto quæri
tur, teſtator filio ſubſt.tuit hoc modo. ſubſt.tuo tibi vulgari-
ter,pupillariter,& per fideicommiſſum,& ſic cumulauit ſubſti
tutiones, vtrum talis ſubſtitutio faciat ceſſare exiſtentiam ſui
hæredis? & videt̃ quod ſic ex vulgari. contrarium videtur ex fi-
deicommiſſaria.poſſet argui quod inſpiceretur vulgaris ſubſti-
tutio tanquam dignior, & quia videt̃ inſpici quod plus prodeſt
ſubſtituto,ad Trebe.recuſare.§.Titius. ſed plus prodeſt tibi qđ
ſit vulgaris, quia ſi moritur filius, non tranſmitteret, & etiam
31 quia† vulgaris ſubſtitutus in hæredi.non patitur Falc. licet ſub
ſtitutus in legato,& fideicommiſſarius patiatur defalcationem.
certe poſſet dici quod plus intereſſet eſſe fideicommiſſarium,
quia fideicommiſſum tranſmittitur, ſed nõ directa ſubſtitutio,
de ſuis & legitimis,ſi ex pluribus,ad Trebell.apud Iul. §.vtrum,
de acquir.hæred.qui patri,de leg.1.cum filio.C.de fideicommiſ
ſis,ſi in perſonam,de act.& oblig.is cui, & no.in l.1.de his qui an
te aper.tabu.ſol. dico quod pr̃ non videtur dediſſe licentiam ab-
ſtinendi,ex quo ſubſtituit per fideicomm.vt d.§.Titius.no. Et ſi
dicatur, quomodo poſſunt cumulari contrariæ ſubſtitutiones in
origine,quia vna requirit aditionem hæreditatis, alia non? re-
ſpondeo non cumulantur ad eundem terminum, & caſum,ſed
ſingula ſingulis, ſicut patet in vulgari, quæ requirit non adiri a
primo gradu,vt inf.de hæredi.inſti.cum in teſtamento, & pupil-
lari, quæ requirit aditionem, & tamen cumulantur. nota.
¶ Septimo quæritur, filius eſt hæres vniuerſaliter inſtitutus,da
to ſibi cohærede extraneo in re certa, vtrum cohæres in re cer-
ta inſtitutus impediat exiſtentiam ſui hæredis, ſicut cohæres, in
32 quota? & videtur quod ſic.†nam inſtitutus in re certa habet ius
accreſcendi,vt no.doct.in authen.nouiſſima, & in l quoniam.er
go par ratio eſt,ſicut in cohærede, & quota,vt no. Cyn.in l.pre-
cibus.& facit ad idem l.1.§.ſi ex fundo, & l.ex facto, & l.Titius,
& l.qui non militabat,in prin.& l.ſi alterius.infra de hæred.inſti.
niſi teſtator prohibuiſſet ius accreſcen. quod poteſt prohibere
inſtituto in re certa.vt l.quotiens.§.ſi duo,eo.tit. ſicut legatario,
vt no.de vſufr l.dominus.licet hæredi vniuerſali non poſſit pro-
hiberi,niſi in teſtamento militis.C.de teſtamen. mili.l.1.ſof.de
hær.inſti.ſi quis inſtitutus fuerit,excepto fundo. Ego multotiens
cogitaui, & non inuenio l quod inſtitutus in re certa dato co-
hærede vniuerſali habeat ius accreſcendi,quia aut dices fieri per
ſonæ,aut portioni.perſonæ non de vulg.ſubſti.ex facto, in fin.de
vſufruct.ſi Titio. §.vſufruct. portioni non, quia nulla eſt portio,
33 cum inſtitutio vniuerſalis totum aſſem vſurpet.† Præterea,quã
do teſtamentum cœpit vno modo interpretari, non debet po-
ſtea variari intellectus,argumen.no.de vulg.ſubſ.l.verbis ciuili-
bus,& de verbor.oblig l.quicquid aſtringendæ, ſed inſtitutio in
re certa interpretatur ab initio eſſe legatum,ergo &c. Quomo-
do ergo trahitur ad inſtõnem? non ob.§.ſi ex fundo, quia ibi nõ
habuit cohæredem diſſimilem,id eſt ex vniuerſo,hic ſic, nec fun
datur ille §.in iure accreſcendi. imò, quia dictio hæres vniuer-
ſum ſignificat,de verbor.ſignifica.hæreditatem, & ſic eſt ex ex-
preſſione verborum,non tacite per ius accreſcendi,quia ius ac-
creſcendi habet locum in portione defecta. ſed ibi nulla portio
eſt defecta ſed contra hoc facit de hæred.inſt.interdum. §.1.ſed
ibi in quota.no.ſol.dico ſi inſtitutus in re certa eſt talis, cui poſſet
competerere querela inofficioſi,ſi ſit extraneus puta filius emã
cipatus.facit ceſſare exiſtentiam.ratio eſt, quia ipſe habet ius ac
creſcendi,quia interpretatiue reducitur ad quotam portionem,
quæ per iuris interpretationem diminuitur ſcripto, & ſic ſunt
participes.p.eiuſdem hæreditatis, & cohæredes in partibus quo
tis, & quo ad omnia cohæredes præterquam quo ad onera de-
bitorum, vt l. Papi.§. quarta, & probatur quod dico de iure ac-
creſcendi,in authen.vt cum.de app cognoſcitur. §.cæterum: ſe-
cus in alijs,no.ad Trebell.l.ſi quis priorem. & ideo intercidunt
inſtitutionis in re certa non adita hæreditate, ſicut legata, niſi
inſtituti ſint tales,qui habent ius accreſcendi, quia reducitur ad
quotam.facit quod no. Dyn de legatis primo,placet.§.ſecundo,
& J.de vulg.ſubſ.cohæredi.§ fi.no.porro ſi omnes inſtituti ſunt
ſui,non ceſſat exiſtentia, vt no. C.de iure deli.quidam, niſi vni
eorum eſſet inſerta conditio poteſtatiua, quia tunc eſſet reda-
ctus per teſtatorem ad inſtar extranei, & ceſſaret exiſtentia in
vtroque,de hæredi.inſti.ſuus. §.fina.& l.Cornel.& l.iam dubita-
ri,& l.quia autem,ſi quis ob cauſã te.in verſicu.plane. ſed adde
J.in 9.qõ.no. Octauo quæritur,teſtator inſtituit ſibi hæredes fi-
lium legitimum, & baſtardum. poſtea legitimauit ſolemniter,
& legitime baſtardum. quæro vtrum talis cohæres,qui tempo-
re teſti erat extraneus, poſtea factus eſt ſuus, impediat exiſten-
tiam ſui hæredis nec ne? & videtur impedire ſumendo arg.ex tẽ
pore teſtamenti,de aur.& arg.leg.ſi ita,cum materia.i.contrariũ
arg ex tempore mor.J.eo.l.filio quem pater.§.fin.de iniuſto te-
ſtamento.l. antepen. in prima pars fouetur ratione,quia in his,
quæ ſunt certæ & diffinitæ teſtatoris voluntatis,inſpicitur tp̃s te
ſtamenti.in his quæ poteſtatis.tempus mortis,vel humilitatis,vt
l.qui ex liberis.§.teſtamento.ſed iſtud non eſt ſic verum ſimpli-
citer. Ead.quæſtio eſt econtra,ſi tp̃e teſtamẽn vterque erat ſuus,
ſed alter fuit poſtea emancipatus,vt l.Gallus.§.ſi.ſo.vr̃ colligi ex
eo,quod leg.& no.J.de hæred.inſti.l.3.§.aperturæ, licet ibi quo
ad ſe,hic quo ad cohær.puto conſiderari tp̃s, quo defertur hære
ditas,vt ſupr.eo.ſi quis po.§.ſi falſum.J.tit.ſi quis filio exhæred.
quia qualitas perſonæ tunc conſideratur,& facit J. de hæred.in-
ſti.ſed ſi in conditione.§.ſi ſeruum,& eo.tit.l.ſi alienum,§.inſt.
7 no talem concluſionem, quod per dationem cohęredis nō tollitur exiſtentia ſui hęredis, quod iſtud ſit verum, primo probabo, ſecundo reſpondebo ad rationes, & iura Doctor. quod ergo ſit verum, quod per dationem cohęredis nō tollatur ſuitas, ſeu exiſtentia ſui hæredis, probatur primo per l. ſi fratris. C. de iure delibe. licet Bar. ibi reſpondeat, q ibi ideo eſt, quia ibi tractatur de his, quæ non dependent ex teſtō, ſicut eſt tranſmittere. & ius tranſmittendi, quod eſt legis beneficium, non teſtatoris indultum, ſeu arbitrium: ſecus in his, quæ dependent ex teſtō, qa tunc tollitur exiſtentia. Dico, q rñſio non eſt bona quia licet tranſmittere ſimpliciter non dependeat ex teſtō, ſed ex iure ſuitatis, qđ eſt legale potius, q̄ humanum tñ tranſmiſſio ex teſtō, & ſic qualificatio iſta pendet ex teſtō q iſta qualitas ſit ex teſtō, ſicut alia, probat̄ in l. qui in aliena §. iterum ff. de acq. hęre. vbi nepos neceſſarius non fuiſſet, cum ipſum pater exhæredatus præcederet, niſi quia fuit per auum inſtitutus, patet ergo, quod inſtitutio eſt ex teſtō, & ad hoc vt ex teſtō fiat tranſmiſſio aliquid operat̄. Secundo probo per l. ſi filius, qui patri. ff. de vulg. & pup. & licet Bar ibi dicat, quod ibi fuerit datus cohæres ſuus, ſecus ſi extraneus, Dico, quod illa rñſio non vr̄ bona, quia ſm ipſum & alios doct. ideo exiſtentia ſui tolli per dationem cohæredis, qa recedi tur a prouiſione l. ideo. quia habet locum ius accreſcendi inter cohæredes: ſed ita bene habet locum ius accreſcendi, qñ datus eſt cohæres filius, ſicut qñ extraneus, & adhuc fortiori ratione, cum ſit inter eos maior coniunctio, vt l. ſi duobus, de contrah. ergo &c. Tertio probo per l. a. in fi. C. pro hęred. quia titulus nouus per hoc ſibi non acquirit̄, ſed quædam adminiſtratio, vt l. in ſuis. ſ̄ eo & glo no. in l. in ſuis, ſ̄. pro hęr & ibi p Dyn. & Doct. & tñ dr̄ in l. a. q licet cohęredem habeat, q non poſſidet pro hærede: quod tñ liceret, ſi per dationem cohæredis tolleretur exiſtentia ſui hæred s: ergo &c. Quarto probo per tex. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acq. hær vbi ſi ſtatuliber eſt nominatim iuſſus dare pecuniam filio, quantumcunq; habeat cohæredem, tñ recipiendo pecuniam obligatur creditoribus hæreditarijs, niſi expreſſe ſe abſtineat, quod non eſſet, ſi per dationē cohęredis tolleret exiſtentia ſui hr̄dis; ergo & c. immo tex. ſe fundat ſuper bñficio abſtinendi, quod eſt pceſſum de iure prætorio, & ſic innuit, q datio cohæredis non tollit exiſtentiam ſui hr̄dis, vt inſ. patet. Item probat per l. cum hr̄ditate ff. de acq. hær. vbi vr̄ tex & per l. Iulianus, eo. nt. Et probat rōne ſtab ea quæ introducuntur, non habent exiſtentiam ſui hr̄dis tollere, ſicut dicunt Doct. nã vulgaris tacita ideo non tollit exiſtentiam ſui hr̄dis, qa eſt remedium iuris, ſeu a lege intelligitur, nō aūt a teſtatore expreſſe inducit̄, ſed per dationem cohæredis quantumcunque inducatur ius accreſcendi: tñ iſtud non venit pro mom hoīs, ſed potius legis, vt l. ſi teſtū. ff de vulg. & pup. quod patet. qa inuito, & ignoranti accreſcit, vt l. hæredes, verſ. ſi quis hæres inſ. de acq. hær. & l. ſi ex pluribus ff. de ſuis, & leg. cum ſimi. ergo &c. adeo, q ſi teſtator vellet ius accreſcendi inter cohæredes prohibere, non poſſet, licet Bar. inſ. n. 3. l. pe. teneat, quòd teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi inter hæredes, & fundat ſe per illam l. & per l. dñs ſ̄. de viuſf. † Tamen dico, q non pōt prohibere ius ac-
8 creſcendi, & quod iſtud ſit verum, patet quia quis non pōt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt l. ius noſtrum de reg. iur. Sed ſi teſtator poſſet ius accreſcendi prohibere, tunc ſequeret, q poſſet tollere dictam regulam, qđ eſt falſum, & ꝯ l. nemo ff. de leg. i. ergo &c. Præterea vr̄ ꝯ caſum l. ſi ita quis ff. de hæred. inſt. non ob. glo. i. d. l. ſi dñs, quia non figit pedes, & poſito, q ſit mater, dic ſic, aut loquimur inter legatarios &c. tunc teſtator pōt prohibere ius accreſcendi, vt d. l. gl quia ceſſat rō illa, ne pro parte teſtatus &c. aut inter cohæredes: & non pōt prohibere vt dixi; qd tene menti quia nullus ponit hanc diſtinct. Non ob. l. pe. ff. tit. i. quia non ceſſat qa ſubſtitutus præfert̄ ꝯiūcto vnde dando ſubſtitutum vr̄ excludere coniunctum. Et iſtud ideo eſt, quia ius ſubſtōnis fortius eſt, q̄ ius accreſcendi: & certe ceſſat iſtud inconueniens, ne quis decedat pro parte teſtatus &c. Cum ſubſtitutus admittat̄. ergo &c. Rñdeo ad rōnē Doct. ad l. Iulianus, § idē Iulianus, vbi dicunt eſſe caſum. dico q ille tex. nil facit, quia quantūcunque vnus adire cogatur, iſtud nō venit quod exiſtentia ſui hæredis non bene operetur, ſed venit ex eo, quia fideicom. hoc vult, cum prætor dat ſuum intereſſe, vt no gloſſ. in l. ita tamen. §. ſi pater, inſ. ad Trebell. Non ob. rō Do-
9 cto. † quia, vt dixi, potior eſt. l. prouiſio quam teſtōris, & ſic uenit in conſequentiam, non principaliter, & immediate. Sed vltra Docto. poſſet opponi de l. fina. inſ. de condi. inſti. vbi per dationem cohæredis, uel ſubſtituti tolli exiſtentia ſui hæredis, & ſic facit contra illam concluſionem, & præcedentem. ſed ſolue, quod non uenit ideo, quia fuerit datus cohęres, vel ſubſtitutus, ſed uenit ex eo, quia ibi ſunt duo. ſ. conditio poteſtatiua, & datio ſubſtituti, quæ ſimul iunctæ magis operant̄, & magis habēt voluntatem teſtōris, vnde duo uincula &c. ut inſti. de adop §. ſed hoc, & in auth. ut oīa. deb. & cred § plura namque, colla. ſeptima, & facit l. qui patri, & ibi. nō. Bar inſ. de acquiren hæredi. ubi ius accreſcendi iunctum cum ſubſtū ne facit, quod ſubſtō tranſmittat̄. ſic in propoſito: ergo non ob. & ſic patet tres concluſiones neceſſarias eſſe, vel ſupportabiles de iure, licet omnes teneant contrarium. Secundo præmitto ad euidentiam huius materiæ, nunquid beneficium abſtinendi eneruet exiſtentiam ſuis hæredis? circa quod non inſiſto. Dico breuiter, quod aut filius ſe immiſcuit, & tunc prætoris beneficium nihil operatur, ut l. ſi filius qui patri, de vulg. & pupilla. & l. eum qui bonis. inſ. de acquiren. hæred & l. prima, C. ſi ut ſe ab hær. abſti. Quandoque filij tacent non ſe immiſcendo, nec expreſſe abſtinendo: & tunc aut tractamus de his, quæ concernunt incommodum filij, & beneficium prætoris habet eneruat exiſtentiam ſui hæredis, ut dicta leg. prima, & l. ſi filius qui patri. aut tractamus de his, quæ concernunt commodum filij, ut eſt confirmare tabulas pupillares, & dationem tutoris, & tunc exiſtentia bene operatur, nec eneruatur per beneficium prætoris, ut l. ſi nemo. ſup. de teſta tutel. Item etiam operatur quo ad tranſmiſſionem hęreditatis, ut l. apud hultes, C. de ſuis, & leg & ibi per Doctor.
10 Reperio tamen in hoc paſſu, † utrum hæreditas non adita tranſmittatur ad aſcendentes, uel deſcendentes, Iacob. de Bel. iſtam quæſtionem plene diſputaſſe, cuius diſputationem recitat Bar. in l. uentre, inſ. de acquiren. hæred. licet tamen non ſequatur finalis tamen concluſio nr̄orum Doct. ſ. Dy. Bar. & cōmuniter † Vltramon. eſt quod tranſmittatur ad quoſcūque, de quo plene per Bar. in d. l. uentre, & in l. ex militari. §. fin. cum l. ſequen. inſ. de teſtamen. milit. Sed hoc in ſuo, quid in emancipato, nunquid hæreditatem non aditam paternam tranſmittat iure ſuitatis? Bar. in l. uentre, uidetur tenere quod ſic, & idem in l. Gallus, §. & quid ſi tantū, inſ. eo. & fundat ſe per l. meminimus, C. de ſuis, & legitimis, ibi ad ſimilitudinem ſuorū &c. fundat ſe per auth. de hæred. ab inteſt. vbi eſt ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis. Ego credo gratia collationis contrarium verum, quia quantumcunque emancipatus ſit repoſitus loco ſui, vt ſuccedat de iure ciuili, non eſt ſibi reſtituta ſuitas ex qua fit tranſmiſſio. quod patet, quia per emancipationem tollitur. ſi diceremus, quod equipararetur, & per emancipationem non tolleretur ſuitas. qđ eſt falſum: fateor tñ, q tranſmittat ex alio capite. ſ. ex æquitate illius tituli. C. de his qui ante apertas tab. non autē iura ſuitatis ſint ſublata. nec ſuitas ſit ſibi reſtituta. ergo &c. quædam vero ſunt, quæ nec ad commodum, nec ad incommodum filij ſentiunt, & quo ad illam exiſtentiam ſui hęredis nihil operatur, vt l. ex modica. ff. de bo liber. Iſtud tñ fallit in duobus caſibus. Primo, libertatis fauore, vt, l. ſuo. ff. de manu teſta. l. cum quaſi. § ſi quis. ff. de fideic. liber. Item fallit in l. ita tñ. § ſi pater. ff. ad Treb. rationem fallentiæ ibi dicam, qñque filius expreſſe ſe abſtinet, & tunc exiſtentia operat̄ quo ad cōmodum filij, vt l. filius qui ſe paterna. ff. de acq. hær. tunc ſi reſpiciant hæreditatem extrinſecus, ut puta confirmat tabulas pupillares. & dationem tutoris, ut d. l. ſi pater. ff. de priuil. cred. ſed ſi intrinſecus reſpiciunt, non tranſmittit, ut l. ſi ſeruum §. ſi quis. ff. de acqu. hęr. propter delictum filij, qui res hęreditarias ſubtraxit, qui licet abſtineat, tamen inducitur aditio, ſeu immixtio in eius odium. Et ideo quantumcunque exiſtentia non operatur, poſtquam ſe abſtinuit quo ad ea, quę reſpiciunt incommodum filij. facit d. l. ſi ſeruum. §. ſi quis, vt dixit ſup. Item licet operetur quo ad ea, quę reſpiciunt eius commodum, quantumcunque abſtinuerit, vt dixi, fallit in l. non alias, & in l. etiam nec emancipatus. ff. de leg. i. & ratio ibi eſt, quia cum teſtator ſenſit, quod ita demum legatum haberetur, ſi hęreditatem retineret. intellexit de retentione facti, non de ea, quę eſt iuris &c. His igitur expeditis, quę multum faciunt ad medullam, & intellectum legis noſtrę, deſcendendo ad ipſam. Et primo ad eius diuiſionem, & dico, quod lex iſta ſecundum Iac. de Aret. & Bart. diuiditur in duas partes principales. In prima loquitur, quando filius fuit inſtitutus pure, & ſibi datus ſubſtitutus vulgaris. Secunda, quando non fuit datus ſubſtitutus: ſecunda ibi, quod ſi nemo. Iſta ſecunda diuiditur in duas. In prima ponitur dictum. In ſecunda ponitur exemplum ſecunda ibi, euenire ſolet. Iſta diuiſio non placet mihi, quia hoc dicere eſt peruertere naturam dictionis, Sicut & quemadmodum, hoc eſt, quòd ponantur ſimilitudinarie, non exemplificatiue, vt l. 3. §. ſi duobus, & quod ibi nota. infra, de adimen. legat. & in rubric. ſupra, ſolut. matrim. Ideo ego

aliter

aliter diuido legem iſtam, & dico, quod diuiditur in tres partes principales. In prima Iuriſconſultus oſtendit quid iuris, quando filius fuit inſtitutus, & ſibi datus ſubſtitutus vulgaris, poſthumo præterito. In ſecunda parte remouet dubium. In tertia adducit ſimile. Secunda ibi, quod ſi vero: Tertia ibi, ſicut euenire ſolet. Venio ad ſummarium ĩtellectum, & iſte eſt ſummarius meus, & non alterius, quia aliter intelligo legẽ iſtam, quam alius, qui ſcribat in ea. Præteritio poſthumi, & conditio poteſtatiua, quæ poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu, impedit exiſtentiam ſui hæredis operari: ad hoc allegatur. Caſum in terminis volo ſcribere, quia ipſum pono aliter, quã ponatur per aliquẽ, ſub hac forma. Iuuenis acceſſit ad Iuriſconſultum, & ab eo quæſiuit. Domine quidam paterfamilias fecit teſtamentum, in quo filium in poteſtate exiſtentem pure inſtituit, & nepotem ex eo ei vulgariter ſubſtituit, poſthumo præterito, qui re vera erat in ventre. contingit, quod dum pendebat dubius euentus, an ipſe poſthumus naſceretur viuus, vel mortuus, ipſe filius inſtitutus deceſſit. an admittatur nepos, an vero filius exiſtens in poteſtate inſtitutus fecerit illam ſubſtitutionem expirare iure ſuitatis, cum ſtatim ſit hæres, vel ſi nolit per l. in ſuis ſup. eo. & per §. ſui, inſti. de hære. qual. & diffe.? Ad quod reſpondet Iuriſconſultus, dicens, quod poſtquam poſthumus fuerit præteritus, Præteritio poſthumi tollit interim effectum exiſtentiæ ſui hæredis, & ſic ſubſtitutus interim admittitur iure ſubſtitutionis, quando apparebit poſtea nõ natus, licet natus fuerit mortuus. Et ſic ille nepos erit ſuus tam auo, quam patri. Inſtat iuuenis, domine Iuriſconſulte habeo vnum dubium, ſcilicet quid iuris ſit, ſi iſte filius pure hæres inſtitutus vt præmiſſum eſt, nullum habuit ſubſtitutum, & ſic interim, dum ſperatur naſci poſthumus, deceſſit, quid iuris ſit hoc caſu, nunquid datio ſubſtituti aliquid operetur? Dicit Iuriſconſultus, frater admittitur iſte nepos tanquam proximior. Nam iſtud quod in primo caſu poſui, ſi fuerit datus ſubſtitutus, denotat potius accidentiam facti, quam iuris miniſterium: nam ſola præteritio eſt illa, quæ facit dubium in lege iſta: & ideo cum impedit exiſtentiam ſui, filium dico iure ſuitatis non tranſmittere: ſed admittetur iſte nepos tanquam proximior ab inteſtato. Inſtat iuuenis, domine Iuriſconſulte multum admiror, qualiter per præteritionem poſthumi tollitur exiſtentia ſui hæredis. Interim reſpondet, frater admirari non debes: nam nos videmus quod ſi filius inſtituatur per patrem ſub conditione poteſtatiua, quæ poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu, quod propter hoc tollitur exiſtentia, ſeu eius effectus. ſic etiam per præteritionem poſthumi eſt poſſibile quod tollatur interim exiſtentia ſui hæredis, & ſic de facto eſt, vt tollatur. hoc dicit vſque ad fi. l. lego literam eam exponendo. Ibi, ſi filius. iſta coniunctio eſt incepta per tex. in l. 1. C. eo. In tex. ibi, filius. Aliqui ſunt naturales, & legitimi: aliqui legitimi tantum: aliqui naturales tantum: aliqui inceſtuoſi tantum: & licet tex. & gloſſ. de hoc in pluribus locis faciat mentionem, tamen gloſſ. ponit per ordinem inſti. de adopt. in princ.

a Et dicitur filius a philos, quod eſt amor, vt inſti. qui da tu. poſ. §. fin. ¶ Et inde inſurgit dubium, nunquid appellatione filij contineantur nepotes, de quo in l. ſi quis filiabus, cum l. ſequ. de teſta. tut. & plene per Barto. in l. liberorum, de verbo. ſignifi.

11 † ibi, hæres nos habemus hæredes, & bonorum poſſeſſores. hæres eſt de iure ciuili. bonorum poſſeſſor eſt de iure prætorio, inſti. de bonorum poſſeſſ. in principio, & § quos autem, & l. pen. de bonorum poſſeſſ. & ibi no. quis dicatur hæres, no. inſti. de hæredũ quali. & differen. §. pen. quando autem quis teneatur pro hærede, & quot modis ponitur in titulo pro hærede. not. gloſſ. in l. pro hærede ff. de pecul. hære. pro quo vide l. pro hærede. infra de acquir. hære. In tex. ibi, inſtitutus. quot requirantur ad inſtitutionem, vt valeat, no. in l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen. & l. hæredes palam, & inſtit. eod. titul. Alio modo ſumitur inſtitutio per Din. in c. 1. de regulis iuris lib. 6. In tex. ibi, omiſſo i præterito, vnde præteritio duobus modis fit, aut ſa ſciente, aut ab ignorante, & loquor de paterna, & aliter hoc non procedit, & quis ſit eius effectus habemus per gloſſ. inſti. de vulg. ſubſti. §. 1. & C. de impuberum, & alijs ſubſtitu. l. precibus. ¶ In tex. ibi, poſthumo. quot modis dicatur poſthumus, no. in rubrica. C. eodem titul. In tex. ibi, interim. qualiter ſumatur dictio Interim, dicam ſtatim in apparatu. In tex. ibi, non nato. intelligo viuo: nam bene erat in ventre, & natus abortiuus. Et ſic habetur pro non nato, ut l. qui mortui. inſt. de verbo. ſigni. Nam ſi nullus eſſet in ventre, tunc per præteritionem poſthumi non tollitur exiſtentia ſui hæredis, poſtquam certum eſſet nullum in ventre eſſe per ea, quæ

12 a dixi ſupra in ſecunda concluſione. † In tex. ibi, nepotem. nunquid appellatione nepotis contineat pronepos, b & deinceps, dic plene per Bar. in l. Gallus. §. inſtituens. inſt. eo. In tex. ibi, ſuũ. qui dicantur ſuus hæres, habetur inſti. de hære. qual. & differentia. §. ſui, & l. in ſuis. infr. eod. In tex. ibi, inteſtato. quis dicatur inteſtatus, & quot modis, vide plene per glo. inſti. de hæred. ab inteſtato.

13 In princ. tangitur infra ti. 1. l. 1. & l. 1. infra de ſuis & legi. † In tex. ibi, ſicut. Dictio, quẽadmodum, c & dictio, ſicut, d ponunt ſimilitudinarie, & quandoque faciunt ſimilitudinem propriam, quandoque per contrarium, vt l. 1. §. ſi duobus, inf. de adi. leg. & ibi gl. & no ſup. ſolu. ma. in l. ... In tex. ibi, condõne. quid ſit condõ, habet. Bar. in l. prima, inf. de condõ. & demon. quot ſunt condõnes, & eius effectus habet per totum illum titulum, & per gloſſ. in leg. prima, inſ. de condi. inſti. & per gloſſ. inſti. de hæredibus inſti. §. impoſſibilis. Lecta litera, venio ad notabilia. & licet plura notabilia poſſent colligi, tamen collige tantum duo gratia expedõnis. Et primo nota, quod per præteritionem poſthumi interim impedit exiſtentia ſui hæredis iam nati facit l. venter, verſicu. ergo, vbi eſt caſus, infr. de acquiren. hæred.

14 † Secundo no. quod condõ poteſtatiua, quæ põt impleri vltimo vitæ ſpiritu, tollit exiſtentiam ſui hæredis ſicut l. in ſuis, inf. eod. & de condi. inſti. l. fina. & l. prima, §. ſciendum. inf. de ſuis, & legitimis, & l. Cornelius & l. ambiſdubitari, inſ. de hæred. inſti. Venio ad aliud. ſ. ad expedõnem apparatus, & pro int. oını glo. primo ſic opp. quod iſta lex cõtineat ſuperfluum. nam finis videt ſuperfluus per principium & econtra, & ſuperfluis non debemus vti, vt l. 1. § quibus. C. de nouo codi. compo. & l. 1. C. de inoffi. do. ergo &c. Huius contrarietatis in gl. iſta ſunt tres intellectus huius legis. Vnus, quod principium huius legis intelligat, quando filius fuit pure inſtitutus. Finis vero quando filius fuit inſtitutus ſub condõne poteſtatiua. ſed iſte intellectus non eſſet bonus, quando tunc filius ſtatim eſſet hæres ipſo iure, vt ſup. eodem, l. in ſuis, inſ. de acquiren. hære. l. neceſſarijs. inſti. de hęre. qual. & differ. §. ſui. & ſic ſubſtitutus non eſſet hæres auo, quod tamen tex. ibi negat, dum dicit, quod nepos eſt ſuus hæres tam patri, quam auo. ergo &c. Quapropter alij dixerunt, quod in principio legis noſtræ, filius fuit inſtitutus ſub condõne tali põtatiua, quæ põt impleri vltimo vitæ ſpiritu. Finis vero in ea, quæ non põt impleri vltimo vitæ ſpiritu. & ſic non contineat l. noſtra ſuperfluum, ſed iſte intellectus continet diuinationem; nam dicere quod principium loquatur in inſtõne condõnali, eſt diuinare. Item eodem modo, quod finis, ſeu verſic. quod ſi nemo, loquatur, quod filius fuerit inſtitutus ſub condõne, eſt diuinare, quæ diuinatio a iure repellitur, vt l. ſi putator, ad legem Aquil. Ideo alij dixerunt, & totum contra, ſ. quod principium loquatur, quando filius fuerit inſtitutus ſub tali condõne, quæ non põt impleri vltimo vitæ ſpiritu. Finis vero de ea, quæ põt impleri vltimo vitæ momento. ſed iſtum intellectum reprobat Bar. dicens, quod tunc filius ſuccederet ab inteſtato, ſtatim cum certum eſt, quod prius adimpleri non poſſit, quod tamen tex. negat. ergo non eſt bona. vt l. fina. de condi. inſti. ſed certe licet iſta lectura non ſit vera, non tamen per rõnem, quæ non eſt vera, quę ita demum procedit, ſi non haberet ſubſtitutum. Sed iſto caſu in principio l. habuit ſubſtitutum. ergo &c. vt l. ſuus, §. ſi Iulianus, de hæred. inſti. ſed iſta lectura non eſt vera, quia diuinationem continet, vt dixi. ergo &c. Ideo Iacob. de Are. & Bar. dicunt, quod principium loquitur, quando filius fuit inſtitutus pure, & ſibi fuit datus vulgaris ſubſtitutus. Finis vero quando ſub condõne poteſtatiua, quæ non põt impleri vltimo vitæ ſpiritu. & reſpondet Bar. ad l. in ſuis, & ad l. neceſſarijs, & ad §. ſui, de hæred. quali. & differ. quod ideo eſt in lege noſtra, quod filius non fuit hæres, quia fuit ſibi datus ſubſtitutus vulgaris, & deceſſit hæres ſcriptus ante aditam hæreditatem. quo caſu non tranſmittit. nam per dationem ſubſtituti vulgaris fuit ſublata exiſtentia ſui hæredis: & ſic ſuitas quo ad tranſmiſſionem operari non potuit in caſu legis noſtræ. Vnde dico in lege iſta difficiliori alia, quæ ſit in infortiato, quod gloſſ. non vidit dubitationem l. domini mei reuerendi, prout ſupra tetigi, quod per donationem ſubſtituti non tollitur exiſtentia ſui hæredis, ut ſup. plene probaui. & ideo reſponſio Bar. non erit vera, nec bona, quapropter dico, quod eius expoſitio non procedit. nam continet diuinationem in eo, quod dicit, quod verſicu. ſi vero loquatur quandoque fuit inſtitutus ſub condõne poteſtatiua, quæ non põt impleri vltimo vitæ ſpiritu. Pręterea quia in principio filius tranſmittit ſecundum ſuam expoſitionem, cum per dationem ſubſtituti non tollatur exiſtentia, vt plene probaui ſupra. ideo dico, quod in lege noſtra hoc ideo fuit, quia poſthumus fuit præteritus, per quam præteritionem ſui tollitur exiſtentia interim iam nati inſtituti, ut ſupra dixi. & intelligo verſic. quod nemo, quod fuit inſtitutus pure, & quod nepos ſuccedit iure ſuo, non autem quod filius tranſmittat, licet Bar. contra. Item intelligo verſicu. ſicut, quod ponat ſimilitudinarie, ut ſupra tetigi in caſus poſitione: ideo hic non repeto. Itẽ in eo, quod Bar. dicit, quod gl. non vidit

ADDITIONES.

a Amor. Adde eundem Bal. in l. maximum. v. col. de lib. præt. & Bar. in l. liberorum, de ver. ſig.

b Pronepos. Vide Franc. Are. in l. moriſh. vulg. & de pup. & in l. quoniam, C. de inof. teſt. quod non & vide Fel. in c. per tuas, de prob. in 3 col.

c Quemadmodũ. De qua dictione vide Fel. in c. 2 in 3. ver. clauſula, de reſcr.

d Sicut. De qua dictione vide Fel. in c. nouit, de iud. i pen. col. circa fi. & Frã. Are. in l. Centurio, de vulg. & pup. & ibi. d. Iaſ. Mai. & Frã Are. in l. ſi ita ſtipulatus, § Chryſogonus, de ver. ob. in vlt. col. & Lud. Rom. in conſ. 328. & d. Bar. Soc. in conſ. 252. ver. 2. quia, in 2. par. & Fel. in c. ex parte, de reſcr. & quod ibidem ad eum dixi in apoſt.

dit dubium.l.vt patet in glo.in fi.circa ſui principium in eo, quod gl.ibi dicit, ꝙ in principio legis noſtræ venit nepos: in fine non, quaſi velit dicere, ꝙ in principio fuit nepos ſubſtitutus, in fine non. ſed non curo: quia non fundo me ideo, quia fuerit dam̄s ſubſtitutus, ſed ideo quia poſthumus fuerit præteritus. ¶. † Gl.
55 ſuper verbo interim, qualiter ſumatur hic, & quid importet dictio interim. & breuiter in glo.ſunt opi. vna eſt, quod exponatur interim.i. ante aditam hæreditatem, & illam communiter ſequuntur Doct. quæ mihi non placet. nam ipſi volunt, ꝙ filius inſtitutus potuiſſet adire, ſi voluiſſet. verum quia non adiuit, ideo non tranſmittit: ſed dico, ꝙ interim adire non potuiſſet, poſtquam poſthumus erat præteritus, & eſt caſus in l.ventre J. de acquir. hæred. Ideo alij aliter expoſuerunt interim.i. viuente teſtatore. Sed iſta opinio non eſt bona, quia filius deceſſiſſet viuo teſtatore, tunc nepos non eſſet hæres filio teſtatoris tanquam patri ſuo, cum filiusfamilias de iure iſto hæredem habere non potuiſſet, vt l.1.ff.de caſtren.pec. ſed quædam glo. huius legis niſinit reſpondere ad hanc opinionem dicens, ꝙ filius fuit teſtatus patre viuente de caſtrenſi peculio, vel quaſi, cum ipſe nepos non eſſet in poteſtate patris ſui, ſed aui. Modo ad hoc ꝙ dicatur ſuus, requiritur, ꝙ ſit in poteſtate, vt l.ſuus quoq; J. de hæred.inſti. & in §.ſui, inſti.de hæred.qual.& diff.& in l.in ſuis ſup. eod. Et ideo aliter exponit Interim.i.pendente conditione. Sed iſta expoſitio non eſt bona, quia innuit, ꝙ inquantum loquitur de filio inſtituto ſub conditione, quod tamen reprobaui. ſup.in 1. gl.ideo aliter expono Interim.i.dum pendet futurus euentus, an poſthumus naſcatur viuus, vel mortuus, vt ſupra dixi. ¶ In glo.in verbo, non nato opp.de l. poſthumus, & poſthumorum J.titu.1. Nam per præteritionem poſthumi irritatur teſtamentum, huius timore dicit glo.fateor, ſi naſcatur viuus. nam præteritio poſthumi non eſt illa, quæ irritat teſtamentum, ſed eius natiuitas. nam non natus non rumpit teſtamentum, natus vero ſic. Et quidem totum gradum rumpit, a quo eſt præteritus, & etiam omnes ſequentes, vt d.l. ſi poſthumus ſ. eod. contra illud oppono de lege 4.in fi. ſup.eod. vbi licet tollatur primus gradus, non tamen ſequentes, ſed remanent firmi. ſolu. glo. in d. l. 3. & in d.l.poſthumus ſ. eod. ꝙ ibi loquimur in iam nato. Item quantumcunque tollatur prior gradus, non tamen tolluntur ſequentes, a quibus fuit legitime exhæredatus: ſed ab illis incipit teſtamentum, aut in poſthumo præterito, & tunc quando naſcitur rumpendo primum gradum, a quo fuit præteritus, rumpit etiam ſequentes, licet ab eis fuerit legitime exhæredatus, & rationem ſubijcit gl. quia præterito iam nato ſequentes gradus dependent a primo. modo ſublato primo tollitur acceſſorium, vt ibi not. glo.in d. §.fi.& ita pertranſeunt communiter noſtri Doctores. iſtam rationem non credo veram: nam dicere ꝙ ſequentes gradus dependent a primo, non eſt verum. pone ſequentes gradus eſſe ſubſtitutos vulgariter, nullus diceret ſubſtitutionem vulgarem dependere ab inſtitutione: imo nunquam habet locum, niſi cum inſtitutio redigitur ad nihilum, vt l. quandiu J. de acquir. hære. ideo dico illam eſſe rationem inter natum præteritum, & poſthumum, quia quando iam natus præteritus, gradus a quo eſt præteritus, eſt nullus ipſo iure, & a principio, & ſic non rumpitur per ipſum filium, nec aliquid nunc eſt factum: ſed quando poſthumus præteritus eſt, gradus ille, a quo eſt præteritus, eſt aliquis, ſed quando naſcitur, rumpitur per natiuitatem ſuam, modo rumpendo primum gradum, & per conſequentiam accipit ipſum, & ſic hæreditatem, quo caſu ſequentes gradus excluduntur, cum ab inteſtato hæreditas occupetur per poſthumum ipſo iure. Sed vlterius oppo. ꝙ nedum ſequentes, ſed etiam præcedentes rumpantur, imo etiam econtra. vnde oppo. de l. pen. J. in tit. 1. Sol. regulariter gradus recte factus non tollitur, licet ſequentes rumpantur, vt l. ſi poſthumus. ſ. eod. fallit in d.l.pe.& eſt ratio, quia ſi non tolleret primus gradus ſequentes quod per natiuitatem poſthumi non totum teſtamentum rumperetur, quod eſt falſum, vt J. Et ſi tu dicas iam poteſt tolli pro parte, vt per querelam, vt l. circa, & l.ſi non mortis.§.ſi quis, de inoff. teſta. quare non ſic per poſthumi natiuitatem? dic vt dicit glo.no. in l.antiqui, in fin. ſ. ſi pars hæred.peta. Item eſt aliud no.in d.l.pe. ꝙ ſi non fuerit, ſequeretur ꝙ exhæredatio teneret quod eſt contra l.3.& ibi glo.ſ.eo.& iſtam rationem tangit in d. l. pe. Accipio gl. quæ eſt ſuper verbo, auo. & videtur ꝙ nepos non ſit ſuus hæres auo, quia cum filius præcedat, is dicitur ſuus, non autem nepos, vt l.Gallus, J.eo. Præterea, quia dicit tex. quia ſuus hæres exiſtat tam patri, quam auo, non videtur verum, quia non poteſt eſſe in poteſtate aui, & patris, ſed alterius tantum, non amborum. Cuius contrarium dicit iſte tex. ergo &c. Huius timore contrarium dicit glo. ꝙ iſte eſt hæres ſuus auo teſtamento, patri vero ab inteſtato, & ſic apparet reſponſio ad vtrunq; licet gl. non ponat quo ad principium, quia licet inſpiciatur tempus mortis, ꝙ quis dicatur ſuus. iſtud verum, ſi quis inteſtatus decedat: ſecus, ſi teſtatus, vt in §.cum autem, de hæred.ab inteſt. & ſi quis filio J. titu. 1. & ideo licet pater decedat: tamen quando teſtamentum deſtituitur, reperitur nepos proximior, quod ſufficit, ne dicatur ſuus, vt d.§.cum ante. Nec obſtat, quod dicebam, ꝙ iſte nepos non poteſt eſſe in poteſtate amborum, quia iſtud eſt verum eodem tempore, diuerſo tamen ſic, vt puta quia poſt mortem aui rediit in ſui patris poteſtatem, vt inſtitu.de tutelis.§. penult. & inſtitu. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. §. primo. vel dicit gloſſ. quod ex teſtamento poteſt eſſe ſuus hæres patri ſuo, ſi teſtatus eſt viuente auo de peculio caſtrenſi, vel quaſi. Sed iſtam opinionem reprobaui ſupra in gloſ. quæ eſt ſuper verbo, Interim. ideo gloſſ. dicit, quod ex teſtamento, ſi poſt mortem aui fuerit teſtatus. & iſta non poterit eſſe vera. nam præſupponit patrem fuiſſe hæredem; quod eſt falſum, cum per præteritionem poſthumi ſublata fuerit interim exiſtentia ſui hæredis, vt ſupra dixi. Item nec redire potuit per d.l.ventre, & l.ſed & ſi de ſna.§.erit autem, & l.cum falſum, & l.cum quidam.§.primo. infra de acquiren.hæred. quibus legibus dicitur, quod interim eſt de teſtamento dubium, & irreuocabiliter adire non poteſt, iſta gloſſ. in d.l.antiqui, & eſt glo penultima. facit l. ſi eod infra eod. tit. † Nunquid autem hæres hæredis teſtatoris ſit hæres, dic vt l.fin.C de hæredibus inſtituendis, & l.1. & 2. ſupra de petitione hæreditatis, & ibi plene per gloſſam, & doctores, & maxime per Iacobum Butrigarium. Gloſſ. ſuper verbo ſolus, opponit. nam ſupra dixi, quod per præteritionem poſthumi tollitur effectus exiſtentiæ ſui hæredis, nec etiam interim tanquam extraneus adire poterat per d. l. ventre. igitur, ſi interim decedat, non erit hæres, nec tranſmittit. hic dicitur contrarium, quare male. Huius timore facit gloſſ. non referas iſtam dictionem ad filium, ſed ad nepotem, qui erat ab inteſtato ſuus tam patri, quam auo. Contra hoc oppo. quia cum patrem præterijt, non videtur, quod nepos ſit ſuus hæres auo. Sed reſpondendo dicit gl. quod eſt verum iſtud, ſi auus nõ feciſſet teſtamentum. ſed quia fecit teſtamentum, tunc non inſpicitur tempus mortis, & quis dicitur proximior in ſuitate ſecundum tempus, quod teſtamentum deſtituitur, vt dicitur, in d.§. cum autem quæritur, & infra ti. 1. ſi quis filio. quod iſte nepos ſit ſuus hæres aui, non obſtante patre ſuo, ſi pater fuit inſtitutus ſub conditione, quæ vltimo vitæ ſpiritu poteſt impleri, quia cum deſtituitur teſtamentum, reperitur iſte nepos proximior, vt infra ſubijcit tex. noſter in verſ. euenire ſolet. Alij autem referunt iſtam dictionem, ſolus, ad filium, & intelligitur, quod fuerit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu. ſed iſta non eſt vera, quia diuinatio eſt & falſa, & poſtquam poſthumus fuit præteritus, nec ipſo iure, nec per aditionem potuit eſſe hæres per d.l.ventre, vt ſup. tetigi plene. Gloſſ. quæ eſt ſuper ver. ſolet, opponit de principio ad finem, ſicut oppoſui in prima oppo. & ſoluit gloſſ. ponendo diuerſitatem lecturarum, vt in ea patet, & ex principio ſui colligitur. apparet ergo quod gloſ. ſentit intellectum, quem Bar. dat huic legi, licet ipſe contra, vt tetigi ſup. in j. glo. & vide per te. Pro intellectu tamen vltimæ partis legis noſtræ gratia collationis pone tres concluſiones. Prima erit iſta conditio poteſtatiua, quæ põt impleri vltimo vitæ ſpiritu, tollit exiſtentiam ſui hæredis, uel ſaltem eius effectum. & licet in l. ſi filius qui patri. inſ.de vulg.& pup.& in l.condõnibus, quæ eſt la 3. inſ.de condi.& demon. circa princ teneat, quod non tollatur per talem conditionem, ſiue conſiſtat in dando, ſiue in faciendo, niſi fuerit concepta, ſi uoluerit, ut l. iam dubitari, & l. Cornelius, inſ.de hæred. inſti. Tamen iſtam concluſionem probo per l. ſuus quoq; inſ.de hæred inſti.& per l.ſi.inſ.de cond.inſt.& per l. iſtam, & per l. 1. §.ſciendum infr. de ſuis, & legi. ui ſi filius eam non adimpleat, hæreditas non tranſmittatur, ut dictis legibus 13 glo.& in l.uentre, inſ.de acqui.hære.& ibi plene per Bar & l.ex militari, in fi.cum l.ſeq.inſ.de mili.teſ. & in iſta concluſione nõ curo plus inſiſtere. Secunda concluſio erit iſta, quod condõ poteſtatiua, quæ non põt impleri ultimo uitæ ſpiritu per uiam inteſtati, tollit exiſtentiam ſui ab inteſta. non ſolum exiſtentia ſui impedit. Iſta concluſio probatur per l.ſuus quoque. inſ.de hæred.inſti. ſed contra in ea.§. Iulianus. Solu. quod ibi fuit condõ, & datio ſubſtituti, uel datio cohæredis, quæ duo plus operantur quam unum tantum, ut ſup. dixi in 2. conclu. Tertia concluſio ſit, quod implicita condõ pttatiua quodammodo non inducit exiſtentiam ſui. Iſta concluſio probatur per l.condõnibus pupillus inſ.de cond.& demon. Contra iſtam concluſionem facit l. iam dubitari, §.fi.inſ.de hæred.inſti. Sol. uerbum quodam modo, poſitum in condõne tollit contrarium, quia iſtud implementum condõnis aditionem inducit: ego uero loquor de condõne, per cuius implementum aditio non inducitur, ſed ſolum purificatur. quando autem implementum conditionis aditionem inducat, dic plene per Bar. in l.iam dubitari.inſ.de hære.inſti.& per Dyn. in l.cum ſeruus, de condi.inſt. per Gul.de Cu. in l j in fi de condi. ob cau.& uide latius in l. Aqui. Antiſtius.inſ.de acq.hær. Sed adhuc opp. quod ſi ſemel ſit extincta ſuitas, non d; amplius ſuſcitari, ut l.qui res.§.aream, de ſol.& l.inter ſtipulantẽ.§. ſacrã, de uerb.oblig. dic quod non fuit ſublata, ſed eius effectus impeditus. & ita debet intelligi hæc materia. uel poteſt dic, ut no.in d. §.aream, per Doct.& in l.2.C.ſi aduerſus tranſa.

LEX XVII.

Filij etiam. Exhæredatio poteſt fieri per verba præſentis temporis, & futuri. h. d. ſm Din. facit ad
a not. inſtit. de lit. oblig. vbi not. quod idem ſit in contractibus, qui poſſunt celebrari per verba præſentis, & futuri temporis. & idē notatur in l. tale pactum. ſup. de pactis.

ADDITIO.

a In contractibus. Vide gl. in d. l. tale pactum, & in l. ſtipulatio. inſ. de verb. obli. & & ibi per doct. & in l. amend's. C. de contrahen. empt.

LEX XVIII.

1 *Pater non tenetur filium emancipare ſi ſub hoc conditione ab aliquo inſtituatur, vt emancipetur.*

2 *Dare eſt accipientis facere.*

Multi non. Exhæredatio interdum eſt bona, & fauorabilis; & tunc teſtatoris iudicium non eſt impugnationi ſubiectum. h. d. Et verum hodie hoc ſit correctū, dic vt plene no. J. de vulg. ſubſt. l. cum ex filio, in princip. In tex. ibi. dant. i. reſtitui mandant hæreditatem, cum erunt ætatis legitimæ, cum omnibus fructibus medij temporis, vt ſup. de viur. l. in fidei. §. cum Pollidius. Et no. hic, quod id quod videtur portare
1 incommodum, in veritate portat commodum. † Et an poſſit quis hæres inſtitui, ſi emancipatur a patre, & an iſto caſu pater cogatur filium emancipare, vide glo. in l. filius matrē. C. de inoſ. teſt. & infr. de cond. & dem. l. ſi cui, & C. de fideiuſſ. l. quamuis, & de leg. 1. l. filiusfamilias. §. ſecundum vulgarem in tex. ibi dāt. nota quod ille qui mandat hæreditatem mihi infra certum tēpus, dicitur mihi dare. † Regulariter dare eſt accipientis facere, vt inſti. de act. §. ſic itaque, & l. vbi autem. §. vlt. de verbor. oblig. quandoque exponitur verbum dare, pro tradere. l. 1. ſup. depoſi.

LEX XIX.

1 *Exhæredatio a re, vel a quota non tenet, ſecus in inſtitutione, quæ eſt fauorabilis.*

2 *Inſtitutiones ſunt fauorabiles, exhæredationes vero odioſæ.*

1 **Cum quidam.** † Exhæredatio a re, vel a quota nō tenet: ſecus in inſtitutione propter fauorem inſtitutionis. h. d. Vel ſic. In exhæredatione non habet locum ius accreſcendi, ſed in inſtitutione ſic. Vel verius reperitur ius accreſcendi, ſed non diminuendi. In tex. ibi. ex tertia parte. & per hoc cum ſolus eſſet exhæredatus, videtur in totum exhæredatus. In tex. aliam. quod reſpondet ad obiecta, quæ fieri poterant, ſolus inſtitutus in re certa, vel quota eſt hæres in vniuerſis: ergo ſolus exhæredatus in re quota, vel certa videtur exhæredari in totum: quia eadem eſt diſciplina contrariorum. Sed reſponde, quod aliud in inſtitutione, quę ratione ſui fauoris ampliatur, aliud in exhæredatione, quæ ratione ſui hodie reſtringitur. Ego addo, quod etiam ſi exhæredatio eſſet fauorabilis, vt ſupr. eod. l. multi: ſecus tamen eſſet in inſtitutione, quam in exhæredatione, quia in inſtitutione habet locum ius accreſcendi,
a a in exhæredatione non reperitur ius accreſcendi. Vnde non accedit priuatio priuationi: ſed bene accedit acquiſitio acquiſitioni.
2 † Nota in iſta lege, quod inſtitutiones ſunt fauorabiles, exhæredationes odioſæ. In tex. ibi, legaſſet. no. quod proprie præterire eſt nullam mentionem facere inſtituendo, vel exhæredando. ad quod optime facit l. maximum vitium. C. de liber. præter. In tex. ibi, ſub taciturnitate in inſtitutio. & vide gloſſ. in l. 2. C. de liber. præter.

ADDITIO.

a Ius accreſcendi. Vide Imo. hic contrarium tenentem quia vbicunque filius eſt præteritus ſecundum eum vel exhæredatus ad eius commodū valet teſtamentum. l. emancipatus. la. 2. ſup. de contrata. tamen opi. Bal. ſequitur Ang. & Paul. de Caſt. hic per rationes ſuas

LEX XX.

1 *Suus hæres ſi tempore delatæ hæreditatis, reperitur in alterius poteſtate, non eſt hæres voluntarius, ſed neceſſarius.*

2 *Monachi non ſunt neceſſarij hęredes parētū, quia ſunt in ptāte Abbatū.*

1 **Sub conditione.** † Si tempore hæreditatis delatæ ſuus hęres reperitur in alterius
2 poteſtate, non eſt hęres neceſſarius, ſed voluntarius. † Et eſt iſta lex bona in argumen. quod monachi non ſint neceſſarij hæredes
a parentum, quia ſunt in poteſtate Abbatum, a & facit quod no. l. ſi ea cauſa. §. Pap. de mi. Odofre. tenet contra in l. deo nobis. In tex. non erit. exiſtente conditione, ſed volens bene poterit. Iaco. de Are. interueniente iuſſu arrogatoris, vt infra de acquir. hæred. ſi mihi bona. §. iuſſu. & ideo quia iubere eſt voluntatiū arrogatori, iſte non eſt hęs neceſſarius. In gloſſ. in vita, ibi. § alienus. & inſti. de hæred. ab inteſt. §. admonendi. Iac. de Are. In ead. gloſſ. ibi, placet. imo dic, quod hęres eſt filius, licet commodum acquirat patri, vt J. de leg. 1. cum filio. Di. Iac. Pet. & Ant.

ADDITIO.

a Abbatum. Adde. Ang. hic qui dicit, quod incontinenti monachus non dicitur ſuus hæres patri & idō requiritur expreſſa additio adeo, quod ſi deceſſerit hæreditate nō adita monaſteriū ex potentia ſtatutis nō ſuccedit, quod tamen dicit d. Alex. de Imo. referendo prædicta putare contrarium eſſe verum, vt tenet eundem Bar. expreſſe. in l. deo nobis. C. de epiſc. & cler. per illū tex. & in l. cū in adoptiuis per illum tex. C. de adop. & in l. apud hoſtes. C. de ſuis, & leg. & in ſ. Hypocex. ſup. de his qui ſunt ſui, vel alieni. vbi etiam per Ang. pro quibus vide Lap. alle. c. quod monachus retinet iura ſanguinis naturalis. & veni. appel. [illegible]

LEX XXI.

Si filium. Voluntas poſterior derogat priori, præſertim ſi poſterior eſt fauorabilis, & prior odioſa h. d. In tex. ibi, inſtitutio. vel nominatim, vel inter cæteros, vt ſit aliqua dubitatio legis.

LEX XXII.

Cum poſthumus. Inſtitutioni poſthumi pōt inſeri quæcunq; ɔditio, quæ prius exiſtens, quam naſcatur, efficit, quod teſtamentum natiuitate non rumpitur. h. d. Et facit J eod. poſthuma. & per hanc legem datur intelligi l. quoniam in prioribus, de inoffic. teſta. quæ dicit omnem conditionem, & onus omne reijci in legitima, quod habet locum in iam nato, non in poſthumo antequā naſcatur, ſed in poſthumo poſtquam naſcitur ſic. vt hic, & infra eo. poſthuma. & ratio eſt, quia dum eſt in vtero, non eſt ſuus hæres, nec ſibi debetur legitima interim, vt infra titu. 1. l. 3. §. ex his apparet. Baldus.

LEX XXIII.

1 *Exhæredatio, quæ initio tenuit, non vitiatur, licet exhæredati conditio vitietur.*

2 *Naturalis qualitas magis eſt inſpicienda, quam accidentalis.*

3 *Arrogatio ſequens non tollit exhæredationem præcedentem.*

4 *Reconciliatio inducitur per ſalutationem.*

5 *Veritas præualet fictioni in ordinatis ad eundem finem.*

6 *Donatio facta per Conſtantinum non fuit tranſlatio, ſed redditio, & reaſſignatio.*

1 **Filio quem.** † Exhæredatio, quæ ab initio tenuit, non vitiatur, licet exhæredati conditio vitietur, h. d. Di. vel ſic. Exhæredatio facta de filio tanquā de nāli, & legitimo porrigit effectum ad eum poſtea arrogatum loco filij,
2 vel nepotis. h. d. † Et magis inſpicienda eſt naturalis qualitas quam
a accidentalis. Item magis inſpicienda eſt veritas, quam fictio. a hoc dicit. In tex. ibi. iterum, iſta dictio non eſt hic dictio replicatiua: quia hic non fuit, niſi vna arrogatio, & de dictione iterum, no. in l. 1. C. ne. ſic tertio prou. & in l. oratione. ff. de ſenat. & in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. & facit ad quæſtionem. nam ſi ſtatutum dicit, quod ſi ſcholaris nouitius ſoluat viginti pro matricula, quod ſi ſemel ſoluit, deinde vadit per officia, & reuertitur, quod non debet iterum ſoluere: quia non dicitur de nouo veniſſe,
3 ſed rediſſe † No. quod arrogatio ſequens non tollit exhæredationem præcedentem, quod eſt mirum, videbatur enim pœnituiſſe patrem exhæredatio. propter iſtam reconciliationem factam inter eum, & filium, vt C. fam. erciſc. in ipſius tamen contrarium eſt verum, & eſt argumētum, quod ſi aliqua terra exiuit de obedientia domini, & inde fuit bannita, quia licet poſtea reuertatur ad obedientiam, non tollantur banna: ſed oportet quod expreſſe tollantur. Et de iſta reconciliatione vide tex. inſtituta, de excuſ. tut. §. inimicitiæ, & l. 2. ſi tutor, de ſuſpec. tut. & in-
4 ſtit. de iniur. §. ſi. & dic, † quod reconciliatio inducitur per ſalu-
b tionem, b vt 63. diſt. cap. Adrianus, & 24. qu. 1. c. omnis. Quis di-
c catur inimicus capitalis, c vide glo. in l. licet ſup. de arbit. † Secun-
5 do no. quod in ordinatis ad eundē finem veritas præualet fictioni, vt hic: ſed in oppoſitis fictio præualet veritati ſcdm Bar. Ex iſta l. patet, quòd qui eſt verus ciuis, non poteſt eſſe fictus ciuis. Tertio no. quòd aliud eſt aliquid transferri, aliud reddi. Et facit
6 pro opinione Cano. † quod donatio facta per Conſtantinum non
d fuit tranſlatio, ſed redditio, d & reaſſignatio, quæ ſunt omnino diuerſa, vt hic notatur. Dixit tex. de qua quęſtione vide per glo. in auth. quomodo oporteat Epiſcopos, in gl. ſuper verbo offerens, col. 1. & vide glo. in c. 1. extra, de iureiur. in Clem.

ADDITIONES.

a Fictio. De quo dic, vt plene per Bar. in l. 1. §. hoc aūt ſenatus inſ. ad Syl. vbi inducit ad q. an an dictante ſtatuto, quod pœna maleficiorum commiſſorū de nocte duplicetur, & quod non intelligatur, poſt ſonum campanæ habeat locū in delinquentibus de nocte poſt ſonum illum campanæ, ſi locus delicti adeo ſit longinquus erat, quod ſonus ille exaudiri nō poterat, de quo vide per Ia. Butr. in l. mora, Ro. ſup. de tei. & ſuis. 1. per eū diſputata, & vide per Bal. & Sal. in l. ſi. C. de his qui. vt indig. fictione & ad q. de qua etiam per Bar. in l. liberorum, in prin. ſup. de his, qui no. infa. an tale ſtatutum vendicet in maleficijs commiſſis in nocte veneris ſancti, quo tempore non pulſantur Campanæ.

b Salutationem. Adde Fel. in c. repellatur, de accu. ad fi. in col. & adde Ana. in conſ. 94.

c Inimicus. Qui autem dicatur inimicus vide Fel. in c. cum P. Manconelli, in prin. de accuſ.

d Redditio. Vide quæ ad materiam habentur per d. Ale. de Imo. in conſ. 87. in verſ. in 2 parte, & in conſ. 24. in 1. parte, & Pau. de Caſt. in conſ. 124 & d. Ale. de Imo. cum remiſſionibus per eum datis

§. Si Titius. Inſtitutio recte facta non vitiatur, licet inſtituti conditio varietur. Vel, ſi inſtitutus vt extraneus, non rumpit vt filius. h. d. Ego dico, quod hic eſt caſus, quod ſi quis non cogitans effici monachus, ſed tanquā extraneus ingreditur monaſterium, & ipſum inſtituit pro parte: po-

ſtea

ſtea mutauit propoſitum, & eſt factus monachus, q hoc caſu non rumpitur teſtamentum, quia licet mutata ſit qualitas hæredis, non rumpitur teſtamentum: & adde quod no. in auth. ſi qua mulier, ſup. de ſacroſ. eccl.

LEX XXIIII.

Poſthuma. In tex. ibi, viuo patre vel mortuo. Din. In tex. rumpitur teſtamentum: quia tunc cũ naſcitur, inuenit ſe præteritum, cum conditio pendeat, & non poteſt auua conditio. Din. hęc ergo l. hoc dicit. Natiuitas poſthumi rumpit inſtitutionem conditionalem: ſecus, ſi conditio eſſet iam purificata, vt ſupra eo. l. poſthumus.

LEX XXV.

1 *Appellatione filiorum non continetur nepos in materia odioſa.*
2 *Error non præſumitur niſi coram iudice probetur.*
3 *Appellatio filiorum proprie, & ſtricte loquendo non adaptatur niſi liberis primi gradus.*
4 *Legatorum quædam ſunt voluntatis, quædam neceſſitatis.*

Titius teſtamento. Exhęredatio inter filios non dicitur facta inter cæteros, ſed nominatim, & error allegari, & probari debet coram iudice. hoc dicit comprehendendo gl. & Di. In tex. ibi, cęteri ex hoc verbo oriebatur dubitatio, quia videbatur exhæredatio facta inter cæteros, & ſic non valere, vt l. ſi nominatim. ſup. eo. & inſt. de exhęre. lib. §. nominatim. tamen contra eſt propter ſpecificam mentionem filij, vt hic. nam hęc appellatio ſtricta eſt, vbi agitur de odio, nec comprehendit nepotem, vel alium vlterio-
1 ris gradus. ¶ † Et facit ad quæſtionem. ſi quis eſſet expulſus de ciuitate hoc modo, expellimus talem de ciuitate cum ſuis filijs, non contineretur nepos: quia loquimur in materia odioſa. Ad hoc facit quod no. in auth. de reſt. fideicom. §. manifeſti, & quod dicam inf. eod. Gallus. §. vt inſtituens. In tex. recte. a no-
a minatim. vnde nominatim dicitur fieri, a quando exprimitur vocabulum ſpeciei, licet non indiuidui ſm Bartolum. Et inducit ipſe ad not. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, ſi quis cautio. ad quæſtionem de illo, qui ſuſcipit in ſe omnem caſum fortuitum &c. Item facit ad quæſtionem. vos ſcitis, quod multi ſunt caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, quos ponit gl. in l. Pomponius, ſ. de procu. facit lex, ſup. de mino. modo conſtituo procuratorem ad petendam reſtitutionem, quotiens opus fuerit, certe ſufficit. de qua quæſtione per Cyn. C. etiam per procuratorem &c. in l. 1. & per Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ſ. de
2 acq. hæred. In tex. ibi, apud iudicem.† nota non pręſumi errorem, niſi coram iudice probetur. facit ſ. de adul. l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem Pollioni. Item no. quod verba odij reſtringuntur ad cogitatum. Et nota, quod ex lege noſtra colligitur, qualiter poſthumi nominatim exhæredentur, cum non habeãt nomen proprium. nam ſub nomine appellatiuo exhæredabuntur hoc modo, quicunque filius mihi naſcetur, exhęres eſto, ſic nominatim exhęredabuntur, vt hic, & inſtitu. de exhęred. lib. §. poſthumi. & adde quod no. ſup. eod. placet. In glo. ſecus: ibi, omnes liberi. & ratio, quia generalis eſt appellatio liberorum ad
3 plures gradus. † ſed appellatio filiorum proprie, & ſtricte loquendo non adaptatur niſi liberis primi gradus, vt l. libertum in ratione ſ. de excuſa. tut. & ideo dico. quod ſi teſtator diceret ita, cęteros liberos exhæredo, quod eſſet tũc exhęredatio facta nominatim, quia tunc vocabulum liberorum eſt prolatum cũ adiectiuo reſtrictiuo ad filios, & non indiſtincto: & idem dico, ſi teſtator demonſtrans ad oculum filios, diceret, cæteros hos liberos exhęredo, quod eſſet exhæredatio facta nominatim. facit inf. de condi. & demon. l. ſi nominatim. In ea glo. §. ſed fœminini. ibi loquitur de media iuris prudentia, non de prudentia approbata de iure, ff. de leg. vt l. maximum, C. de libe. præter. In eadem gloſ. l. cum mater. Nota optimam gloſ. bonas leges allegantem, quæ facit ad auth. ex cauſa, an habeat locum in pręterito poſthumo, quod eſt diſtinguendum. Aut de illo poſthumo teſtator cogitauit, quia videbat vxorem prægnantem, tunc debentur legata, & ita intelligatur l. 1. C. de codic. de cap. bona. de manu. teſtamen. vxorem. Aut non cogitauit, quia forte credebat vxorem ſterilem, tunc non debentur legata per iſtam glo & per glo. quę eſt in l. 1. C. de hæred. inſtituen. Et diſtinguo, quod quędam ſunt legata neceſſitatis, puta pro incertis, & male ablatis, vel pro reſtitutione vſurarum; & ita legata ſemper debentur tanquam ęs alienum. quædam ſunt legata voluntatis, & merę liberalitatis: & tũc ſubdiſtinguo. Aut teſtator nullos habebat filios, & nullos habere ſperabat, & non debentur legata, quia non eſt veriſimile, quod teſtator velit legatarios præponere filijs, arg. C. de inſt. & ſubſtit. generaliter, §. cum autem. de fideicommiſſ. cum acutiſſimi. de cond. & demonſtr. cum auus, maxime ſi talia legata exhauriunt vires patrimonij, vt C. de reuo. dona. l. ſi vnquam. Aut teſtator habebat liberos, & cogitauit de grauandis liberis; tunc licet alij ſupernaſcantur, omnes tenentur ad legata: quia ex quo teſtator grauauit natos, idem videtur ſenſiſſe de naſcituris, ad quos erat minor affectio: nam ſi teſtator fuiſſet interrogatus, hoc ſtatuiſſet, vt inf. ea. l. Lucius, & arg. no. ſup. de pact. tale pactum, §. ſi & hoc verum, niſi legata eſſent nominatim relicta à certa perſona, & non a gradu, q̃a tũc poſtea nati non tenerentur ad talia legata, vt l. is qui, de iure codi. & no. bene hanc diſtinct.

ADDITIO.

a Fieri. Quando autem dicantur fieri nominatim, vide d. Alex. de Imol. in cõſi. 134. in 4. in 3. par. & Fran Are. in l. certum, ſi cert. & in l. 1. de min.

1 *Diſpoſitio teſtatoris ſtatim valet, ſi iam factum eſt, quod futurum putabat.*
2 *Scientia ex tribus præſumitur: primo quando fuit præſens actui: ſecundo quando fuit mihi denuntiatum: tertio quando publice dicebatur.*
3 *Delinquens in ciuitate plus punitur, quam in comitatu.*
4 *Qualitas, per quam pœna aggrauatur, debet eſſe certa.*

§. Lucius. Iſte caſus non eſt alibi ſm Dy. Verba directa ad naſciturum, includunt iam natũ. h. d. Vel futurum prædicatur de præterito, & iam natus cenſetur eſſe in
1 vtero. h. d. No. hic quod ſi iam factum eſt, teſtõr futurum putabat, ſtatim valet diſpoſitio teſtõris. Circa quod diſtingue. Aut tale factum non eſt iterabile: & tunc ſtatim valet, vt hic. aut eſt iterabile. & tunc refert, aut diſpoſitor extitiſſe ſciebat, & tunc requiritur, quod de nouo exiſtat. aut ignorabat, & tunc ſufficit retro extitiſſe &c. inf. de condi. & demonſt. l. ſua facta, & ibi allegantur ſim. & per hoc determinatur iſta quæſtio. Quidam impetrauit primam vacaturam in quadam eccleſia. Modo tempore quo impetrauit, iam vacabat. Quæritur, vtrum admittatur ad illam vacantem? Et videtur tex. hic in iſto §. quod ſic. veritas eſt, quod vacatio eſt actus iterabilis, vt extra, de præben. c. dilecto. & ideo debet diſtingui, an faciens gratiam ſciebat, & debet expectari vacatio. aut ignorabat; & tunc præbenda non vacans debetur ſibi per l. cum iam facta, cum ſimi. ſecundum Cy. hic in lect. In dubio præſumitur ignorantia per iſtum §. & per regulam in l. verius, ſup. de proba. immo plus dico per iſtum §. quod qui eſt in ciuitate, præſumitur ignorare, quæ fiunt in comitatu, & econtrario. & facit. ſup. de excuſ. tu. plane. Et ex quibus
a præſumatur ſcientia, dic † quod ex tribus. Primo quando fuit præſens actus. Secundo quando fuit mihi denunciatum. Tertio quando publice dicebatur. iſta eſt gloſſ. in l. ſi tutor. C. de peri. tut.
3 Item † plus punit delinquens in ciuitate, quam in comitatu. l. 3. C. de inceſt. nup. ibi, pœnam augentes. Item nota hic, quod fit de mane in aurora, dicitur fieri de die. a Idem dico, ſi aliquid fit inter diem, & noctem de ſero. nam attribuam diei. licet enim medium naturale pertineat communiter ad extrema, vt no. Dy. in l. 3. ſupra eodem. tamen in pœnis ſunt pœnæ mitigandæ: & ideo ſi maior eſt pœna de nocte, quam de die, in iſto dubio iudicabo tanquam de die, arg. l. ſi præſes, inf. de pęn. & l. interpretari. nam dies eſt poſitio lucis, & nox eſt priuatio lucis, l. hæc verba. ſ. de verbo. ſign. Item cum ſol eſt ſuper terram, dies eſt, l. 1. C. de caſto. reo. Ibi, dum tex. dicit, viuens moritur, facit ad quæſtio-
4 nem præfatam, † quia qualitas, per quam pęna aggrauatur, dẽt eſſe certa. ſed hic non habet certitudinem, quando factum eſt de mane vel ſero. ergo &c. & ideo pro benigniori parte præſumitur. & aliquantulum hic tangitur per Bar.

ADDITIO.

a De die. Adde Fel. in c. conſuluit circa fi. 3. col. de offi. deleg. & Fed. de Senis in conſ. 44. & in 256. & d. Alex. de Imo. hic in col. 2.

LEX XXVI.

Filiusfamilias. Licet filius ſit miles, pater in eo habet ius paternum, & poteſt ipſum exhæredare. h. d. Bald.

LEX XXVIII.

1 *Cohæres poſt mortem filij datus facit valere exhæredationem.*
2 *Dies incerta poteſt apponi inſtitutioni.*
3 *Vſusfructus non cedit niſi ab adita hæreditate.*

§. Filius a patre. Si ſolus filius hæres inſtituiť ſub condõne, licet in defectum conditionis exhęredeť, nihilominus eſt ſuus, & neceſſarius hęres patris: ſecus, ſi habet cohęredem etiam poſt mortem ipſius filij. hoc d. princip. ſecundum intellectum gloſſ. ſed ſecundum Iaco. & Cyn. in ſecunda parte iſtius princ. filius erat inſtitutus pro parte ſub condõne, & in defectum conditionis erat datus ſubſtitutus, ſeu cohęres, & filius exhæredatus. Item erat datus alius cohæres poſt mortem filij. hoc ideo dicit Iaco. & Cy. ad hoc ut exhæredatio filij poſſit confirmari in vita filij per hæredem ſcriptum in vita adeuntem. & totum hoc dicunt vt fugiant. contra. de l. ſi ita ſcriptum, § teſtamentum, ſup. eodem. & iſte eſt planior modus euadendi contrarium. Caſus eſt, pater habens filium vagabundum in poteſtate, inſtituit ſolum eum hæredem ſub condõne, ſi reuerteretur ad patriam, & ſi non reuerteretur, eum exhæredauit: deinde moritur pater: tandem moritur iſte filius extra patriam. Quæritur, vtrum filius iſte moriatur ſuus hæres patris? Et reſpondet, quod ſic talis enim pater deceſſit inteſtatus: nam cum inſtõ non habet locum, nec exhæredatio ſuit ſortita effectum, cum nemo ſit qui poſſit ex teſtamento adire & exhæredatio. confirmare. Et hoc primo. Sed quid ſi dictus filius fuit hæres inſtitutus pro parte ſub conditione prædicta, & in defectum

con-

conditionis exhæredatus, & habuit cohæredem pro alia parte inſtitutum, collata eius inſtitutione poſt mortem filij. Nunquid tunc filius pendente conditione decedens erit ſuus hæres? Reſpondetur, quod non. Nam non ex teſtamento, quia nõ impleuit conditionem, nec ab inteſtato: quia illud teſtamentũ non eſt in cauſa inteſtati propter cohæredis inſtitutionem, & propter exhæredationem, quæ confirmatur, ſeu poteſt confirmari adeunte cohærede. ¶ Quæro vtrum in primo caſu iſtius legis pater ſit inteſtatus a principio, an in vltimo momento, quo deficit conditio? Reſpõdeo, quod eſt inteſtatus ab ipſo principio. natu exhæredatio, quæ non eſt poſſibilis confirmari, non eſt exhæredatio; ſequitur ergo, ꝙ filius pendente conditione fuit præteritus, & ſic teſtamentum nullum ab initio, & hoc non prout intelligis in conditione caſuali, vel mixta, ſed prout intelligis in conditione poteſtatiua, quæ non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu; tunc pater non efficitur inteſtatus niſi in momento, quo deficit conditio, vt dixi ſupra eod. ſi filius hæres. tamen eſt aduertendum, quod non eſt neceſſe in defectum talis conditionis filium exhæredari, vt infr. de bo. lib. l. libertus ſub conditione. & ideo Iaco. & Pet. dicunt, ꝙ in lege noſtra, quæ loquitur de exhæredatione neceſſaria in defectum conditionis, male ponunt exẽplum de conditione poteſtatiua. & idem tenuit Din. & Cyn. C. de inſti. & ſubſt. ſi pater. Venio ad uer. hæredem autem & op-
2 ponitur. † dicitur hic, quod cohæres poſt mortem filij datus facit valere exhæredationem. contra ſupr. eod. l. ita ſcriptum. §. teſtamentum. vbi dicitur, quod filius poſt mortem non poteſt exhæredari. hic autem eſſet exhęredatus poſt mortem. Quare male reſpondet gloſſ. ꝙ imò iſta exhæredatio incipit viuente filio, nam ſtatim quod certum eſt conditionem non extituram, & p conſequens exhæredationem non habere locum, immediate cohæres poteſt adire etiam viuo filio, & ſic non ob. ergo inſtitutus poſt mortem filij non expectabit mortem filij, & erit hæres ante diem incertam ſecundum iſtam opin. Sed contra hoc ar-
a guo ex ipſa ea. gl. † dicente, ꝙ dies incerta poteſt apponi inſtitutioni, & operatur idem quod conditio. ergo ante mortem filij iſte cohæres non poteſt adire. ſuſtinendo glo. dico, ꝙ tunc eſt verum, ꝙ dies incerta debet expectari, quando per iſtam expectationem teſtamentum non redderetur nullum exiſtente die: ſed quando diſpoſitio teſtatoris redderetur nulla expectando diẽ,
a Tunc dico, ꝙ dies tanꝗ impoſſibilis de medio admouetur. a & ita eſt hic: ideo enim pręuenitur in tempore ad hoc, vt exhæredatio poſſit firmari, cum alias teſtamentum eſſet nullum vitio præteritionis ſupra. Sed contra hoc ob. fortiter dictus. §. teſtamentum. ſed reſpondeo, ꝙ ibi plus deliquit teſtator, quia ibi filium nullo modo inſtituit, ſed mere exhæredauit. Vnde odio teſtatoris dies non amouetur, & teſtamentum eſt nullum ſecundum Iacob. de Are. & Cyn. Iſta fuerunt viſa verba non multum probabilia. & ideo dixerunt, ꝙ hic erat datus cohæres, vel ſubſtitutus alius in vita filij, cuius inſtitutio firmat teſtamentũ tam quo ad ſe quàm quo ad hæredem ipſius filij ſecundum iſtos. Bar. in hoc puncto vadit maſticando, & non eligit: ſed pro certo iſta opin. eſt tutior. Ego dico, ꝙ hic eſt ordinaria, per quã determinatur hic quæſtio olim, vt mihi videtur, diſputata per Mat. Syl. quæ talis eſt. teſtator vxorem reliquit hęredem, & vſu fruct. in vita ſua, & poſt mortem vxoris inſtituit hęredem fratrem ſuum. Modo quæritur, an vxor poſſit habere vſumfru. & videtur ꝙ non. nam aut dices, ꝙ iſta veniet ab inteſta. & iſtud eſt falſum, quia ſperatur hęreditas adiri ex teſtamento. Aut dices, quod habeat ex teſtamento; & iſtud falſum, quia ex teſtamento non poteſt adiri hęreditas, niſi mortua vxore, cum hęres ſit
3 inſtitutus poſt mortem vxoris. † ergo vſusfructus non poteſt de-
b beri, qui non cedit niſi ab adita hæreditate, b vt in §. in nouiſſimo, in l. vnica. C. de cad. tol. teſtator ergo hic videtur prępoſteraſſe, & diſpoſuiſſe impoſſibile. Ego dico, quod videtur per hãc glo. dicendum, ꝙ ad hoc vt non vicietur teſtamentum, ꝙ dies iſta amoueatur de medio, & ꝙ ſtatim poſſit adiri hęreditas ex teſtamento, nec expectabitur mors quantum ad ius adeundi: ſed ſolum quantum ad efficaciam emolumenti, per gl. noſtrã. Vltimo facit iſte tex. ad no. §. ſi pars hęre. pe. l. 2. vbi formatur quæſtio, an ſi inſtituo vnum pure, & alium ſub conditione, interim an pure inſtitutus ſit hęres in ſolidum, de quo dic ut ibi.

ADDITIONES.

a Admouetur. Adde Pau. de Caſt. qui hoc idem. ꝙ Bal. hoc ſequitur addendo & aliam reſp. & intelligendo iſta verba poſt mortem filij. i. moriente filio, ſicut econtra. in l. ſi quis poſthumos. § ſi filium. ſup. eo. & exponẽdo, eo moriente. i. eo mortuo, ſed vide tamẽ Aug. & Imo. hoc qui dicunt iſtud iure nõ probari, imo eſſe cõtra d. l. ſi ita ſi. ſup. eo. p rõnes, quas hic vide p eos quod referendo ſequitur etiam d. Alex. de Imol. hoc in 3. col.

b Ab adita hæreditate. pro qua q vi[illegible] in terminis conſulentem in conſilio ſuo 3. & d. Alex. de Imo. in conſ. 58. in 3. & in conſ. 55. in 4. parte, & Ludo. in conſil. 71.

1 *Poſthumus dicitur quatuor modis.*

1 §. Filiusfamilias. Ille, qui redigitur in patriam poteſtatem morte am. præteritus patrem teſtamentum rumpit vt poſthumus. h. d. † Et no. quod quatuor modis dr̃ poſthumus, ſcilicet per natiuitatem, per adoptionem, per incipere tenere primum locum, & per incidere in patriam poteſtatem. h. d. Adde quintum modum, ſcilicet per legitimationem, vt dicam in l. Gallus. In tex. habens filium. quem præterijt. Iac. de Are. In tex. in eiuſdem, ſcilicet aui. In tex. ibi, deceſſit. alias ſuum teſtamentum non rumperetur. Iac. de Are. In tex. ibi, non quidem. hic arguit, quod non. In tex. ibi, rumperetur. hic ſoluit. In tex. ibi. ſed tu. hic ſoluit, & dicit, quod rumpitur. In tex. ibi, naturali. no hanc differentiam, an aliquid fiat facto hominis, an ordine naturæ. & ideo dicit gloſ. in l. 1. de capi. di. quod iſti qui ordine naturæ efficiuntur ſui, vel alieni iur. non dicuntur per hoc capite minui, & facit infr. de ſecund. tabu. l. prima, §. exigit.

ADDITIO.

a Poſthumus. Quot modis autem dicatur poſthumus. vide d. Alex. de Imo. in rubr. ſup. eo.

§. Si quis. In periculum incidit, qui ſe nimis aſtringit. Vel ſic. Verba ſpecialiter prolata, non poſſunt ad aliud prorogari.

1 *Inſtitutio poſthumi ex vxore poſſibili de futuro, licet non ſit poſſibile, de præſenti valet.*

2 *Poteſtatem habens diſpenſandi a Papa, cum quibuſcunque qualiſcunque ſtatus, non poterit diſpenſare in prohibitis iure diuino, vel naturali, ſed tantum in prohibitis iure poſitiuo.*

1 § Si quis eo. † Valet inſtitutio poſthumi ex vxo. poſſibili de futuro, licet non ſit poſſibile de præſenti. h. d. Dr̃ ergo poſſibile, quod fieri poteſt, licet non ſit, & tene menti. Et facit contra no. i. quod ſeruus. de cond. ob cau. Vel ſic: ſufficit aliquid eſſe poſſibile potentialiter, licet non ſit poſſibile pręſentialiter. Vel ſic poſſibili poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile, & hæc ſunt verba Ariſto. In tex. ibi, in qualicunque ſtatu. No. hunc ſermonem non referri ad prohibita de
a iure diuino, uel naturali. a & † ideo ſi quis habet poteſtatem di
2 ſpenſandi a Papa cum quibuſcunque qualiſcunque ſtatus: non tamen poterit diſpenſare in prohibitis iure diuino, vel naturali, ſed tantum in prohibitis iure poſitiuo: & no. bene.

ADDITIO.

a Vel naturali. Quod no. no. dig. d. Alex. de Imo. & dicit ad hoc facere no. per eundem Bal. in l. eam quam, C. de fideicom. in ver. interrogatus fui, cũ ver. ſeq. & aliter teſt. in Cle. paſtoralis, in ver. cæterorũ, de re iud per quẽ tex. Spe. & Io. And. in tit. de loc. § nunc oſtendendum ver. 18 di, quod ſi Papa, vel Imperator in literis ſuis dicant ſupplẽtes omnem defectũ, &c. non extenduntur ad illa verba ad defectum iuris naturalis, & idem refert tenere Arch. 66 di. genomũ ſi, & Ang. de Bu. & Imo. in c. 3 de tráſ. vt hoc late, vide per eum, & quod voluit, eũdẽ Bal. in conſ. 70. in 6. vol.

LEX XXIX.

1 *Continuatio de lege ad legem non eſt facienda, quia ll. non ſubordinantur adinuicem.*

2 *Corpus totum iuris in quatuor partes diuiditur.*

3 *Poſthumus alienus ex lege 12. tab. non poterat inſtitui.*

4 *Suus hæres poteſt quis naſci, vſque ad 10. menſes poſt mortem patris.*

5 *Neceſſitas duplex eſt, alia præciſa, alia cauſatiua.*

6 *Verbum, poteſt, vbi lex procedit tradendo regulam, vel dando formam, inducit neceſſitatem.*

7 *Potentia triplex eſt, naturæ, iuris, & hominis.*

8 *Dies termini ſecundum artem non computatur quandoque in termino, ſecus ſecundum naturam.*

9 *Maſculinum an & quando concipiat fœmininum.*

10 *Natus ex ea, quæ a pluribus in ſimul eodem tempore cognita ſit, cuius filius præſumatur.*

11 *Filium naturalem vocans ſimpliciter filium in teſtamento, facit ipſum legitimum l. authoritate, niſi inter teſtatorem, & matrem filij naturalis non poſſet eſſe matrimonium.*

Gallus: Circa lectu. huius legis ego procedam hoc ordine, quia primo continuabo eam ad ſuperiores. ll. Secundo diuidam. Tertio ponam caſum, & literalia exponam. Quarto colligam notabilia. Quinto opponam. Sexto formabo quæſtiones. Et vltimo inducam eam in argum. ad plura, quæ erunt valde vtilia, & bona. Et redeo ad primum, & quidam di-
1 cunt, quod non dꝫ continuari, † quia non fit continuatio de lege ad legem, ſed de rubrica ad rubricam: ſed confiteor, quod nõ fit continuatio de lege ad legem de neceſſitate, quia leges non ſubordinantur ad inuicem: item nec etiam continuatio rubricæ ad rubricã eſt de neceſſarijs, ſed operatur ad bene eſſe, id eſt, vt primis quibuſque proxima copulata procedant, ut inf. de fun. inſtr. l. cum de lanionis. § aſinam, & l. 2. ſupra de ſtat. ho. Vt igitũ iſtam l. ſolemnius explicem, continuabo dupliciter. Primo ſic. dictum eſt, ſupr. de vere poſthumo, nunc de quaſi poſthumo vno reſpectu, & vere poſthumo alio reſpectu. Secundo ſic. dictum eſt, ſup. qualiter poſthumi pręteriti rumpant teſtamẽtum, in hac l. ponitur qualiter prouideatur, ne rumpant, & iſta ſecunda eſt melior continuatio. Venio ad ſecundum. ſ. diuiſionem, & dico, quod iſta lex diuiditur tribus modis. Primo generaliter. Secundo ſubalterne. Tertio ſpecialiter. Prima diuiſio eſt, ꝙ iſta l. diuiditur in duas partes. Nam in prima parte ponitur ius antiquum

Gal-

Galli. In ſecunda ius nouum legis Velleię. ſecunda ibi, Velle.
Simili modo diuiditur corpus iuris.ſ. in ius vetus.ſ. 12. tab. &
ius nouum, vt l. 2. de orig. iur. diuiditur ſubalterne in quatuor
partes. Primo ius vetus Galli vſque ad §. nunc de lege. Secun-
do in ius nouum Vellei. vſque ad §. ille caſus. Tertio prouiſio in
caſu difficili vſque ad §. Iuliano. Quarto inducit duo capita le-
a gis ad prouiſionem caſus difficilis vſq; ad fi. l. † Et ſic totum cor
pus iuris diuiditur in quatuor partes. Primo in ius vetus ff. Se-
cundo in imperialem conſtit. Tertio in nouellas inſtit. Quar-
to in ius authenticorum. Tertia diuiſio eſt ſpecialis, & in hac
ſequere Din. qui diuid. i. l. iſtam in tres partes. Nam in prima
parte ponit conſilium Galli, & reprehenſiones, & ſuppletiones
Scæuolæ, breuis ordinatio. teſta. & quædam dubitabiles quæ-
ſtiones, & tres regulas generales. In ſecunda duo capita legis
Velleiæ. In tertia, prouiſio Iul. in caſu difficili. Prima durat vſ-
que ad §. nunc de leg. Secunda ad §. ille caſus. Tertia vſque in fi.
Item prima ſubdiuiditur in quinque partes. In prima ponitur
conſilium Galli. In ſecunda reprehenſio, & ſuppletio Scęuolæ,
In tertia, breuis ordinatio teſtamenti. In quarta, dubitabiles
quæſtiones. In quinta, regulæ generales. ſecunda ibi, quidam.
tertia ibi, inſtituens. quarta ibi, ſi eius. quinta ibi, in omnibus.
Verum, quia ſuppletiones ſunt circa plura, id eſt, circa perſo-
nas, & caſus, quibus nepos, & pronepos incipit eſſe ſuus, ideo
ſecunda in duas diuiditur. Prima ibi, ſed & quid ſi tantum, &
ſupple circa perſonas ibi, circa caſus, qui ex interpreta. morti
aſſimilantur vſque ad §. inſtituens. Adhuc ſecunda in tres diui-
ditur. In prima reprehendit de ſuperfluitate verborum. In ſe-
cunda de ſententiæ breuitate, ſeu de inſufficienti prouiſione
ſupplendo circa pronepotem tripliciter. Primo, quando extat
nepos tantum, ex quo ſperatur pronepos. Secundo, quando fi-
lius tantum. Tertio, quando filius, & nepos. In tertio vero po-
nitur determinatio proximi dicti ſeu ratio præcedentium. Pri-
ma vſque ibi, idē &c. ſecunda, ibi, ita ſane, prout determinat pro
xima, vel vſque ibi, ne ſucceſsione, prout eſt ratio præcedētium
9 ſm Di. † Et ad euidentiam præmitte, quod de iure antiquo. in l.
12. tab. poſthumus alienus non poterat hæres inſtitui, vt in ſ. de
le. §. poſthumus, & §. poſthumos, & ideo cum temporibus Gal
li vigeret ius l. 12. tab. nepos naſciturus, quem filius præcede-
bat, tanquam poſthumus naſciturus non poterat hæres inſti-
tui: tamen per Gallum Aquilium fuit inductum, ꝗ poſſit hæ-
res inſtitui, nec teſtamentum eius agnatione rumperetur: vnde
Gallus in hoc duo facit: quia introduxit facultatem teſtandi
circa poſthumum alienum, cum ſuus erit. ſecundo inuenit for-
mam, ſub qua debetur teſtamentum ordinari, & quod hoc ſit
verum, probatur, ỹ. eo. l. §. ille caſus, ſm Ia. de Rai. & Bar. & om-
nes alij dicunt, quod non eſt verum, quod Gal. introduxerit fa-
culta. ſed tantum inuenit formam inſti. & ſubſt. cum etiam de
iure antiquo poſthumus alienus poſſit hæres inſtitui, vt l. filius,
de teſta. & ỹ. de leg. 1. l. legari, & l. hæredi poſthumo, & ỹ. eo. l. §. il
le caſus. In tex. ibi, induxit id eſt de nouo inuenit. Din. In tex. ibi,
ſi filius ſcilicet ab auo inſtitutus. In tex. ibi, viuo me. i. auo. In
tex. ibi, meam, ſcilicet aui. In tex. x. menſibus, iſti x. menſes nu-
merantur a morte genitoris, non a morte teſtatoris. In tex. ibi,
moreretur. i. infra x. menſes poſt mortem filij mei. Din. Et in
iſta l. pone caſum primo vſque ad ver. quidam recte. & dic ꝗ q-
dam paterfami. habens in poteſtate filium, & nurum prægnan-
tem, volens facere teſtamentum ita, vt agnatione poſthumi ne-
po. non rumperetur, quæſiuit conſilium a Gallo, qualiter debet
teſtamentum ſuum ordinare. qui Gallus ſic conſuluit, ꝗ iſte in
ſtitueret filium: nam hoc pro conſtanti ponitur, ꝗ Gallus vo-
luerit, vt ſubſtitueret nepotem naſciturum poſt mortem aui in
fra x. menſes proximos morti patris ſui. hoc d. Ex hoc principio
no. primo, quod vulgaris ſubſtitutus dicitur inſtitutus, vnde ver
bum induuo, eſt verbum directum, vt hic, vt ỹ. ead. l. §. quidā re
cte, & ỹ. ad l. fal. in ratione §. ſi filium. Secundo no. quod nepos
natus poſt mortem aui, patre eius ſubducto de medio, dicitur
4 poſthumus. Item poteſt dici quaſi poſthumus ſm glo. † Tertio
no. quod vſque ad x. menſes poſt mortem patris quis poteſt na-
ſci ſuus hæres. Quarto no. ꝗ poſthumus alienus inſpecto prin.
id eſt, inſpecto tempore teſtamenti poteſt hæres inſtitui, cum
ſuus erit, & fuit introductum per Gallum. Oppo. primo. Gal-
lus dixit poſſe &c. contra. imo debuit dicere, ꝗ erat neceſſe, vt
ỹ. ri. 1. l. poſthumorum. Differunt enim inter ſe poſſibile, & ne
5 ceſſe, vt ſ. de off. præt. ſæpe. & de iudi. l. non quicquid. † Sol. di-
cas, ꝗ neceſſitas alia eſt præciſa, alia accuſatiua: de præciſa au-
tem neceſſitate non cogitur, vt hic ſ. de cauſatiua nunc, vid co-
gatur, refert, aut conſideratur præſens tempus: & non cogitur,
vt ſ. eo ſi quis poſthumos. l. filium §. 1. ỹ. de contratab. filium, &
ỹ. de coll. cum eman. lib. 1. §. ſi pater. aut conſideratur tempus
futurum: & tunc cauſatiue cogitur, ne nepos, qui poteſt eſſe
6 ſuus, rumperet teſtamentum. † Vel dic, quod verbum pōt, vbi
lex procedit tradendo regulam, vel dando formam, inducit ne-
a ceſſitatem. Facit ad ſtatutum, quod dicit, ꝗ poteſtas poſsit a in-
quirere de quibuſdam maleficijs, vt teneatur inquirere de ꝗ-

ſis, & puniatur, ſi per negligentiam non inquirit. Ad hoc facit
quod no. in l. 1. C. de deſertori. lib. 12. Et dic quod verbū Poteſt,
negatiue poſitum importat neceſſitatem, vt quia dicit non poſ-
ſit. c. 1. de reg. iur. in 6. vbi glo. Si vero ponatur affirmatiue. in ll.
reſcrip. vel contractibus nō inducit neceſſitatem pręciſam, ſed
cauſatiuam. fallit in vlti. volu. hanc doct. ponit gloſſ. in l. ſępe. ff.
de offic. pręt. vel dic quod aut ponitur per ſe principaliter depo-
ſitiue, aut incidenter, vt in l. 1. ỹ. titu. 1. & in l. ſi mandauero. §. fi. ſ.
7 mand. & in d. l. dicimr, quod † eſt triplex potentia, naturę, iuris,
& hominis. circa quod vide no. dictum Innoc. in c. ſciſcitatus,
extra de reſcrip. Secundo opp. Gallus dicit, quod nepos debeat
inſtitui. Contra quod imo ſic inſtitutio non valet teſtamen-
tum, quia filius eſt pręteritus, ut ỹ. eod. §. in omnibus, & l. inter
cętera, & inſti. de exhęred. lib. in princ. So. dic, ꝗ Gallus habuit,
& poſuit pro conſtanti, ꝗ filius eſſet primo inſtitutus ſecundū
glo. & Din. & Cyn. & Ray. ſed Bar. dicit. ꝗ ſubſtitutio vulgaris
poteſt fieri non pręcedente inſtitutione ſui hęredis. Vnde dicit
ipſe, quod valet ita ſubſtitutio, ſubſtituo filio meo, ſi mihi ab ī-
teſt. hęres non erit, quia non eſt de ſubſtantia vulgaris, prę pro-
cedat inſtitutio, vt ỹ. de hęred. inſt. pe. char. l. ſi quis hęres. quę l.
b eſt ad hoc no. Sed contra b ipſum videtur tex. ỹ. ea. l. §. ita ſane,
& §. in omnibus, & ỹ. ti. 1. poſthmorū, ver. ne ego, & inſ. de vul.
ſub. l. ſi quis eum. §. fi. vlt. reſpon. & l. ſi mater. § ſi filius. pręterea
ſi ſuo hęredi præterito poſſet ſubſtitui vulgariter, ergo & pu-
pillariter quo ad tacitam vulgarem, quod eſt contra text. infra
de vulga. ſubſtit. l. 2. §. quiſquis. præterea contra Bar. eſt ſup. eo.
ſi ita ſcriptum. §. teſtamentum. non ob. l. ſi quis ita, allegata per
eum, quia ibi non loquitur in ſuo, ſed in alio legitimo, quē nō
eſt neceſſe inſtitui, vel exhaeredari. Iſte paſſus eſt ſubtilis: quare
enim non poteſt ſubſtitui vulgariter ſuo haeredi, ſi ab inteſtato
haeres non erit? nulla enim iniuria fit ſibi. & iura dicunt, quia
ideo teſtamentum eſt nullum ratione praeteritionis, quia fit in
iuria praeterito, vt C. de fideicomm. l. pe. in auth. vt cum de app.
cog. §. aliud quoque capitulum. Reſpondeo illud eſt, quia teſta-
tor imperfecte teſtatur. Vnde eſt potius teſtamentum nullum
ratione imperfectionis, quia omittit gradum, quem non debet
omittere, quam ratione iniuriae. Tertio opp. & videtur, quod
conſilium Galli ſit nullum. nam Gallus voluit prouidere, ne te
ſtamentum rumperetur agnatione nepotis: ſed certum eſt, ꝗ
ſi filius inſtitutus decedit viuo patre, teſtamentum eſt in cauſa
quaſi caduci, & ex hoc capite rumpitur. non agnatione nepo-
tis, ut C. de cad. toll. § pro ſecundo. Reſpondeo, quod debemus
intelligere, quod haberet cohæredem: alias teſtamentum non
rumperetur agnatione nepotis, ſed tanquam quaſi caducū. Quar
to oppo. & videtur, quod Gallus male dixerit, dum poſthumus.
nam nepotes ſunt quaſi poſthumi agnaſcendo. vt inſ. ti. primo
poſthumorum, & l. 3. §. 1. Solu. tria ſunt genera poſthumorum.
nam poſthumus alius eſt verus: alius quaſi, alius vere & quaſi
vere, quia poſthumus naſcit & vere: quia loco alterius agnaſcit,
& quadam fictione cooperante vocatur, & ſic non ob. fictio ſta
tuti in hoc, quia fingitur loco filij ſublati de medio. Quinto op
po. & videtur, quod Gallus male dixerit. i. ſuperflue, & imperfe-
cte. Vnde ob. videt̄ inſ. §. idem recte, & §. idem credendum, &
ſeq §. Sol. dicit glo. confiteor, quod Gallus reprehenditur mul-
tis modis a Scęuola. ſic & Pompo. vt l. Pomp. de neg geſt. Nūc
venio ad quaſdam quæſtiones breuiter, & primo quæro, quare
Gallus non dixit de nepote ex filia, ſicut ex filio? Reſpondeo
quia nepos ex filia non eſt ſuus hæres, & eius præteritio habet̄
pro exhæredatio. vt inſti. de exhær. lib. §. mater. Secundo, facta
ſubſtitutione ſecundum conſilium Galli, an ſi nepos naſcitur in
vita aui, rumpit̄ teſtamentum? Et reſpondeo, quod iure veteri
rumpebat: alias non eſſet neceſſaria prouiſio legis Velleiæ in
hoc caſu, quod eſt contra §. nunc de leg. inſ. eod. ſed iure nouo
non rumperet, vt C. de poſthum. hæred. inſti. l. fi. Tertio quæro,
quid ſi nepos naſcitur hic poſt 10. menſes, & duos dies, an iſte de-
bet reputari nepos in ſuccedendo? Gl. dicit, quod ſic. contra no.
in l. ſeptimo menſe, de ſtat. hom. & videt̄ expreſſum inſ. de ſuis,
& leg. l. inteſtato. & poſt menſes x. nam iura reputāt hoc impoſ-
ſibile, quod ſecundum naturam eſt minus difficile, & valde raro
contingens, vt in auth. de reſo & ea quæ pa. §. fi. Cyn. dicit h. c.
quod recurrendum eſt ad iudiciū medicorum, licet ſit præſum-
ptio iuris, & de iure: ſed recipit probationem in contrarium ſe-
cundum eum. & idem Bar. tenet. ſed multum ob. ipſis dictus §.
poſt menſes x. quia iuriſconſ. ibi procedit non præſumendo, ſed
ſtatuendo. Quarto quæro, poſito quod iſte reputet̄ nepos, an ve
niat ex illa ſubſtitutione, ſi naſcatur infra x. menſes &c. & vide-
tur quod non, quia ſubſtituto tempore limitata non habet effe
ctum poſt tempus, vt inſ. de vulg. ſub. ſi ita. gl. no. dicit cōtra, qa
modicum tempus pro eodem reputatur, & allegat in l. vlti. C.
eo.

ADDITIONES.

a Poſſit. Vide Raph. Cuma. conſ. 148.
b Sed contra. Vide Petrum de Anch. conſ. 136. vide Oldrad. conſil. 94. in 4. colum.

eo.non ob l.ſi ita,quia aliud eſt cum teſtator apponit tempus, quod naturaliter ineſſe credebat, & tunc videtur apponere per modum deſignationis,non per modum actationis, vt hic,& §. eo. Titius.§. Lucius. Aliud eſt quando apponit tempus arbitrarium, vt l.contra. Quinto & vltimo quæritur, vtrum dies,quo filius moritur,computetur in numero.x. menſium? dicit gloſſ. hic,quod ſic.in tempore enim ſignato per naturam ſemper ha
8 bemus ſequi viam naturæ, & non artis. † ſecundum enim artē dies termini non computantur quandoque in termino,vt l.1.§. ſi quis cau. ſed aliud eſt ſecundum naturam,vt l.3.§. minorem, de mino.& ſupr.de teſta.l.qua æta.& per illam gloſſ. quæ dicit, ꝙ conceptio poteſt fieri in die,quo quis moritur. Dicit Cyn.ꝙ exiſtens in extremo is poteſt contrahere matrimonium cum iſpecta aptitudine naturali poſſit, etiā vltima die generare. quæ aptitudo potius inſpicitur quam actus,vt §.eod.l.ſi quis pol.& l. ſed eſt quæſitum.& remittit Cyn.ad no.per eum in l.1.C.de na tu.lib.in tex.ibi ſpecie tollendæ ſobolis habeat.&c. & ſic matrimonium contractum cum concubina tempore mortis inducit legitimationem prolis, & fuit quæſtio diſputata per Ricard. Ma.nam in matrimonio eſt conſiderare duas cauſas,ſcilicet cauſam per quam,& cauſam propter quam. Cauſa per quam, eſt conſenſus. Cauſa propter quam,eſt concubitus. Vnde illa cauſa ſecunda non eſt de eſſentia matrimonij:facit quod not.xxvij.q. 1.in ſumma.In contrarium facit gloſſ.in l.ſed eſt quæſitum.ſup.
9 eod.† In gloſſ.quæ incipit, abundat.ibi,contineri ſub maſculi-
a no an maſculinum concipiat fœmininum. a aut loquimur in actu odioſo,aut in fauorabili. Item aut profertur a lege, aut ab homine. Item aut circa pœnam incurrendam, aut circa pœnā euitandam. de his omnibus latiſſime per Cyn.per duas columnas,& vltra in l.quicunque.C.de ſer.fugi. & ibi hoc ipſe ponit, an veniat ex propria ſignificatione, vel ex interpretatione vocabuli.Item ponit ibi an habeat locum in ſtatutis, & vide etiam late per Arch.qui ſcripſit in iſto puncto melius,quàm alius.17. q 4.ſi quis ſuadente.& vide etiam per Bar.in l.1.infr. de verb.ſignifi.& vide etiam per Guil.de Cu.in l.1.ſup. depoſi.& vide gl. in c.1.extra,de elec.lib.6. Et an veniat ex propria ſignificatione, vel ex interpretatione,eſt gl.in l.1.J.de verb.ſign.item dicendo, quiſquis,vel quicunque,ſemper intelligitur,ſcilicet homo, vt l. 1.de reg.iur.& iſtud nomen homo comprehendit tam maſcu-
30 lum,quam fœminam,cum declinetur hic & hæc homo. † Vlti mo dicit hic d.Bar.ꝙ magiſter Gentilis dixit domino Cy.ꝙ filius poterat naſci vij.menſe ſecundum medicinam.ix. & x. poſt paucos dies,& xi.menſe,.& etiam xij. Tamen dicit quod raro inueniebatur. Pone ꝙ mulier poſt mortem viri ſtatim tradita ē nuptui.naſcitur filius in xij.menſe,vel x. ita ꝙ poteſt eſſe dubiū
31 an ſit ex primo marito,vel ex ſecundo. Vel quid ſi † vna eſt cognita a pluribus inſimul eodem tempore, cuius filius præſumatur ille naſciturus. Quidam dicunt eſſe diſtinguendum, in cuius domo natus eſt,vt l.vicinis.C.de nup.in l.filium,de his qui ſunt ſui,vel alie.iur. Alij dicunt ſtandum teſtimonio matris,vt l.etiā. ſupr.de proba.& l.vxorem,de manu.teſt. Sed iſtud non eſt bene dictum,quia mater poteſt decipi,vt l.1.§.ſi mulier,de lib. agno. & l.1.§.per calum. ſi ven.no.Iaco. de Bel.diſputauit iſtam quæſtionem,& poſuit eam in l.1.inf.de bo.poſſeſ.ſin tab. Alij dicunt ꝙ debet inſpici,cui magis aſſimilatur,arg.l.ꝙ ſi nolit.§. mancipia ſup.de ædi.edic.Si non apparet,debet inſpici,in cuius domo eſt natus & illius erit,vt l.liberorum.ſup.de his qui no.infa.non placet de ſimilitudine,quia ex cognitione habita per mulierem in actu generandi poſſet alij aſſimulari, vt l. quæret aliquis, de verbo.ſignifi & l.non ſunt liberi.ſupr.de ſta.ho. Alij dicunt ꝙ̄ debent inſpici ſigna, quando concepit mulier, quę ponit Roſ. in l.1.ſupr.ſi mu.ven.no.ſi non apparet,ſtamus conſuetudini ipſius mulieris,& habemus in ſimili in l. non omnes. §. a barbatis.infr. de remi.& l.vel vniuerſorum, de pig.ac.& l.1.§. beſtias. ſup.depo.alias ſtamus peritus illius artis,vt l.1.§.1.de ven.inſpi. & l.quod ſemel,de re mil.lib.12.ſi non poteſt apparere,tunc recur
32 rendum eſt ad illud,quod frequenter accidit. † Item nominando aliquem filium naturalem in teſtamento ſimpliciter filium, non tamen adiecto hoc nomine,naturalem. nam per iſtum ſolum actum legitimatur legis authoritate,vt in auth.ne quis.§.ſi quis.C.de na.li.quod eſt verum, quando reb. ſic ſe habentibus, tunc poteſt contrahi matrimonium inter patrem, & matrem ipſius filij naturalis:alias vero ſecus. nam ſi pater naturalis haberet vxorem,mater naturalis haberet virum, tunc non legitimaretur per iſtum actum illud eſt ſingulare dictum Ioa.And. quod non eſt alibi in c.per tuas,extra qui filij ſint legi. & vide etiam quod ipſe dicit in c.tanta,eo.ti.Bal.

ADDITIO.

a Fœmininum.an maſculinum concipiat fœmininum,vide Fulg. conſ.18. 34.39 & 16.& 121 Pet de Anch.conſ.112.Rap.Cu.conſ 84 & 166 Alex.conſ.60.80.& 115.Bal.conſ.112.v.lib.

1 *Reprehendi de ſuperfluitate verborum quis poteſt.*
2 *Inſtituo,quandoque ponitur pro ſubſtituo.*
3 *Subſtitutio vulgaris fit verbis affirmatiuis ſine vlla conditione.*
4 *Verba ſimpliciter prolata ad iuris intellectum ſunt referenda.*
5 *Concluſio in libello ſemper attenditur.*
6 *Superfluitas quando reprehendi poſſit.*
7 *Conditio interdum ſubintelligitur ex natura actus.*
8 *Copula quando cadit inter perſonas,inter quas verſatur ordo iuris, & ordinata charitatis,tunc talis copula non habet coniungere, nec faciunt ſibi partes,ſed primo vocandus proximior, & eo excluſo vocatur ſequens in ordine.*
9 *Filio naturali nulla debetur legitima, nec præteritus rumpit teſtamentū.*
10 *Auus paternus poteſt relinquere nepoti legitimo ex filio ſpurio.*
11 *Cautela vt relictum nepoti legitimo ex filio ſpurio, non cenſeatur relictum contemplatione filij.*
12 *Frater legitimus,& naturalis fratri ſpurio non ſuccedit.*
13 *Extremum ſapit naturam medij,per quod peruenitur ad ipſum cauſaliter, & effectiuè.*
14 *Priuilegium conceſſum Doctoribus intelligitur conceſſum etiam filijs, nō ordine ſucceſſiuo,ſed inſimul in his, quæ poſſunt inſimul concurrere.*
15 *Priuilegium in dubio intelligitur conceſſum perſonæ.*

§. Quidam recte. Poſito conſilio Galli, hic incipiunt reprehenſiones Scæuolę. & ponitur hic prima reprehenſio de ſuperfluitate verborum. & ſic pone caſum retento eodem themate. fuit quæſitū a Scęuola,vtrum eſſet neceſſe ꝙ teſtator vteretur tot verbis in ea forma, vt tradidit Gallus? & reſpondit iuriſcon. Scæuola,& dicit quod ſufficit ſine tanta ſuperfluitate verborū, videlicet vt dicat teſtator ſimpliciter,inſtituo filium, & nepotem naſciturum ex eo: & tunc eo caſu valeat inſtitutio nepotis, quæ ex verbis Galli concipi.ſ.elici poteſt,ſcilicet mortuo filio viuente auo, & nepote nato poſt mortem aui. & dicit Scæu. ꝙ quidam hoc dixerunt recte.hoc d. In tex.ibi, credunt, ſcilicet ꝙ valet inſtitutio filij, & ſubſtitutio nepotis, ne teſtamentum rumpatur ſecundum Di.In tex.exprimat ſcilicet teſtator. In tex.ibi.inſtituat,ſcilicet filium & nepotem naſciturum ex eo Din. In tex.ibi,valeat,ſcilicet inſtitutio nepotis. Di. In tex.ibi qui ſcilicet caſus.In tex.ex verbis.ſ.Galli. In tex. concipi id eſt elici.ſeu comprehen-
1 di. Din.† No.primo quod quis poteſt reprehendi de ſuperfluitate verborum. Secundo no.quod antiqui corriguntur per iuniores,quia,vt dixit glo.in proœ. huius l.quanto iuniores,tanto perſpicatiores. Tertio no.quod in dubio præſumitur fieri,quod de iure poteſt procedere, quod eſt not. ſecundum Cyn. & alios. Quarto no quod verbum inſtituo,quandoque ponitur pro ſub
2 ſtituo.† Item verbum ſubſtituo ſine vlla condi. prolatum intelligitur de ſubſti.vulgari per l.qui plures: quod eſt bene no.iſtud dixi a Bar.extra ſcholas. Quinto nō quod licet de vera,& propria natura copulæ ſit ad paria copulare & coniungere: tamen quandoque non inducit coniunctionem, ſed ordinem.& hoc eſt ideo, quia ratio iuris & voluntatis non patitur hic ꝙ copuletur ad paria,ſed ꝙ teneatur per modum ordinis.Sexto no.ꝙ vno verbo poteſt fieri inſtitutio,& vulgaris ſubſtitutio. vnde verbo inſtituo, hic quod vnicum verbum relatum ad filium importat primum gradum & relatum ad nepo. importat ſecundū
3 gradum vulgaris ſubſtitutionis.† Septimo no.vulga.ſubſti.fieri verbis affirmatiuis ſine vlla condi. negatiua expreſſa.facit C.de
4 de hære.inſt.l.fin. Octauo & vltimo no.†quod verba ſimpliciter prolata ad iuris intellectum ſunt referenda. facit quod no.infra de dam.infec.l.damni.§.& quod in ſtipu per Iac. de Are. Opp. ꝙ Scæ.male reprehendat Gallum de ſuperfluitate, in quam ipſemel Scæ.incidit,vt J.eo.l.§.idem credendum ibi,vt dicat,&c. So.vt ibi no. nam Scę. loquitur ibi referendo verba Galli, non autem verba ſuperflua ad probandum, & ſic non ob. Ex hoc no.ar.ꝙ aliud eſt aliquid recitare, aliud ponere.vnde ſæpe in libellis & articulis quædam referimus,quædam negamus,tamē in dubio debemus ſtare ei,quod in libello continetur, vt l.cum precum,de lib.cauſa.in l.a.C.de inſti.& ſubſti.in tex.ibi,cum his quæ libello complexa eſt,& in l.rura, de omni agro de ſer.lib. 11.C.& an poſitionem ſemel negatam poſſit confiteri,vel ecōtra,vide glo.in ca.ſi.de iureiu.lib.6.& inſti.de acti.§.Item mixta. & ideo practica eſt ſingularis quod facta confeſſione per partē & reſponſione articulis, ſemper pars dicat & hoc præſente tali,& dictas reſponſiones acceptante, inquantum faciant pro eo, & aliter non.nam ex poſtfacto reuocari non poterunt,vt l.ſicut,
5 de act. & obl.† Item in libello ſemper attenditur concluſio,vt in c.ſuper literis,vt per Inno.extra, de reſcr.Item licet ego proponam actionem ineptam quantum ad factum narratum in libello:ſi tamen propono factum rite ſufficit;ita tenet Innoc. & non reperitur alibi in c.examinata,extra, de iud & adde l. 2. C. de iure annu.aur. vbi habetur ꝙ producendo inſtrumentum legitimationis probatur ipſum producentem fuiſſe ſpurium. Secundo op. Scæ. reprehendit Gallum de ſuperfluitate & inſufficientia,hoc eſt impoſſibile:cum hæc ſint contraria, vt J.de verbo.ſign.hæc verba. So. ſuperfluitas reſpicit verba, inſufficientia reſpicit mentem & ſententiam Galli vnde quia referuntur
6 ad diuerſa, non poſſunt dici contraria, ſed diſparata † Tertio oppo. & videtur quod Gallus non poſſit reprehendi de ſuperfluitate,

ſluitate, quia non ſolent quæ abundant viriare ſcripturas, maxime cum hoc tendit ad declarationem, vt inf. de reg. iur. non ſolent. & l. quæ dubita. Sol. circa hoc dic aut verba ſuperflua ponuntur in ꝯtractibus, & non vitiant: & ita loquitur d. l. non ſolent, & l. quæ dubitan. Aut apponuntur in legibus, quæ non ſunt regulæ; & tunc ſimiliter non vitiant l. certi con. ſi cert. peta. Aut apponuntur in legibus, quæ procedunt per modum regulæ, tūc legumlator eſt dignus reprehenſione, vt hic, quia regulā, debēt eſſe breuis ordinatio, vt ℑ. de reg. iur. l. 1. Quarto opp. & videtur ꝙ hic Scę. loquitur imperfecte, cum non faciat mentionem niſi filij & nepotis. vnde dicitur incidere in vitium, de quo reprehendit, vt ℑ. in §. idem credendum. So. dico ꝙ hic Scę. redarguit Gallum de ſuperfluitate. de inſufficientia vero redarguit ibi. & quod ibi dicitur ad hunc §. trahitur, & ſic non ob. Venio ad quæſtiones, & primo quæro, quomodo debet exēplificari iſte §. reſpondet gl. ꝙ exemplificatur pluribus modis: primo ſic, inſtituo filium meum: & ſi quis mihi nepos ex eo poſt mortem meam naſcatur, hæres eſto. in hoc exemplo non fuit facta mentio de morte filij: tamen tacita intelligitur, & ex hoc no. ꝙ in-
7 terdum conditio ſubintelligitur. †nam conditio interdum ſubintelligitur ex natura actus, vt hic. interdum ex natura rei, vt infra de condi. & demon. l. 1. in fin. Interdum ex tacita repetitione, vt ſ. de pac. l. item quia §. idem Iulianus, & de verb. obl. l. Titia, §. idem reſpondit. & quia iſti ſunt pauci caſus, ideo text. dicit conditionem raro ſubintelligi, vt ℑ. de verbo. obli. l. ſi ita iſti, §. Chryſogonus, in fi. No. etiam relata gl. ad tex. ꝙ interdū ſimpliciter dicitur fieri, quod fit conditionaliter, quando conditio ineſt de natura actus: & iſtud etiam mul. no. nam ſi caueretur ſtatuto, ꝙ debet poſitioni ſimpliciter reſponderi, poteſt tamen reſponſio conditionari ſecundum naturam rei, vel actus. Secundum exemplum gl. eſt, quando teſtator non eſt locutus per conditionem ſed per relationem, vt inſtituo nepotem qui naſcetur, &c. nam iſti caſus ſunt pares dicere, ſi naſcetur, & qui naſcetur, C. de po. hær. inſti. l. fin. Tertium exemplum eſt, quando teſtator dixit, ſi filius hæres non erit, nepotem ſubſtituo. quæ ſubſtitutio intelligitur in caſu Galli. & iſtud eſt valde no. nam ſubſtitutio vulgaris de ſui natura comprehendit caſum, ſi hæres non erit, quia non potuerit, vel quia noluerit, vt C. de hære. inſti. l. cum proponas. ſed relata ad conſilium Galli non comprehendit niſi illum caſum, quia non potuerit. vnde ergo procedit iſtud? reſpondeo, tunc in l. duo caſus continentur, quando nō repugnat conditio ſubſtituti: ſed hic repugnat conditio ſubſtituti. nam ſi filius nolit eſſe hæres poſt mortem patris nepos non vocatur, quia poſthumus alienus, cuius pater eum præcedat. hodie tamen de iure nouo cum poſthumus alienus poſſit hæres inſtitui. iſta vulgaris ſubſtitutio non reſtringeretur ad conſilium Galli: & ideo caue tibi a gl. quia loquitur ſecundum ius vetus Galli limitando l. 12. tab. Quartum exemplum eſt, filium inſtituo, & nepotem ſubſtituo: ex quo exemplo no. ꝙ verbum ſubſtituo intelligitur de ſubſtitutio. vulgari. ¶ Quintum exemplum eſt,
8 filium, vel nepotem inſtituo. ex hoc no. † quod quando copula cadit inter perſonas, inter quas verſatur ordo iuris, & ordinatæ charita. tunc talis copula non habet coniungere, nec faciunt ſibi partes: ſed primo vocandus proximior: & eo excluſo vocatur ſequens in ordine; quod eſt no. dignum. Secundo quæritur, quid ſi auus habet filium & nepotem natum ex eo, & dicit ita, inſtituo filium. & nepotem meum, nunquid eſt interpretandum quod inſtituat filium, & ſubſtituat nepotem, an vero eſt intelligendum, quod ſint ambo in primo gradu coniuncti, & ſibi faciant partes per concurſum? & arguit hic gloſ primo. ꝙ verba
a intelligantur ordine ſucceſſiuo a argu. noſtri §. quia hoc ſuadet charitas ordinat. nam quando ſunt plures perſonæ, & ſecundū charita. ordinat vni poteſt attribui ſermo per prius, alij per poſterius, ita debet attribui ordine ſucceſſiuo, vt ℑ. de leg. 2. l. pen. §. fratres, & l. cum pater §. pen. & l. cum ita legatur, §. in fidei, & ℑ. ad Treb. hæredes mei. §. fi. In contra. videtur expreſſe per tres leges, primo per l. vlt. C. de impub. & ali. ſub. ſecundo, & tertio per l. ſi quis Titio, & l. ſi mulieri cum liberis, de vſufr. acc. glo. tenet primam partem, & Din. dicit no. glo. quæ non eſt alibi, & reſpondet ad l. vlt. de impu. & ali. ſub. quod ibi loquitur in extraneo teſtatore, qui ex ordine naturali non tenebatur vni pluſquā alteri. hic autem loquimur in auo, qui per naturale debitum prius tenetur filio quam nepoti ex eodem filio, & illa gl. ſeruatur, quid autem ſi frater inſtituit ſororem, & filios ſororis? dic ꝙ iſti ſimul ſuccedunt ambo per modum ſtatus. non autem p̄fertur ſoror, quia frater extraneus eſt, & nullum debitū bonum ſubſidium per prius debetur ſorori. facit quod no. in auth. de hæ. e. & § 1. Item facit ad aliud, habeo filium baſtardum & nepotem ex ea, & dico ſic, inſtituo filium meum naturalem, & ſuos filios, an iſti concurrant in hæreditate? per iſtam gl. dicendum eſt quod ſic, quia pater naturalis dicitur extraneus, cum nō
9 habeat in poteſt. vt l. vlt. C. de na. li. † & filio naturali nulla debetur legitima, nec præteritus rumpit teſtamentum. iſta eſt no. glo. in l. 1. §. 1. ℑ. de collata. Bar. dicit ꝙ ex ordinata charitate præſumit ordo in modo ſuccedendi, & arguit ſic. diſiunctiua poſita inter perſonas ponitur pro coniunctiua, vt C. de verbor. ſigni. l. placet. Sed ego video in diſiunctiua caſus legum dicentium quod intelligatur quædam ordinatio, vt inf de leg. 2. cum pa. §. pen. & ad Treb. hæredes mei. §. fin. non ob. C. de verbo. ſignific. l. fin. & quia ibi eſt dictio cum, & non dictio, & ſecundum Bar. Nam ea etymologia vocabu. eſt, quod dictio cum, copulat cum quadam connexitate ſecundum Bar. ſed non credo hoc verum, quod ſolus ordo charitatis inducat ordinem ſucceſſionis in perſonis copulatis. & dico quod ſunt tres caſus. primus caſus eſt, quando teſtōr vtitur nomine collectiuo: tunc iſto caſu ſeruatur ordo, & ita loquitur l. peto. §. fratre. Interdum teſtōr vtitur diſiunctiua coniunctione; & idem propter naturam diſiunctiuæ, quæ eſt non per omnia copulare, vt l. cum pa. §. pen. inf. de leg. 2. Interdū teſtōr vtitur coniunctiua coniunctione: tunc dico quod ſolus ordo charitatis abſtractus. i. remotus ab ordine debiti naturalis nō inducit ordinē inueniendo, ſed veniunt ſimul. vnde in legatis & fideicommiſſis non haberet locum noſter § quia legata, & fideicommiſſa non procedunt ſecundum ordinem debiti naturalis: & hoc tenent hic † communiter omnes, & eſt ipſa veritas, quia eſt caſus in d. l. ſi quis Titio, & l. ſi mulieri, de vſufr. accre. modo habuiſtis opin. gloſſ. & Dyn. ſed Iac. de Rau. tenet quod aliud eſt in nepote nato, & aliud in nepote inſtituto ſecundum cōſilium Galli: & dicit quod inter ſi & cum non eſt dr̄ia in coniungendo, vt l. Titiæ textores, § nihil diſtat, de leg. 1. & ſecundum Iac. de Ra. in §. noſtro. ideo nepos non videt̄ coniunctus patri ſuo, quia hoc iure poſthumus alienus non poterat inſtitui, vt inf. eo. l. §. ſi ille caſus, Cy. dicit quod plus placet ſibi opin. Dyn. & gloſſ. & eſt no. dignum. Extra quæritur quid in ꝯtractibus pone, dicit Iacob. de Rau. quidam vendit mihi recipienti pro me, & pro filio meo vineam, vel vendidit vſusfruct. ad vitam meam, & filij mei. Ego dum vixi, percepi integros, fructus. me mortuo iſte filius meus dicit medietas illorum fructuum, debeat pertinere ad eū. & ideo agit contra reliquos hæredes. quæritur an poſſit? refert Iacob. de Rau quod fuit iudicatum quod ſic: quia ex ipſo contractu a principio fuit ius vtrique quæſitum per d. l. ſi mulieri, & per l. ſi quis Titio. ipſe tamen tenet contra. & dicit quod pater in vita ſua videtur emiſſe pro ſe: poſt mortem ſuam videt̄ emiſſe pro filio, vt l. ſi quis operas. & l. vt iuriſiurandi. §. fin. de ope. lib. & arg. noſtri. §. & arg. inf. ſi quis ob. ca. te. Iul. melius facit. ſup. ſol. ma. Gaius. tenens contra opi. reſpondet ad illas l. de oper. li. quod illæ ll. loquuntur in tali re, quę nō pōt pertinere ad filium viuo patre, quia filius non dicit̄ patronus patre viuēte niſi quo operas obſequiat̄. vt in aſſurgendo & ſimilibus; ſed in caſu quæſtionis loquimur in tali re, quæ pōt acquiri filio viuo patre, vt C. de vſufr. l. ſi. ergo debemus ſtare naturæ verborum, & naturæ coniunctionis, ex quo natura actus vel rei non eſt in oppoſitum. Barto. dicit quod ꝯ iſtos eſt glo. or. quæ dicit quod pater recipiendo pro ſe & filijs intelligitur habuiſſe reſpectum tanquam ad hæredes, & non intellexiſſe de concurſu. iſta eſt glo. ord. in l. ſi tibi. §. pactus, de pactis, ſup. quod tene menti. & vide circa iſtam quæſtionem gl. ordi. quam iſti non alle. in auth. item hęreditas, C. de bon. quę lib. Tu circa hoc ſic dicas, aut fit mentio filiorum in cōtractu pater no ſuper re, quæ non tranſit ad aliquem hæredem, vt ſuper vſufruct. & tunc non procedit glo. §. pactus, vt l. ſtipu. iſta, §. ſi quis ita, de verb. oblig. aut ſuper re trāſmiſſibili. & tunc refert aut eſt tranſmiſſibilis ad quemlibet hæredem; & tunc intelligitur de filio vt de hærede, vt l. tale pactum, §. fin. de pact. aut tranſmiſſibilis ſolum ad filios, vel deſcendentes, & refert. aut eſt facta commemoratio hæredis, & intelligitur de iſtis deſcendentibus vt de hæredibus. facit quod no. inſ. ad Treb. l. ex facto. §. fi. aut non eſt facta mentio hæredis, ſed filij tantum, tunc tranſit ad filium nō vt ad hæredē: & in vita patris filius non h. aliquod ius, niſi ſpei, & in h. d. verum Iaco. de Are. & Cyn. hic. Et hęc vera, quādo eſt talis res, quæ non poteſt pleno iure ſimul competere vtrique vt dominium. ſed ſi poſſit ſimul vtrique competat, unde ſi pater acquiſiuit immunitatem ſibi, & filio, ſtatim ſibi, & filio cōpetit: & idē in ſimili iur. in quo non fiunt partes per concurſum. & idem in quolibet ſimili ſecundum Bar. Et ex prædictis ipſe dicit, quod ſi pater acquiſiuit emphyteuſin pro ſe & filijs, ꝙ filij non ſint emphyteutæ in vita patris; b ſecus, ſi pro filijs tantū, vt l. quod dicit̄, de verbor. obliga. Vlterius glo. eſt hic, quando dicit quod nepos acquirit patri adeo quod nec momēto remanet hæres; quod di intelligi quantum ad commodum, non quantū ad inſeparabilem ſucceſſionem nominis, ut plene no. in l. frater
10 a fratre. † In ſecunda glo. magna colligit̄ argum. per Dyn. quod ſicut ſpurius non pōt inſtitui, ita nec nepos ex eo, ſcilicet a patre, licet nepos ſit legitime conceptus? quam quæſtionem format gloſſ. in l. j. C. de na. li. nam ſi nepos poſſet inſtitui ab auo, acquirere-

ADDITIO.

a Succeſſiuo. Vide Ang. 38. & ſeq.
b Patris. Adde Fulg. in conſ. 8. & Bol. in conſ. 12. de loca.

fereret Spurio per iſtam glo.ſed iſtud eſt prohibitum, quia nec directe, nec indirecte poteſt ſpurio aliquid acquiri de bonis patris, vt C.de na.li.l.1.& quod not.de proba.qui teſtamentum,§. Din.non determinat iſtam quæſtionem. Ro.diſputando tenuit quod non valebit inſtitutio iſtius nepotis, quia auus turpi ratione, & affectu videtur ad hoc moueri. eadem enim turpitudine qua mouetur ad filium principaliter, mouetur ad nepotem ſecundario. hoc enim non eſt prohibitum niſi propter turpitudinem inſtituen.vt C.de na.li.l.fin.in ratione literæ ibi, dum dicit, vitium paternum reſtraiandum exiſtimarunt. nam affectio erga nepotem pendet ex filij affectione, vt inſ.de col.bo.dedit dotem. hoc etiam tenet Cyn.l.vlt. C.de na.li.Barto.de hoc plene diſputat.ℨ.eod.l.§.& quid ſi is,& tenet quod iſte nepos ſit inſtituibilis ab auo, quia nulla l. prohibet niſi de filio ſpurio. quam rationē ſuam ſi aduer. ſequitur quod nepos ſpurius ex filio ſpurio ſit inſtituibilis ab auo, quia lex non prohibet niſi de filio ſpurio: quod eſt abſurdum nam ratio legis ponderat vitium paternum: ſed ita eſt quod vitium, quod eſt in radice naturali, tranſit ad poſteros, vt patet in Adam, & plene not.in l.diui fratres, de iure par. & ibi ponuntur omnes caſus, in quibus delictum patris nocet filio. Et ſi dicatur non debet nocere nepoti macula patris, vt dicit Bar. per l.3.§.ſi emancipatus, de contratab. reſpondeo quod non nocet nepoti macula patris, ſed vitium teſtatoris, & defectus cauſæ efficientis, & dicas noc re defectum cauſæ efficientis.i. ipſius teſtatoris. lex enim reſiſtit huic cauſæ efficienti.i.teſtatori ipſi, vt no. C. de hære.in l.ſi pater. Vlterius dico ꝙ in iſta quæſtione fuerunt opin.etiam inter modernos. nam, vt dixi, Cy. tenet ꝙ nepoti legitimo ex filio ſpurio non poſſit auus paternus relinquere. And.de Piſ. ꝙ aut auus relinquebat nepoti contemplatione filij, & non valebat, quia acquireretur filio, vt l.ſed & plures, §.in arrogato, de vulg. ſub aut contemplatione ipſius nepotis; & tunc valeret: ſed quid in dubio? vide gloſ.in l.fin.C.de vſufr.nam in dubio relictum filio videtur relictum ipſius filij contemplatione.& iſtam diſtinctionem, & hoc dictum Bar. confirmat tribus rationibus. Primo quia defectus patris non nocet filio niſi in his quæ ex perſona patris deſcendunt in filio, non in his quæ aliunde, quam per perſonam patris proueniunt, vt l.2.ℨ. de inter. & re. ſed hic nepos non venit per mediā perſonam patris ſui, ſed per ſe,& hoc non eſt prohibitum. Secunda ratio eſt, quia ſi pater nepo.eſt deportatus, & inhabilis, ſuccedit nepos, vt ℨ.eo.l.§.& quid ſi tantum, & ℨ.de ꝯiab.l.1.§. pe. Tertia ratio eſt; quia filius hæreticus non nocet nepoti catholico, vt C.de hæret.l.cognouimus, & auth.idem in Neſtorianis. ergo pari ratione filius ſpurius non nocet nepoti legitime
11 nato: & dicit Bar.hoc eſſe verum.& ꝙ eſt optima cautela in teſtamento adijcere ita ꝙ ex tali relicto nihil acquiratur filio ſpu
a rio; a tunc enim apparet non eſſe relictum contempla. ſpurij, vt C. de bo.ꝗ li auth. excipitur,& hoc caſu præſumitur ꝙ auus ordine naturali, non ex affectu filij moueatur ad nepotem, vt in noſtro §.ar.elt:tamen iſta eſt occaſio,& contemplatio remota, quæ non conſideratur quo ad acquiſitionem fiendam vel impediendam, vt l.ſocium, § fi.ſ.pro ſo. qualiter pater ſuccedit filio ſpurio, vel nāt? dic ꝙ eodem modo, quo ipſi patri.nā in iſtis ſeruatur æqualitas, vt dicit Azo.C.de le.hære.circa fi.& C.de do.li. in 2.col.quod dictum refert d Bar.in l.ſi generi, de his quibus, vt
12 a indi.† & dicit ēt quod frater legitimus, & nālis fratri ſpurio nō ſuccedit, vt inf. vnde co.l.ſi ſpurius,& aduerte ꝙ Bar.pro ſua opi. inducit tres teſtes.1.Iac.de Bel. qui ita tenuit diſputando,& poſuit hic in l.1.C.de na.li.ſecundo inducit Iac But.& Rai de For. qui ita conſuluerunt ſm eum, licet, vt ipſe dicit, Specu.teneat ꝯ in Spec.de ſucceſ.ab inte. Fran.Accu.etiam tenuit opi.iſtam affirmatiuam ꝙ valet, vt patet in additione ꝗ ponit in l.fi. C.de natura.li.nam cum non reperiatur prohibitum niſi de ſpurio: ergo non eſt extendenda prohibitio ad legitimum.nā in iſtis odioſis non eſt pœnalis conſtitutio extendenda; ita tex.dicit in l.fi.de natu.li ideo glo.in auth.quib.mo.na.eff.ſui.§.fi.col 7.reſtringit ſe ad filium ſpurium:& idem Azo.ſimile no.in auth.de re.fidei com.§.manifeſtum, in glo.parua.ſed volendo reſpondere rationibus Bar. facilis videtur reſponſio. Nam omnes rationes ſuæ procedunt, quando vitium, & cauſa impediens non cohæret teſtatori.ſed in quæſtione noſtra vitiū,& cauſa impediēs cohæret teſtatori. prohibetur namque perpetuo odio & perpetua fœditate dānati coitus quo ad ſe, quæ fœditas non purgat̄ natiuitates poſthumi.nepos ergo iſte quo ad auū ꝓcedit ex dānato cō
13 plexu, † quia extremum ſapit nām medij, ꝑ quod peruenitur ad ipſum cauſaliter,& effectiue: licet enim nepos non ſit in auo formaliter, eſt in eo mālaliter,& cauſaliter, vt dicit magiſter ſnīarum in 2.ſnīarum d. 11.& in hoc pondero tex.qui dicit. Ex cōplexu proceſſerunt iſte eſt tex. in d.fin quib.mo.na. effi.ſui.vbi no.duas dictiones, dictionem ex, & iſta facit pro Bar. quia conſueuit denotare immediatam cām.alia dictio eſt Proceſſerunt, quæ ſignificatū primæ dictionis extendit.nam procedere dr̄ ab aliquo non ſolum filius, ſed nepos, & reliqui deſcendentes. ſi quia hoc eſt indefinitum verbum, bene pōt porrigi ad nepotē:

ſe hunc.§.etiam,vſq.ad §.vidẽdum. & dic ꝙ diuidit̃ in quatuor
partes. Nã primo ponit mentẽ ſecũdi capitis. Scdo declarat per
exempla. Tertio ponit verba ſecundi capitis. Quarto ponit effe-
ctum propriæ ſignificationis verborũ. Scda ibi,certa. tertia ibi,
& bene. Quarta ibi,nec ſolum.Pone ergo caſum. dixit.ſ.qđ ꝑ
uiſũ eſt ꝑ primũ caput,ꝙ q naſcat̃ viuo auo,mortuo pr̃e,nõ rum
pat.dicit iur.cõ.ẽt ſi vtroq.parente.i.patre, & auo viuo naſcatur
nepos,nõ vult lex,ꝙ rũpat̃ teſtm̃,quæ ſi dicat, non ſolũ ſi naſcat̃
viuo auo tm̃,eſt prouiſum,ne rumpat ꝑ primũ caput:ſed etiam
ſi naſcat̃ viuo pr̃e & auo,& pr̃ poſtea viuo auo moriat̃, prouiſũ
eſt per ſm caput legis Velleiæ, ne rumpat, & h.d. primo ponit
exẽplũ.pone,pr̃ hẽbat filiũ,& nepotẽ ex eo,vel nepotem,& pro-
nepotem.inſtituit filium, & nepotem,ne ſi filius procederet,ne
pos vt ſuus rumperet teſtm̃.certe mortuo filio,poſtea nepos,vel
mortuo filio, & nepote pronepos agnaſcendo, & in locum ſui
non rumperet teſtamentum.& h.d.ſecundo. deinde ponit intiſ-
con.verba ſecundi capitis commendando ea.& dicit quod bene
ſe habent verba ſecundi capitis.& largã ſententiam habent. Di
cunt.n.ſi quis ex hæredib.ſuis hr̃s eſſe deſierit, quocunq; modo
ſit.

ſit,tunc qui ſuus hæres erit,hæres eſto.bene dico, q̃ habent largam ſententiam,quia pertinent ad oẽs caſus,qui ſuppientur per Sce.in ꝯſilio Galli,vt ſ.diximus.& h.d. Tertio vero ponit effectũ propriæ ſignificationis verborum.& dicit q̃ non ſolum verba ſecundi capitis pertinent,ſi nepos viuo patre ſuo decedit.dictos pr̃ ſuus quod pronepos agnaſcendo non rumpat teſtamentum,ſed etiam ſi primo decedit filius, deinde nepos conuerſo ordine ſupeſtion,quia pronepos non rump t.& attende dicit Scæuo.quod quando primo moriẽ nepos quam pr̃ nepotis, inſtitutio nepotis non fuit neceſſaria: ſed ſi conuerſo ordine primo moritur filius quant nepos, inſtitutio, vel ſubſtitutio nepotis eſt neceſſaria, & includitur in verbis Velle. Si enim nepos ille eſſet præteritus, rumpetet teſtamentum. In tex.ibi, interpretandum id eſt & per exempla declarandum.In tex. non rumpat, quia ſe inuenit inſtitutum Dy. No. h.c q̃ per fin caput legis Velleiæ inſtituitur nepos natus poſthumus: ſed per caſum difficilem poſthumus, qui cum naſcitur,eſt poſthumus alienus,id eſt,non habens iura ſuitatis,bene eſt ſucceſſibilis ex ſubſtitutione,& in hoc differt a primo capite: quia in primo capite naſcebatur poſthumus ſuus.in ſecundo capite alienus.& eſt no.quod in illo ſecundo capite nõ inſpicitur qualitas,quæ ineſt naſcenti,cum naſcitur; ſed inſpicitur ſuitas poſtea ſubſequens,& qualitas poſtea inhærens,quę firmat ſubſtitutionem.Secundo eſt no.quod hæc verba, ſuus hæres,ponuntur pro filio & dicit tex.vel alio deſcendente, qui obtinet primum locum vnde dicit litera, ſi quis ex ſuis hæredibus,referendo ſe ad tempus vitæ teſtatoris,cum tamen viuens nõ habeat hæredem, vt C.de cap.l.nec nos.

1 † Tertio no.quod aliquid dicitur interpretari id eſt declarari per exempla. & licet ſtatuta non reciperent interpretationem, recipiũt tamen exemplorum poſitionem,& declarationem;quia duplex eſt interpretatio.I.intrinſeca.& iſtam ſemper recipiũt. intrinſeca autem eſt illa quæ procedit ex proprietate, vel diffinitione ſermonis, vt inf.de leg. 3.non aliter.§.fi.extrinſeca vero eſt,quam natura verborũ prolatorum non eſt apta comprehendere,ſed venit ex tacita ratione,vt no.Dy in ſimili,de verb.obliga.l.ſciendum. ſed illam non recipiunt ſtatuta ſecundum practicam aduocatorum, de hoc non eſt hic plus dicendum. Oppo.contra primum no.quod inſtitutio poſthumi alieni confirmari non poſ. propter ſuperuenientem qualitatem ſuitatis. vnde videtur ob l.1.inf. de reg.iur. Caſt.Sol.hic erat ſubſtitutio conditionalis, in qua regula Catonis non habet locum. Secundo oppo.ad idem, & videtur quod licet mutetur conditio de nulla in aliquam, non conualeſcat teſtamentum. vnde vr̃ ob,de leg.3.l.1.§.ſi filius. Sol interdum variatur conditio teſtatoris.Interdum condõ ſubſtituti. Primo caſu loquitur ꝯ.l Secundo caſu loquitur hic. circa quod ſic diſtingue:q̃ſq.variatẽ conditio teſtatoris,q̃ſq.hæredis. Primo caſu,aut mutatur conditio de nulla in aliquam, aut de aliqua in nullam, aut de aliqua in aliquam.ſi de nulla in aliquam,tunc refert,aut condõ erat funditus nulla,vt quia teſtator erat filiusfam.vel pupillus,tunc nunquam conualeſcit teſtamentum,quia cauſa efficiẽs eſt funditus nulla,& ita loquitur d.l.1.§.filium,de leg.3. Aut conditio teſtõris non erat funditus nulla,ſed offuſcata,& quodã extrinſeco accidenti impedita,inerat tamen ei potentialiter ſtatus teſtandi,tunc teſtamentum conualeſcit iſte eſt tex.no. in l.de

2 hær.inſti.l.qui ſoluendo.† Et per hoc dico quod teſtamentũ vſurarij manifeſti,qui nõ cauit ſecundum formam. c.quamquam,

a de vſur.lib.6 eſt nullum.tñ ſi poſtea caueat,conualeſcit, a vt ibi no. Ratio, quia ſtatus vſurarij quantum ad teſtandum non eſt funditus nullus,imò ineſt ei potentialiter ius teſtandi.licet ergo impediatur ex accidenti,quia cautionem non dedit.ſi illa cauſa impediens tollitur,quia ſuperuenit cautio, cõualeſcit teſtamentum.& hoc tenet Nic.de Mal.& Bar.inf.tit.1.filio poſt.licet Cy. determinet contrarium in d.§.ſi filius,in ſuis addi.ſi vero conditio teſtoris mutatur de aliqua in nullam, dic.vt no. in l.1.§.exigit,de ſecun.tab & per gl.illam dico,quod ſi quis fecit teſtamentum,dum non erat vſurarius, poſtea eſt factus vſurarius manifeſtus, quia ſuo dei lo conditio ſua eſt mutata de aliqua in quaſi nullam,teſtamentum eius non valet per illam glo. no.ſi autem mutatur conditio teſtatoris de aliqua in aliquam,teſtamentum non vitiatur,vt ſup.eo l.filio.In conditione autem hæredis,quã

3 do mutatur eius conditio,dic,vt dixi in §.forſitan.† Circa iſtum

b § etiam quæritur, vtrum nomine hæredis b contineatur deſcendens, vt ſic fiat relatio ad qualit.perſonæ, an contineatur hæres extraneus,vt ſic fiat relatio ad vniuerſalem ſucceſſionem. circa quod ſic diſtingue ſecundum Bart.aut iſta verba referuntur ad tempus vitæ eius,de cuius hæredib.proferuntur, & tunc intelliguntur de liberis in gradu proximiorib.vt in §.& bene ibi dum dicit.ſi quis ex hæredibus ſuis quod intelligitur. i.ex liberis primum gradum obtinentibus.vnde ſi dico,promittit mihi,& hæredibus meis in vita mea 10.annua! Intelligitur de hæredibus,& liberis.vt ſ de vſufru.accre.ſi quis Titio, ſm vnam lect.quia pro ſucceſſoribus non poteſt poni, cum viuens non habeat ſuccedentem hæredem, vt C.de cap.l.nec nos. Aut iſta verba proferuntur poſt mortem.& tunc refert, aut proferuntur ſuper rem, quæ de ſui natura tranſit ad liberos contemplatione deſcenſionis & generis,non contemplatione hæred. & tunc intelligitur de liberis,ad quos illa res cum apta tranſire ſm ſuam naturam, vt no.J. ad Trebel.l.ex facto.§.ſi. per glo.& Dyn.& in l.in conuentionibus,de verb.oblig per Dyn.& eſt expreſſum in c.ſi clericulus,de alien.feu col.10. Aut proferuntur ſuper re,quæ de ſui natura eſt inſeparabilis a prima perſona ſuſcipiente, & non eſt apta vllo modo tranſmitti, vt ſuper viuſf.& tunc nomen hæredis intelligitur de primo ſucceſſore vl̃i,non de vlteriori, vt J.de verb.oblig. ſciendum, Non obſt. C. de lega.in annalibus,vbi legatum non tranſmiſſibile facta mentione hæredis tranſmittitur ad omnes hæredes,quia ibi res legata erat tranſmiſſibilis de ſui natura.Sed conditio impediebat tranſmiſſionem, quam non impedit facta mentione hæredum ſecundum Bar. Interdum nomen hęredis ponitur ſuper re, quæ tranſit ad quemlibet hæredem de ſui natura.i.aptitudine.& tunc ſubdiſtingue, aut fit mentio hęredis a recipiente, & intelligitur de quolibet vl̃i ſucceſſore in infinitum, quia non eſt ratio aliqua, quare oporteat reſtringi ad certũ hæredem, vt ſup. de proba ſi pactum.C.ut actio.ad hære.& contra hære.l.1.& per Cy.C.de contrahẽ.ſtipu.veteris & per Pe.aut fit mentio a concedente.& tunc refert.aut generaliter intelligẽdo ſequeretur abſurdum,quia prouiſio redderetur inutilis contra intentionem diſponentis,& reſtringitur ad filios,vt d.l.ex facto.§.ſi.& ibi no.aut non ſequeretur aliquod abſurdum,& tunc intelligitur de quolibet hærede ſecundum Bar. Nam vl̃is oratio æquipollet quibuſcunque particularibus ſub ea incluſis,vt dicit Scæuo. in iſto §.& bene in ratione ſui, & J.de reb.dub.ſi is qui ducenta.§.vtrum. Tu in hoc vltimo membro ſubdiſtingue.aut fit mentio de hærede ſimpliciter, aut de hærede qualificato,puta de maſculo hærede.ſi quidem de hærede ſimpliciter, intelligitur, de quolibet. ſi autem de hærede maſculo, intelligitur de proximo deſcendente,& non de extraneo hærede,vt in c.ſi clericulus ſ.alleg.& ita tenet Ra.in quadam q. Secundo quæro,dicit teſtator ita inſtituo Titium:& ſi deceſſerit ſine liberis,ſubſtituo Seium,& eius hæredes.deceſſit Titius ſine liberis iam præmortuo Seio.quæritur vtrum hæredes extranei Seij poſſint ve-

c nire ad ſubſtitu. Ricar.Mal. in quadam diſpu.tenuit,q̃ non,c quia hæc verba, & eius hæredes, poſita in inſtitutione intelliguntur de liberis,non de extraneis hæredibus, & probat ipſe ſic.ſicut ſe habet inſtitutus ad ſubſtitutum,ſic ſe habet hæres extraneus inſtitutus ad extraneum hæredem ſubſtitutum: ſed inſtitutus ſe habet ad ſubſtitutum excludendo. quia teſtator eum prædilexit.vnde pari ratione hæredem extraneum Inſtituti videtur prædilexiſſe hæredi extraneo ſubſtituti, quia tale videtur propoſitũ teſtatoris,vt cæteris paribus prædilexerit inſtitutum,& hęredes ſuos.hoc probatur. J.de cond.& dem. l. Publius § fi.ſecundum Riza.& Bar.quod eſt notandum. Tertio quæro,pone q̃ teſtator dicit ita, Inſtituo Titium, & ſi deceſſerit ſine liberis,ſubſtituo Seium,& eius filios & hæredes. vel dixit ita. Subſtituo Seium, & eius fratres & hæredes.modo quæritur,quod ſit ſignificatum iſtius copulæ,vtrum requiratur q̃ ambo concurrant, videlicet, q̃ ſint filij,& ſucceſſores vl̃es. an vero ſufficiat alterũ iſtorum? dixit Iac. But. in quadam diſpu quod copula quandoque ponitur in ter ſubſtantiua,& tunc ſoluitur in ſingularitates vt l.falſa. §.vlt.de cond.& dem.quandoque ponitur inter adiectiua abſolute poſita non reſpectu vnius ſubſtantiui,& idem, vt l.ea th adiectio.de l.3. q̃ſque ponĩ inter qualitates vni ſubiecto copulatas,tunc requiritur quod qualitates concurrant in eodem ſubiecto.cum ergo copula hic vr̃ cadere inter qualit. ergo requiritur concurſus harum qualitatum,quod ſit filius & hęres veritas eſt in ꝯtrium,quia in themate præmiſſo ſufficit quod ſit filius,licet non hæres, quia poteſt venire ex ſua perſona, licet non veniat

d per viam tranſmiſſionis. Et dic de copula d vtrum requiratur

4 concurſus,vel non,hoc modo diſtinguendum.† Aut loquimur quantum ad veritatem prædicationis,& exigitur concurſus copulatorum,vt J.de reb.dub.ſi is qui ducẽta. §.cum ita,& §.vtrũ. Aut loquimur quantum ad interpretationem iuris, & refert. Aut verba proferuntur a lege, & tunc quælibet pars debet eſſe vera,& requiritur copulata concurrere,vt not. in l. vnde. §.hoc autem a ſuperio.de in.ac.priu. Aut proferuntur ab hoĩe, & refert

ADDITIONES.

a Conualeſcit.Adde Pau de Ca.in conſ. 382 incl.præfatum,& eundẽ Bal. in conſ 332.2.vol. & adde quod valeat abſq; cautione tale teſtamentum, quando teſtatur ad pias cauſas,vt per Pet.de Anch.in conſ 330. & Paul. de Ca in conſ.4.8.in pri.impreſſis.

b Hęredis.Vide ad materiã quę hñr per d.Alex.de Imo.in conſ.56.in 1 col. cum ſeq.in 1.par.& in conſ.105.in 3 col.in prin.& in conſ.21.in pen.col. in 1.par.& in conſ.100.2.dub.& in conſ.92.in fi.vlt.col.& in conſ.117. & in conſ.190.in 1.col. ea.2.par.& Fu. in conſ. 16 & in conſ 48 & Rapha.Cu.in conſ.125.& d.Car.in conſ.59.& Alex de Imo.in conſ.36.& per eundem Bal.in conſ.42.2.vol.& d.Alex de Imo.in l 1.in fi.6.col.in 1.parte,& Ang in conſ.245.& in conſ 100.& Pau.de Caſt.in conſ.190.

c Quod non.Vide Pau. de Caſt in conſ 190.in pri.impreſ.

d De copula.Vide Lud.Ro.in conſ.140.& Ang.in conſ.63.

fert. Aut copula eadem cadit inter perſonas, & non requiritur cõcurſus.nam poteſt vna venire ſcorſum ab altera, & altera excluſa, vt l.ſi quis Titio, & l.ſi mulier, cum ſi.de vſufru. acc. Aut ponitur inter res de quib.diſponitur. & ſimiliter non exigitur cõcurſus, vt inſti.de lega. §.ſi quis ancillas, & l.4. J.de fun.inſtruct. Aut ponitur inter qualitates, vel accidentia, & refert. Aut plures quali. tendunt ad informandum vnum ſubiectum, aut plura.ſ. quia quælibet qualitas tendit ad ſuum ſubiectum propriũ qualificandum, & formandum. Primo caſu requiruntur copulatæ qualit. vel accidentia reſpectu eiuſdem ſubiecti concurrere, vt J.de leg.1. Titiæ textores. Secundo caſu non oportet concurrere, vt l.2.de cond.inſti.& de cond.& dem. falſa. §.vlt aut copula cadit inter conditiones, tunc aut concernunt vnum effectum, et debent concurrere, vt J.de cond.inſti. ſi hæredi plures.aut concernunt plures effectus numero.ſ. quælibet cõditio concernit ſuum effectum per ſe, tunc non requiritur concurſus, vt infr.ad Treb.l.Lucius.§.Gaio.& no. bene prædicta.

3 *Filius captus ab hoſtibus ſtatim deſinit eſſe ſuus.*
8 *Certitudo eſt duplex.*

§.Videndum. Hic repetit verba ſecundi capitis, vt ea per interpretationem extẽdat, vel declaret, quod verius eſt ſecundum Dy. Et diuiditur in tres partes. Nam primo ponit dubium. Secundo ad determinationẽ ipſius ponit vnam rationem. Tertio ponit aliam rationem, & cõcludit. ſecunda ibi, nihil.n. tertia ibi, niſi quod. Caſus. teſtator habebat filium captum ab hoſtib. et nepotem in ciuitate conſtitutum. fecit teſtamentum, ſecundum quod diſponit lex Velleia in ſecundo capite. tandem deceſſit teſtator, deinde deceſſit filius in captiuitate. quæritur, vtrum nepos agnaſcendo rumpat teſtamentum? faciebat dubitationem, quia lex Velleia dicit, Si quis ex ſuis hæredibus ſuus hæres eſſe deſierit: ſed iſte qui erat in captiuitate, non deſijt, viuo teſtatore infallibiliter eſſe ſuus propter ſpem reuerſionis. ergo non pertinet ad legem Velleiam. ergo rumpit agnoſcendo, quaſi nõ videtur in hoc caſu inſtitutus. Iuriſconſ. Scæuo. dicit quod videndum eſt, an per interpretationem ſecundi capitis legis Vellæ poſſit hoc teſtamentum defendi. & primo format vnam rationem quod ſic. Nam lex Velleia dixit, Si quis ſuus eſſe deſierit, non adijcit tempus, an deſierit eſſe in vita teſtatoris, vel poſt. cum ergo lex Velleia non requirat certum tempus, ergo nec nos requirimus. deinde dicit Scæu. quod audacter dici poteſt, quod iſte caſus inducitur in ſecundo capite legis Velleiæ. nam ille filius deſijt eſſe ſuus viuo patre. & ex quo poſtea decedit in captiuitate, infallibiliter apparet, quod nec fuit ſuus, nec eſſe poteſt. In tex. ibi, poſteriori capite. ſcilicet ſecundo capite legis Velleiæ, cuius verba ſunt, ſi quis, &c. In tex. ibi, ſuccedunt. & inſtitui teſtamentum non rumpant. Dyn. Nota hic primo quod lex ſcripta inanimata interpretatur per l. animatam. i. per Scæu. concor. ſup. ea. l. §. ſi is. & ſic notant hic quidam, quod multæ ſunt interpretationes. nam quandoque lex inanimata interpretatur per legem animatam, vt hic. quandoque interpretatur Imperator, vt C.de leg.l.1. quandoque iudex ſententiã ſuam, vt J.de app.l.ab executione. quandoque doct. vt C.de profeſ.qui in vrbe Conſtan.lib.12.l.vna. quandoque actor, vt ſup.de iud.ſi quis intentione. Secundo no. quod illud quod eſt interpretatum per aliquem, hẽt eundem effectum, quem ipſum o. iginale. & ſic ſi iudex interpretatur ſñiam, ita naſcitur actio in factũ ex ſña interpretata. l. cui ex ſña principali. hoc probatur in authen. de filijs ante dota inſtrũ nat circa fi. ſecundum Cy. Tertio no. hic quod interpretatio accipitur pro declaratione. Quarto no. de audacia permiſſa. Quinto no. quod non debemus requirere plus quam requirant verba legis, vel ſtatuti. vnde ſi verba legis, vel ſtatuti non requirunt certum tempus, nec nos debemus requirere, vt hic in ver. nihil.n. quod eſt no. Sexto & vltimo no. quod filius captus ab hoſtibus ſtatim deſinit eſſe ſuus: ſed non infallibiliter pp ſpem reuerſionis. ſi tamen poſtea decedat in captiuitate, quod apparet quod illa ſpes fuit inanis, quod medio tempore talis ſpes nihil debuit operari. Ex quo ſubtiliter etiam potes colligere, quod illud quod non pendet eſſentialiter, licet pendeat potẽtialiter, quo ad ſpem reſolutionis, non dr̃ interim pendere. fac. l.1 C. de ſent paſ. l.fi. ſup. de in diem addic. l.2. facit de cond. & demo. l. mutianæ, & l. vlt C.de or. cogn. Concluſio eſt, quod illud, quod non pendet eſſentialiter, licet pendeat potentialiter quantum ad reſolutionem non dr̃ pendere, nec impeditur per illam pendentiam aliquis effectus ipſius actus. Oppo. primo de ſuperfluitate. nam ſup. 1. §. proximo dixit loquendo de ſecundo capite, quod verba ſecundi capitis pertinent ad omnes caſus, qui ſupplentur in ſña Galli. ſed manifeſtum eſt, quod hic caſus eſt de illis, vt ſup. eo. l. §. ſi is. ergo, &c. Sol. dic quod non ſupplet, ſed declarat. aliquando. n. filius deſinit eſſe ſuus ſine ſpe recuperandi locum ſui hæredis, aliqñ cum ſpe. & ille caſus determinatur hic ſm̃ Dyn. Secundo oppo. hic dr̃ quod nõ refert, moriatur filius in captiuitate ante mor. patris, vel poſtea. contra eo. l. §. in omnibus. & l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. Sol. dic. aut ante mor. natalem nihil contingit. & tunc refert, an moriatur ante mor. teſtatoris, vel poſt, vt in contrario, aut aliquid contingit, vt mors ciuilis. & tunc non refert, vt hic. Tertio oppo. nam iſte §. a contrario ſenſu innuit, quod ſi filius rediret, auferetur hæreditas nepoti. contra opp. de glo. quæ eſt ſ. ea. l. §. & quid ſi tantum. Sol. dic quod loquitur in fictione poſtliminij, quæ habet tractum retro. ſed ibi eſt reſtitutio, in qua inſpicitur tempus præſens, quia non habet tractum retro, vt ſupra ad Mal. l.1. § ſi pendeat, & C.de re. mil. ſiue alle. lib. 12. Quarto oppo. nam hic innuit quod nepos poſſet adire etiam antequã certum ſit filium deceſſiſſe apud hoſtes. contra incertus de ſtatu ſuo non poteſt adire, vt l. hæres, de acq. hær. ſed cum pendet, an filius redeat, an non, quæſtio pendeat, an nepos ab aliquo præcedatur, & ſic an ſit ſuus auo, vel non. Sol. dic quod inſpecta veritate quantum ad præsẽs tempus nihil eſt in pendenti. ſed inſpecta ſpe, ſic potes dicere, quod hic loquimur quantũ ad immixtionem, quæ fit per ius ciuile, in qua non requiritur ſcientia, vt C.de ſuis & le. apud hoſtes. immixtio autem facti, & animi interim non videtur hic poſſibilis propter rationem prædictam. Bar. tenet hic quãdum filius eſt apud hoſtes, nepos non poſſit ſe immiſcere: quia idem operatur ad impediendum illud, quod eſt in ſpe, quod ſi eſſet in actu, & in re ſm̃ Bar. & alleg l. pen. de ſuis. & le. Certe iſte paſſus determinatur per l. vlt. C de ſent paſ. & licet immixtio iuris non de iure non requirat aliquam certitudinem ineſſe homini: tamen requirit ineſſe ipſi naturæ. vnde videtur quod nulla interim immixtio procedat. nec immixtio hominis, nec legis. ni
2 ſi dicas, quod †certitudo eſt duplex. quædam eſt certitudo reſpiciens actum eſſentialiter, & iſta ineſt hic. quædam reſpiciens actum quoad reſolutionem, & iſta non impedit.

1 *Dictio in, ponitur augmentatiue.*
2 *Argumentum ex connectione duarum ll. vel duarum cap. eiuſdem legis validum eſt in iure.*
3 *Teſtes duo ſi probant vnum, & duo alij aliud, ex a. augentur eorum dicta, & probant plene.*
4 *Digreſſio de qualitate prohibita ad permiſſam facit actũ efficaciter valere.*
5 *Initium appellatur tempus, in quod diſpoſitio primo conſertur, non tempus, in quo diſpoſitio ordinatur.*
6 *Inſtitutio eſt triplex.*
7 *Præteritio eſt triplex, & ſimiliter exhæredatio.*
8 *Extraneus appellatur ille, cui non debetur debitum bonorum ſubſidium, hoc eſt legitima.*
9 *Dictio mox, ſumitur pro incontinenti.*
10 *Aliud eſt permittere, aliud de nouo inducere.*
11 *Violentia omnis eſt delictum in perſona.*

§.Ille caſus. Iſte §. diuiditur in quatuor partes. Nam in prima parte ponit quæſtionem difficilem, & dubitabilem. In ſecunda ponit rationem difficultatis, ſeu dubitationis. Tertio ponit prouiſionem, & determinationem Iuliani in prædicta quæſtione. Quarto ſubijcit quandam quæſtionem dependentem ex præmiſſis. Secunda ibi. Non enim. Tertia ibi, Iuliano. Quarta ibi. Quæremus. Et ad euidentiam iſtius §. præſuppone quod poſthumus alienus non poteſt hæres inſtitui de iure veteri, vt inſti. de le. § poſthumo. Secundo, quod quilibet poſthumus dicitur alienus, qui non habet iura ſui hæredis & continuatur ad ſuperiora. dicit in prin. legis de conſilio Galli, & eius prouiſione. ſecundo in § nunc de l. de prouiſione Vellei. ſequebatur videre de tertia prouiſione Iuliani in caſu difficili. & ideo ponitur hic iſte § caſus ſic formatur. Quidam habens filium, & nurum ex eo prægnantem. fecit teſtam̃ ſecundum primum c. legis Velleiæ, videlicet inſtituendo filium, & ſi ſuus eſſe deſierit ſubſtituendo nepotem naſciturum ſe viuo. facto teſtamento natus eſt nepos viuo auo, & patre. tandem pater deceſſit, quæritur an nepos agnaſcendo rumpat iſtud teſtamentum? & dicit Scęu. quod iſte caſus eſt valde difficilis, & hoc probat, quia iſte caſus non pertinet ad primum caput legis Velleiæ, quod loquitur quando nepos ſuus naſcitur. Nam iſte non fuit natus ſuus, cum pater præcedebat. Item ſecundum caput legis Velleiæ non habet locum: quia loquitur, vbi tempore teſtamenti nepos erat iam natus. quo caſu dicit Scęu. quod Velleius non induxit prouiſionẽ circa nepotem inſtituendum. Nam nepos iam natus poterat inſtitui etiam per ius antiquum. ſed induxit Velleius formam, ne teſtamentum rumperetur. cum ergo non ſumus circa prouiſionẽ legis Velleiæ, remanet ius antiquum, quod poſthumus alienus inſtitui non potuit. ergo teſtamentum non valet. Tandem dicit Scęuo. quod Iul. determinat hoc teſtm̃ valere, & mouetur ea coniunctione amborum capitum legis Velleiæ. vnde Scęuo. concludit, hunc nepotem, cuius qualitas ſic eſt variata de non ſuitate in ſuitatem poſſe ſuccedere. Sed iuxta hoc formatur dubium, quid ſi mutetur qualitas nepotis e conuerſo, videlicet de ſuo in non ſuũ, quia auus eum emancipat, nunquid iſte nepos repelleretur a ſubſtitutione? Reſpondet Scę quod non. imò ſuccedat vigore ſubſtitutionis, ſed non tanquam ſuus, & neceſſarius, ſed tanquam voluntarius hæres. hoc d. vſque ad fi. le. In tex. ibi, ille caſus. ſ. qui ſequitur. In tex. is qui. ſcilicet nepos. Dyn. In tex. mox, id eſt nato nepote ante teſtatorem: tñ decedit filius. In tex. non.n. hic ponitur ratio dubitationis. In tex. naſcitur. ſ. nepos.

pos & ideo primum caput le. Velleiæ non habet locum. Dy. In
tex. ibi, poſtenon. ſ. capite legis Velleiæ. In tex. quam, ſubaudi d-
le nepos. In tex. ibi, denique. declarat magis quod dixi. In tex ibi
ſuperiori capite. i. primo capite l. Velle. In tex. poſteriori. i. ſecun
do capite leg. Velleiæ. In tex. ibi, non permittit, quia permiſſum
inuenit iure antiquo, cum loquatus ſecundum cap. in iam na-
to. In tex. ibi, ob eam rem. i. quod agnaſcatur. & hoc eſt quod ſe-
quitur inf. dum dicit, quod ſuccedat. In tex. ibi, minus ratum. i.
minus validum ſit teſtm̃. In tex. porro. i. certe. & oſtendit nunc,
quod ex quo ſumus extra prouidentiam l. Velleiæ inſpectis eius
capitibus quolibet per ſe, videtur quod inſtõ, ſeu ſubſtiõ nepotis
poſthumi non valeat, quia iure antiquo prohibetur, & nouo nõ
reperitur permiſſa. In tex. ibi, natus erat i. tempore, quo naſcit.
erat poſthumus alienus. In tex. Iuliano. hic decidit quod valet te
ſtamentum coniuncto capite primo l. Velle. cum ſecundo. In pri
mo permittitur poſthumus inſtitui. In ſecundo natus prohibe-
tur rumpere. ergo poſthumus natus non rumpit. h. d. In tex. ibi,
emanciparetur. i. nepos poſt mortem patris ſui. In tex. ibi, quod
magis. hic reſpondet. In tex. emancipatione. i. propter obſtaculũ
emancipationis. In tex. ſuus hæres. erit tamen voluntarius hæ-
1 res. No. primo † quod dictio In, a ponitus augmentatiue. nam
hic dicit, Ille caſus eſt indifficilis. i. valde difficilis. Concor. de a-
qua plu. arc. l. 1. §. in ſumma, in fi. & inf. ad Syl. l. ſi quis in graui, in
princ. & ſupra pro ſocio. l. cum duobus. §. damna fatalia. Quãque
ponitur priuatiue, vt j. de admin. re. ad ciui. per. l. 1. §. ſi eo tempo
re, ſecundum Cy. ſecundo no. quod aliud eſt aliquid permitte-
2 re. aliud eſt prohibere, ne reſcindatur, quod eſt no. dignũ. † Ter-
tio no. quod validũ eſt arg. ex coniunctione duarum leg. vel duo
rum capitulorum eiuſdem legis. Iſtud tñ arg. dr̃ per interpreta-
tionem. immo dr̃ eſſe tex. hic ꝙ eſt inducere de nouo, quod eſt
3 no. dignum. † Et eſt validiſſimum arg. ad teſtes. Titius accuſatur
de inceſtu. modo duo teſtes probant conſanguinitatem tantũ,
& non cognitionem carnalem, duo alij teſtes probant cognitio
nem carnalem, & non conſanguinitatem. Quærit verũ maleſi-
cium ſit probatũ, in quo requirunt vtrunq. coniunctũ probari?
Breuiter eſt veritas, ꝙ eſt probatio facta ex coniunctione capitu
lorũ, & teſtium. & eſt exſus in §. noſtro, & eſt gl. ord. in decretis.
Et eſt arg. ſi vnus teſtis probat veritatem. ipſe idem, & alius te-
ſtis probat famam, ꝙ coniunctis illis probationib. ſit efficax pro
batio facta in exuſa ciuili ſm gl. quæ eſt in l. 3. §. eidem diuus, de
4 teſ. Quatto no † ꝙ digreſſio de qualitate prohibita ad permiſsã
facit actum efficaciter valere. vnde hic debent ſignari oppoſitio
nes, quas feci in §. etiam. Vltimo no. quod digreſſio de qualita.
ſuitatis, & neceſſitatis in qualitatem oppoſitam non vitiat, quia
qualitas permiſſa terminatur ad aliam qualitatem permiſſam,
licet illæ qualitates non ſint eiuſdem generis, vel naturæ. facit.
inf. de hæred inſt. l. 3. §. in fideicommiſſaria. Oppo. primo hic qđ
iſte exſus indifficilis non pertinet ad l. Velleiam, ſed ad l. Iul. Cõ
tra. iſte nepos fuit natus poſt teſtamentum viuo auo. ergo perti-
net ad legem Velleiam ex primo capite, vt ſup. §. nunc de leg. ibi
verum, & ſi viuo patre naſcatur, &c. Sol. ibi exponitur patre. ſ.
patris ſui. i. auo ſecundum Dy. & Cyn. Secundo opp. dicitur hic
in verſ. porro, quod poſthumus alienus non poteſt inſtitui. Con
tra. nam iam per Gallum quam per Velleium in primo capite
inſtituitur poſthumus alienus. ergo falſum. h. d. Sol. per Gallũ,
& Velleium inſtituitur poſthumus alienus, ſi ſuus naſcetur. nã
cum tunc inſtitutio habeat principium ex ſe, illud principium
conſideratur: ſed hic naſcitur nepos alienus. vnde dum naſcitus
quod debebat eſſe principium fundamenti, videbatur prohibe-
ri per ius antiquum, & ideo fuit neceſſaria prouiſio Iuliani. Ter
tio oppo. & videtur quod tempus naſcendi inſpiciatur, non ca-
ſus poſtea emergens, vt inf. de hær. inſt. l. ſi alienum, in prin. Sol.
hic in aliud tempus erat collatum initium ſubſtitutionis nepo-
5 tis. † Initium ergo appellatur tempus, in quod diſpoſitio primo
confertur, non tempus, in quo diſpoſitio ordinatur, quod eſt no.
Quarto oppo. quod variata condi. variretur effectus, vt inf. de hæ
red. inſt. l. ſi alienum. §. in extraneis. Sol. dic vt plene dixi in §. for-
ſitan, & §. etiam, quæ magis proprie cadunt hic, quam ibi. Quin-
to, & vltimo oppo. contra §. quæremus, quod emancipatus non
vocetur, vt ſup. ea. l. §. & quid ſi tantum. Sol. ibi teſtator emanci-
patõ ſubſtituerat, hic autem ſubſtituerat ipſum emancipatum.
& ſic non obſ. ibi enim fecerat digreſſum ad aliam perſonam.
hic autem ſubſtitutus erat vltima perſona, in qua terminabatur
effectus teſtamenti. Deinde gl. in principio illius §. ille caſus, &
in fin. leg. ponit ſummarium, & intellectum conſilij Galli, Vell.
& Iuliani. & ſubdit hanc l. eſſe difficiliorem de corpore iur. ple-
nius tamen ſuam materiam explicantem. circa quam materiã
Dyn. ponit vnam magnam diſt. quam vide per te. & vltra Dyn.
dic quod lex noſtra tractat de tribus in genere. ſ. de inſtitutione,
præteritione, & exhæredatione, & iſta tria habent tres triplicita-
6 tes. † Nam triplex eſt inſtitutio. ſ. propria, cum aliquis inſtituitur
in tota, vel in quota, vt inf. de hære. inſti. l. quotiens. §. hæredes, &
plene no. ſup. de tranſ. l. controuerſia. Item impropria, cum filius
inſtituitur in legitima, vel in eo quod reducitur ad legitimam.

nam iſta eſt pars quota. ſed non eſt quota hæred. ſed bonorum
abſtracta ab omni ære alieno, vt no. C. de rei vend. cum a matre,
& de iur. de. l. ſi. §. in computatione. Item impropriiſſima, quan-
do inſtituto hærede vniuerſali alius extraneus inſtituitur in re
certa, quia inſtitutio iſta non eſt quota, nec exhæredatio bono-
rum adeunte hærede vniuerſali, vt inf. de hæred. inſti. ex facto, &
7 C. eod. quotiens. Similiter dico ꝙ triplex eſt præteritio. † Quæ-
dam propria quo ad formam, & quo ad effectum. & ſic diffini-
tur, præteritio eſt ſilentium circa inſtitutionis beneficium, vel
exhæredationis odium. vnde quando pater, vt ita dixerim, neu-
ter eſt, nec fauorabilis, nec odioſus, tunc dicitur præterire. & nõ
dicitur teſtamentum legitime ordinari, in quo teſtator non fun
gitur officio ſuo. vt ſup. ea. l. §. in omnibus, & inf. eo. inter cætera.
Quædam eſt præteritio propria quo ad formam, ſed non quo
ad effectum, & hæc eſt duplex. Nam quædam cauſatur ex iure
priuilegiato vnde præteritio milit. formaliter eſt præteritio, ſed
effectualiter eſt exhæredatio iure veteri, ſed non authẽ. vt l. ſicut
certi, & l. ſeq. C. de teſt. mil. & no. in auth. de hæred. & Falc. §. pa.
Alia præteritio procedit de iure communi, quæ eſt proprie præ
teritio quo ad omiſſionem, ſeu formam, ſed non quo ad effe-
ctum: immo habetur pro exhæredatione, vt in linea materna, vt
Inſti. de exhæred. lib. §. mater, & infr. de contratab. illud, §. ad te-
ſtamenta quod hodie non eſt verum, quod habeatur pro exhæ-
re. niſi inſeratur cauſa, quare præteritur, vt no in auth. de hær. &
Fal. §. exhæredatos, vt hic per Dy. in diſtinct. Similiter exhæreda
tio eſt triplex. quædam propria. quædam impropria. quædã im-
propriiſſima. propria eſt quando pater filium in poteſtate exhæ
red. mala mente, & iſta diffinitur ſic. Exhæredatio eſt alicuius
inuiti ab hæreditate, quę alias ſibi debebatur, excluſio. & poteſt
fieri per verbum exhæredo, & per quodcunque verbum exclu
ſiuum, vt no. inf. de hær. inſti. l. qui volebat, & ibi eſt gl. ſing. Im-
propria exhæredatio eſt, vbi quis exhæredatur bona mente &
iuxta patris prouidentiam, vt ſup. eo. inulti, & de cura. fur. l. pen.
de vulga. ſubſti. l. cum ex filio. de vſuris in fideicommiſſi. §. cum
Pollidius. Impropriiſſima autem eſt exhæredatio, cum extra-
neus exhæredatur. vnde ſi quis exhæredat fratrem, vel filium ba
ſtardum, impropriiſſima eſt exhæredatio, cum eis non debea-
tur legitima, vt inf. de verb. obl. l. quidam cum filium, & de con-
8 tratab. l. 1. §. 1. & idem in omnibus extraneis. † Appello extraneos
quibus alias non debetur debitum bonorum ſubſidium. & iſta
eſt concluſio circa materiam iſtam in genere. ſed in ſpecie ſic di
cas, vt totam hanc l. reportes, ſic ſumendo dicas. nepos poſthu-
mus qui poſt mortem aui ſuus naſcetur, poteſt inſtitui. & hoc
per Gallum in principio l. Item pronepos, & cæteri ſimiles, &
hoc per ſuppletiones Scæuol in § idem credendum. Inſtitutio
de filio, & nepote naſcituro facta ſimpliciter interpretatur facta
per prius, & poſterius ſecundum ordinem ſuitatis, vt in §. quidã
recte. Subſtitutus nepos, vel pronepos in caſum mortis, videtur
generaliter ſubſtitutus in omnem caſum, quo præcedens perſo
na de medio tollitur viuo teſtatore, vt in §. & quid ſi tantum. Fi
ctio circa tempus mortis idem retro operatur, quod operatur ip
ſa mors naturalis, vt in §. quid ſi is. Generalis ſubſtitutio, ne po-
tis qui ſuus naſcetur poſt mortem aui, includit omnes caſus ſup
pletos a Scæuo. & hoc non ex interpretatione extenſiua, vel ſup
pletiſſa, ſed ex intrinſeca ſignificatione vocabulorum. & eſt for
ma introducta iſta a Scæ. vt in §. inſtituens. Si nepos naſcitur a-
pud hoſtes viuo patre, & auo, & reuertitur vtroque mortuo, fin
gitur natus poſt mortem, & ope fictionis pertinet ad conſilium
Galli, nec rumpit teſtamentum, ſi fuit ſecundum mentem con-
ſilij Galli ſubſtitutus, vt in §. ſi eius. Item dicit §. ſi eius, ꝙ vbi ha
bemus effectum diſpoſitionis, non eſt curanda inueſtigatio ſer
monis, quod facit ad multa. Præteritio nepotis non officit teſta
mento, quin pronepos ſubſtitutus ſuccedat, ſi in ordine moriẽ-
di filius inſtitutus nepoti præterito ſuperuixit, vel ſi poſtea ne-
pos in captiuitate, in qua prius erat, decedit, fictio non coopera-
tur ſubſtitutioni. vnde ſi prius ſubſtitutus poſtea adoptetur, nõ
rumpit teſtamentum, vt in §. forſitan. Filius in poteſtate debet
inſtitui, non præteriri, nec exhæredari, cum in rerum natura nõ
erit. Item filius qui eſt apud hoſtes, poteſt præteriri. Item quili-
bet non habens iura ſuitatis, vt in §. in omnib. Nepos, qui agna-
ſcitur poſt teſtamentum viuo teſtatore, & ſuus naſcitur, non rũ-
pit teſtamentum per l. Velleiam ex primo capite, vt in §. nunc
de lege. Item nepos iam natus ſubſtitutus agnaſcendo non rũ-
pit per legem Velleiam ex ſecundo capite, vt in §. etiam ſi parẽ-
te. ſi pater inſtituti nepotis moriatur apud hoſtes quamquẽ mor
tuo teſtatore, nepos inſtitutus ſuccedit ex interpretatione decla
ratiua ſecundi cap. legis Velleiæ, vt in §. videndum. Poſthumus
qui naſcitur alienus ſuitatem adipiſcendo viuo teſtatore, reddit
effi-

ADDITIO.

a In. Qualiter autem ponatur hæc dictio In, vide eundem Bald. ſup. in rub. ſol. mat. & quod ibid. dixi in apoſt. quib. adde Fran. Are. in l. ſi quis poſt, de teſt. in 2. no. & late Lud. Ro. in conſ. 377. & per Old. in conſ. 49.

efficacem ipſius ſubſtitutionem ex ſententia Iuliani arguẽtis ex coniunctione capitulorum legis Velleiæ, vt in § ille caſus. Diſgreſſio de ſuitate in emancipationem vltimatam ſubſtitutionẽ non reddit inutilem, ſed inducit diuerſitatem in qualita.hæredis, vt in §.quærimus. & hęc eſt concluſio tota huius diuiſſimi
9 Galli. † Vltimo collige quædam at.primo de dict.mox a & dic
a vt dixi in l.2.ſol.mat.nam quandoque ſumitur pro incontinenti.quandoque pro ex interuallo.ſed in dubio ſumitur pro incõtinenti, vt J.de hæred.inſti.quot.§.ſi quis ita,& in auth.de inceſ.nup.in prin.& hoc verum,quando cadit inter ea, inter quæ non eſt neceſſarium medium interuallum temporis:alias ſecus,vt §.de iud.l.ad peremptorium. Et facit ad quæſtionem. Pone,promiſi tibi dare libras 10 incontinenti quod interpellauens me.facta promiſſione, incontinenti dicis,da mihi. an teneor incontinenti dare? & dic quod non, quia inter obligationem,& eius executionem debet eſſe aliquod medium interuallum vel. 1. §.item ſi ita,ad legem Falcid.ſecundum Cy.hoc no.gl. J.de verb.oblig.ſi pœna.tamen contrarium no.ſupr. de actio.emptoris.
§.ſi ſed dic quod ibi impletio ex altera parte inducebat cauſam
10 moræ. & ſic non obſ. † Item eſt argum dicitur hic quod aliud eſt permittere, aliud eſt inducere de nouo.modo ponamus,ſtatuto cauetur quod Iudæi non poſſunt fœnerari vltra duos denarios pro libra.quærimus vtrum videatur eis permiſſum vſque ad duos denarios? & videtur quod ſic a contrario ſenſu. In contrarium eſt veritas:quia maior ratio prohibitionis nõ excludit minorem rationem prohibitionis. vnde licet in minori ſumma ſit minor ratio prohibendi:non tamen debet intelligi permiſſum, quod eſt contra ius diuinum,vt no.C.de vſucap.auth.ibi poſita per Cyn.Item eſt argum.hic dicitur quod ex duobus capitibus coadunatis,&c. Sed pone, ſunt duo iudices in ciuitate.vnus cognoſcit de perſonalibus quæſtionibus tantum:alius de realibus tantum. Pone quod emergit quæſtio mixta pariter ſe habẽs ad vtrumque:eſt arg.hic quod vterque cognoſcat quaſi ex cõiunctione quadam. Dicit Cy.quod hoc eſt verum ſi ſimul inciperent cognoſcere.ſed ſi vnus præuenit,ille eſt potior.l.vnam.de offic.conſul.argu.quod tamen neuter cognoſcat. J.de legat.1.l. Titiæ textores.Item facit ad aliam quæſtionem ſuper cauſis a cen.lib.J.eſt vnus iudex deputatus per ſtatutum : ſuper cauſis vero pupillorum , & viduarum alius contingit cauſa pupillorum,& viduarum a cent.lib.infra. quæritur cuius eſt cognitio? ſecundum Cy.præueniens.&ſi neuter præuenit, vterque poteſt cognoſcere;quod eſt no.quæſtio ſtat in alio. Vtrum priuilegium perſonæ præponderet ſummæ. Item ſtat in alio, quod iſtorum ſtatutorũ dicatur magis ſpeciale. Vtrum quod eſt ſpeciale reſpectu ſummę,an quod eſt ſpeciale reſpectu perſonæ,quia ſicut ſpecies derogat generi,ita indiuiduum derogat ſpeciei, vt no.Dy in c.generi.& quia ita ſe habent vt excedentia & exceſſa non videtur, quod poſſit maior ſpecialitas derogari: ſed poteſt maior denotari prærogatiua:& tunc eſt dubium , quæ ſit maior prærogatiua,vel cauſæ,vel perſonę & poteſt indueri in ratione iuri. J.de pri.cred.priuilegia C.qui pot. in pig.hab.aſſiduis.C.quando imperator inter pu.& o l.cum: ii. Vltimo not.hic de dic. In,de qua hic ponit Bar.vnam diſt & dic breuiter tangendo quædam,nõ omnia. Dicit Bar quod iſta dictio In, prout eſt præpoſitio,aut iungitur tempori,aut loco,aut nec loco, nec tempori. primo caſu qñ iungitur loco,aut conſtruitur cum accuſatiuo : & tũc ſignificat extra locum, vt l.1.§.1.de aur.& arg.leg.aut iungitur cum ablatiuo:& tũc ſignificat intrinſece in loco, vt l.1.§ in flumine,de flu.niſi reſultaret contrarietas legum.nam tunc improprie ponitur vocabulum,vt no.inf.de iniur.l.& ſi ſtatim.ſecundum Bar.monente ex regula grammaticali. vnde verſus, In campo curro,ſi ſis.bene dicas.in illo. Si ſis exterius,in campũ ſit tibi curſus . Iſti ſunt verſus Doctrinales.Sed iſta theorica eſt falſa quo ad intellectum legiſtarum,nam ſi ſtatuto cauetur ſic, Quicunque inſultauerit aliquem in domum, non exponeretur.i. extra domum, vel iuxta domum:ſed exponeretur in domo.Iſte eſt tex l.2.§.in locum ſup.de reli.& ideo dic ꝙ aut iungitur verbo ſignificanti terminum,aut motum.Primo caſu idem eſt, ſiue cõſtruatur cum accuſatiuo,ſiue cum ablatiuo,vt in §.in locum. Secundo caſu tene regulam grammaticalem, quia procedit ſecundũ regulam recti ſermonis,vt J de aur. & argen leg.Plautius.Si vero iſta dictio iniungitur temporis,remittit ipſe ad l.Si cui, de leg.1. Ita etiam dico quod interdum iungitur perſonæ, vt ſi ſtatutum dicat , Si quis offenderit aliquem in perſona, tunc qualiter accipiatur,vtrum pro ipſo corpore. an pro contingentib.ipſum corpus, Vide per Gul.de Cu.C.de epiſc.& cler.ſi qua per calum.
de inu l.ſed & quæſtion 5.per Iac.de Are.de fur.itaque fullo,in
11 gl.ord. quæ dicit quod omnis violentia eſt delictum in perſonam,& in ſe committitur,vt dicit gl. Inno,ponit in c.nuper,de ſen.excom.& de pœn.diſt 1. hæc quæ in gl. quæ incipit de Ezechiele.vbi glo.no dicit quod id quod ſit in oſtio,partim delinquitur intus,partim extra. Et adde quod no.de pœn.diſt.1. §.econtra.& quod dixi in l.1.§ hoc autem,de his qui deie.de iſta dictio.plene no.per Arch.40.diſt.quid ſi Papa,& ibi vide.

ADDITIO.

a Mox.quot modis hæc dictio mox ponatur, vide Fran.Are.in l.ex Corn.inſ.de vulg.& pupill.& in l.naturaliter.§.nihil commune,de acq.poſ.in ſeptima.col.& l.ſi de eo.§.ſi forte,in 5.col.eo.tit.& in l.ſi quis hæres, de acq.hær.& d.Alex.de Imol.in conſ.87.

LEX XXX.

1 *Filius in poteſtate ad hoc, vt teſtamentum valeat, debet inſtitui, vel exhæredari,non præteriri.*

2 *Fideicommiſſarius vniverſalis eſt loco hæredis.*

3 *Inſtitutio directa quando requiritur , non ſufficit ſubſtitutio obliqua, licet vniverſalis.*

1 Inter cętera. † Ad hoc, vt valeat teſtamentum, filius in poteſtate debet inſtitui,vel exhæredari, non præteriri. Item poſthumus præteritus rumpit teſtamentum.h.d.concor.ſup.eo.l.Gall.§ in omnib In tex.ibi,rumpatur.hoc refert ad poſthumum. In tex. inutile ab ipſo principio.& hoc refertur ad iam natum.Quæro hic vnum, vtrum filius relictus fideicommiſſarius vniuerſalis & non inſtitutus directe, dicatur præteritus? gl.C.de inoff.teſtamen.l.ſcimus.§.cum autem,
2 dicit quod talis non dicitur præteritus,† quia fideicommiſſarius vniuerſalis eſt loco hæredis,vt inf.ad Treb.l.poſtulante & l ſi filius quod cum eo.& Inſt.de fide.lib.§.reſtituta, & In l.ſi necem.§.ſi.de bon.lib.Sed caue tibi ab illa gl.quia non dicit verum per
3 hanc.l & per § in omnib.in l Gallus † nam quando requiritur inſtitutio directa,non ſufficit ſubſtitutio obliqua quantumcunque vniuerſalis,vt no inf.de vulg ſubſt.cum ex filio, in princ. titulus enim directus honorabilior. & vtilior eſt, quam obliquus propter ius accreſcendi, vt no.inf de leg præſtan. §.hoc ſolum, & C.de inoffic.auth.nouiſſima,per Iac.& Cy.

LEX XXXI.

Cum apud. Concor.ſup.eodem. l.Gallus.§.in omnibus,& dic vt in glo. Filius exiſtens apud hoſtes rite præteritur, & non rumpit teſtamentum , ſi ibidem moritur.h.d.

LEX XXXII.

1 *Teſtamentum in quo filius in poteſtate eſt præteritus, ipſo iure deducit rem ad cauſam inteſtati.*

2 *Suus præteritus quando aperit alteri edictum, non poteſt iſte præteritus conſentire teſtamento.*

3 *Nihil agit, qui male petit.*

4 *Ineptus libellus eſt lacerandus, & ſufficit ad eius validitatem , quod præſumptiue concludat.*

Si filio. Secundum veram lectu.h.d. Suus præteritus, emãcipato exhæredato, non aperit edictum ad contra tabu.ſed ad ſucceſſionem inteſtati hoc dicit.Concordan. infra ſi tabu.teſt.nul exta.l.1.in fin. In text. is ſcilicet frater iſta eſt vera lect.alia lect.eſt is ſcilicet filius emancipati In tex.nihil agit,quia nunquàm aperitur via exhæredato ad contra tab. In text. veniet ſuus.de iure ciuili, vel per vnde liberi,ſi velit intentare hanc viã, emancipatus autem per vnde liberi, non de iure ciuili,vt dict. l.1.in fi.ſi tab te.nu.exta.ſecundum Iacob.& Pe.hodie vero ſublata eſt differentia emancipationis &c.vt dixi ſup.l. Gallus. § &
1 quid ſi tantum. † Not.ex hac l.quod teſtamentum, in quo filius in poteſtate eſt præteritus , ipſo iure deducit rem ad cauſam inteſtati.nec eſt opus,quòd præteritus intentet nullitatem,de quo dicam. infra titul. 1. l. filio præterito,& not. C.de contratab. l.
2 poſthumos,per gloſ.& Cyn † Secundo no.hic talem concluſionem,quòd quando ſuus præteritus aperit alteri edictum , non poteſt iſte præteritus contentire teſtamento,imo præciſe eſt in cauſa inteſtati. facit ad hoc in ratione ſui. infra de contratab. ſi
3 poſt mortem §.fina † Tertio not.quòd nihil agit,qui male, & inepte petit.vnde etiam petitiones, quæ non fiunt in figura iudicij: tamen debent eſſe apte conceptæ; aliàs nihil operantur. ita habetis hic text. Quæro an poſſ. ſuſtineri illa lectu.quòd hic loquitur in filio emancipato,& nepote ex eo,in poteſtate retento? & dico, quòd ſic, & tunc id quod dicit iſta lex in filio, refert ſe ad edictum de coniun.cum emancipa.libe.l.eius,quod edictum hodie eſt correctum,vt dicit hic gloſ.& de hoc dixi in §.& quid ſi tantum.ſupra eodem l.Gallus.& iſta gloſſ. eſt multum nota. ad ea quæ ibi dicta ſunt, videlicet quòd ineptus libellus eſt lace
4 randus,vt nota.per gloſ.in leg. 1.a ſupra.de aſſeſſo.& in c.examinata,extra,de iudic & 1 1.quæſtione 1.ca.ſacerdotibus,& ibi eſt gloſ.quæ non eſt alibi, quod ſufficit, quod libellus præſumpti
b ue concludat. b

ADDITIONES.

a In l.1.Vbi vide.d.Alex.de Imol.in addi.ad Bar.& adde d.Bart.Soc.in conſ.116.incip.viſo proceſſu.circa med.5.col in 1.parte, & quid ſi ſit pro parte aptus,& pro parte ineptus,an autem pars apta vitietur,vide ibidem per eum.in verſ.confirmantur prædicta.& adde D.Iaſ.May inſtit.de ac.§.omnium,nu.157.& Fel in c.qualiter & quando,de accu.in 2.col.

b Concludat.Adde Fel.in c.dilecti filij, in 1.col.in verſic.& pro omnibus,de lib.ob.& quod ibidem ad eum dixi in apoſtil.

De iniuſto rupto, & irrito facto teſtamento. Rub.

L E X P R I M A.

1 *Potentia quadruplex eſt, item & triplex, num. 1.*
2 *Impoſſibile dicitur, quod ſine diſpenſatione Principis fieri non poteſt.*

TEſtamentũ. ibi, hæres. hoc eſt verbũ, quod
ponderat Iac. quia iſtud vocabu
lũ proprie intelligit de iure ciuili, vt ĵ. eo. l. in ſecundo.
1 In gl. ibi, filius † adde, ꝙ quadruplex eſt potẽtia. ſ. iuris,
facti, ſm naturam, & ſm bonos mores. iſta probantur per leges
quas alleg. gl. & adde ĵ. ad Treb. ſacta. § ſub condõne, & §. ſi in
danda. de hoc plene no. per Inno. extra de reſcrip. c. ſuſcitatus. Et
eſt hoc vtile ſcire, qñ plures iudices delegantur cum clauſula, ꝙ
ſi non oẽs poterit interesse, quid importent hæc verba. duo ni-
hilominus exæquantur, vt extra de offic. de leg. c. prudẽtiam, in
princ. Item ſi plures ſunt iudices, vel vicarij inſolidum, & in ſi-
mul inceperunt cognoſcere: vnus ex eis poſtea non poteſt finire
proceſſum, vt in l. ſi vnus ex pluribus, alias incipit Põponius ſcri
bit. ĵ. de re iud. & adde l. ſicuti, & l. ſi in tres. š. de arbi. & vide glo.
2 pen. in c. fi. de re iud. lib. 6. † Item dic ꝙ triplex eſt potẽtia. ſ. remo
ta, item propinqua. item iuncta cum actu. i. potentia facti. opor-
tet ergo, ꝙ factum ſequat̃ potentiam, vt l. 1. §. ſi quis ſic, de ſtat.
lib. Et dicit hic Bar. ꝙ iſtud verbũ qñq. profertur abſolute, & tũc
intelligitur de potentia naturali. qñq. profertur reſpectu deter-
minati euentus. & tunc refert, aut per talem potentiam quis in-
tendit agere, & tunc requiritur, ꝙ factũ ſequatur potentiam, vt
in d. §. ſi quis. aut alius intendit eum conuenire, & tunc intelligi
tur de potentia. i. commoditate, & facilitate, vt ĵ. de verb. ſigni. l.
Nepos Proculo. Adde id, quod dicit gl. in c. 1 de reg. iu. lib. 6. qđ
qñ eſt oratio negatiua, & non affirmatiua, verbũ poteſt, impor-
a tat neceſſitatem, *a* vt ĵ. de leg. 1. nemo poteſt. de iudi non poteſt
videri, cum ſimil. Sed illa gl. inepte loquitur, quia nõ debet hoc
dici neceſſe ſed impoſſibile. quæ ſunt adinuicem cõtradictoria.
Vltimo dic, quod illud, quod vni ſoli eſt poſſibile, cæteris dicit̃
impoſſibile, vt inf. de lega. 1. l. apud Iul. §. fi. & ideo ea, quæ non
poſſunt fieri ſine diſpenſatione Principis, dicũtur impoſſibilia,
vt l. continuus. §. cum quis. inf. de verb. obli. no. etiam in iſta ma-
teria gl. quæ eſt in l. quod Seruius. ĵ. de cond. ob cauſam.

A D D I T I O.

a Neceſſitatem. Adde Fel. in c. quanto, de præſump. & Paul. de Caſt. in con-
ſil. 215. in primis impreſſis.

L E X I I.

1 *Teſtamentum ſecundum minus ſolemne non rumpit primum, niſi fauore mi*
litis vel venientis ab inteſtato.
2 *Venientes ab inteſtato quando non ſunt de liberis requiruntur 5. teſtes in*
teſtamento, quando ſunt de liberis, ſufficiunt duo teſtes.

1 **Tunc autem.** † Continua cum illo ver. aut rumpitur.
ſup. in l. præcedenti. & ſumma. per ſe-
cundum teſtamentum minus ſolemne non rumpitur primum,
niſi fauore militis, vel niſi fauore venientium ab inteſtato, qui
ſunt inſtituti in ſecundo teſtõ minus ſolemni li d. concor infra
de ĵtab. l. ſi duobus. §. ſi prius, ſm Iac. de Are. Nec eſt hoc intelli-
2 gendum, ꝙ prorſus nulla ſolemnitas requiratur. † Nam imo re-
quiritur quædam, vt ita dixerim, mediocris ſolemnitas i. 5. te-
ſtium adhibitio, quando venientes ab inteſt. non ſunt de liberis,
vt C. de teſtam. hac cõſultiſſima. §. pen. ſed quando ſunt de libe
ris, ſufficiunt duo teſtes, vt eo. l. §. ex imperfecto, & no. in auth.
ibi poſita, & pro declaratione huius paſſus vide l. ſi filius qui in
poteſtate, & ibi gl. & quod ibi ſcripſi ſuper tit. proximo.

L E X I I I.

Poſthumi. 1 Poſthumi qui iura ſuitatis nanciſci poſsũt,
ſunt inſtituendi, aut nominatim exhæredã-
di, & poſſunt exhæredari ante gradus, & poſt gradus, vel intra
gradus, & intra gradum, ſicut iam nati. h. d. vſque ad §. ex his. In
tex. ibi, ratio diuerſitatis. no. quod illa quæ prorſus cõueniunt in
ratione, conueniunt in effectu iuris.

§. Ex his. Anteq̃ poſthumus præteritus naſcatur, teſtm̃
valet, & rumpit primum teſtm̃. ſecus io iam
nato præterito. h. d. & doct. meus no. iſtum tex. multum. & adde,
quod no. ĵ. de vulg. ſubſt. l. quis eum. §. fi. per gl. & Dyn.

§. Sed & ſi ſtante. Sufficit, ꝙ ſecundum teſtamen
tum momẽto temporis valeat
ad hoc vt rumpat primum teſtamentum. Et no. ex natiuitate
poſthumi præteriti non fingi retro nullum teſtamentum.

§. Nominatim. Nominatim dr̃ fieri illud, ꝙ ex ipſo
nomine apparet, licet non ſit pro-
prium nomen. h. d. Omne ergo verbum, per ꝙ aliquid certum
repræſentatur intellectui, habet vim denominationis certæ, &
adde hic, ꝙ no. inſt. de exhær. li. §. nominatim, ver. poſthumi.

§. Licet autem. Poſthumus preteritus agnaſcendo
non rumpit primum gradũ, a quo
eſt exhæredatus, ſed ſm a quo eſt præteritus, & ſpeciẽ ipſius gra
dus. Item gradus condõnalis rumpit̃ vitio præteritionis. gradus
vero, cuius conditio defecit, rumpi non poteſt, quia nullus eſt. Itẽ
ſi poſthumus a primo gradu eſt præteritus, a ſecundo exhære-
datus, agnaſcendo rumpit primum gradum, & conſecutiue rũ-
pit etiam ſm, q̃q̃ natus præteritus gradum illum ſecundum nõ
poſſit infringere per viam nullitatis. h. d. vſque ad l. ſi quis filio.
In tex. ibi, pars. no. quod quando teſtamentum habet plures gra
dus, quilibet gradus dicitur pars teſtamenti.

1 *Tribus modis petitur aliquid declarari nullum, vno modo per act. de dolo.*
alio modo per act. ex eo contractu. tertio modo per iudicis officium.
2 *Antecedente rupto, rumpitur, & quod conſequitur.*

§. Poſt. In caſu iſtius verſiculi non hẽt locum quantum
ad legata, auth. ex cauſa, quia non eſt hic teſtam ẽ-
tum nullum rõne præteritionis, ſed defectu cõditionis, ſub qua
erat facta ſubſtitutio, ſeu ſubſtitutio hæredis. Item no. ꝙ id, qđ
nullum eſt, non rumpitur ipſo iure, vt hic, cui concor. no. in glo.
ſed de facto ſic, quatenus proceſſit, vt l. 1. ſup de ſer. corru. li ſm
Iaco. de Bel. & l. ſi minor. 25 annis. ſup. de euic & in l. 1. quæ ſen-
1 tent. ſine app. reſcin. in glo. 5. & dic † ꝙ aliquid declarari nullum
petitur tribus modis. vno modo per act. de dolo. alio modo per
act. ex eo contractu. tertio modo per iudi. officium. iſta eſt gl. ſin-
gul. quæ ſent. ſine app. reſcind. In tex. ibi, rumpendo: nam rupto
principali gradu rumpitur, & quicquid dependet ab eo. & ad
hoc quotidie allegatur. Item allegatur, quod ſi rumpatur ante-
2 cedens, rumpitur † & conſequens. adde glo. & quod ſcripſi in l.
& ſi perceperit, in fi. ſupra ti. 1.

L E X V I.

1 *Præteritus is demum teſtamentum rumpit, quem tempore mortis nemo præ*
cedebat.
2 *Nepos conceptus, & natus poſt mortem aui non admittitur ad hæreditatẽ*
poſt mortem aui.

Si quis filio. Poſthumus quẽ alius præcedit tpe mor-
tis teſtatoris, põt præteriri, licet ille q eum
præcedebat, poſtea deſinat eſſe in rerum natura tñ nocet in iure
rumpendi, ſed non officit in via ſucceſſionis inteſtati, niſi poſt-
humus ſit poſt mortẽ teſtatoris conceptus, & natus. nam ſic ex
ſua perſona iſte non habet ius ſuccedendi ab inteſta & eſt no. d.
1 & h. d. In tex. ibi, agnaſcendo. no † hanc regulam ꝙ is demum vt
præteritus rumpit, quem tpe mortis teſtatoris nemo præcede-
bat. & ex hoc ſequit̃ talis concluſio, ꝙ in iure dicendi nullũ nõ
valet citatio non habens ip̃s expreſſum. imo plus. quia diſputa-
tum fuit ꝙ citatio iſta dr̃ hr̃e certum terminum q̃q̃ iudex non
exprimat terminum. ineſt. n. tacitum ip̃s arbitrio boni viri. vt j.
de verb. ob. continuus §. cum quis. facit in ſimili l. 1. C. de liis q.
vt indi. nam ille qui tenetur vleiſci mortem teſtatoris, debet fa-
cere, cum primum pōt, non dico plus in hoc. Op. cōtra l. noſtrā,
& vr̃ quod opi. Marcelli ſit vera, quia niſi condō impleatur in
forma, deficit diſpoſitio, vt j. de cond. & dem. qui hær. § fin. & l.
2 Mæuius, & ſ. de iniuſt. teſt. cum in ſecundo.† Item licet arguere
a de çtibus ad vltimas voluntates, a vt ſup. de pac. l. pactum inter,
& in l. C. de le. & l. nec mirum. ſ. de pign. act. & inſti. de lege. Fu.
Ca. Sed in çtib. eſt expreſſum, quod iſta verba ex partib aſcri-
bendis faciūt cōdōnem, & quod nullis partib. aſcrip. deficit con
tractus, vt ſ. pro ſo. l. cōtra. ergo idem in vltima volun. rñ. ſic ad
hoc, dū dicit, conditio debet impleri in forma. fateor, niſi teſta-
tor, qui appoſuit conditionem, eam reuocauerit expreſſe, vel ta-
cite, vt j. de adim. le. l. 3. §. cōditio. ſed hic tacite videtur reuocare
eo ipſo, quod partes non aſcribit, vt C. de inſti. & ſub. l. pe. & inf.
de leg. 2. cum pater. §. fin. & ſic non obſt. Et faciunt prædicta ad
qōnem de iudice, qui ſibi in ſnīa aliquid reſeruat, & poſtea ſu-
per reſeruatis nihil declarat, quod remanet ſnīa pura ſine vlla re
ſeruatione. & adde quod no. Din. j. de verb. ob. l. truncum, & vt
hæc materia liqueat. Si quæratur, an deficiente conditione, de-
3 ficiat actus, † Diſtingue ſic ſm Din. aut conditio eſt de præteri-
to, vel præſenti, & tunc ſi eſt falſa, non valet diſpoſitio, vt hic, &
l. cum in ſecundo. Aut eſt conditio de futuro; & tunc refert.
Aut eſt relata ad poteſtatem teſtatoris, aut tertij, aut hæredis, ſeu
honorati. Si ad ptātem teſtatoris, tunc non viciat, quia videt̃ te-
ſtatorem tacite pœnituiſſe, vt hic: ſi eſt relata ad factum tertij,
tunc viciat, vt l. cum in ſecundo. ſi vero eſt relata ad factum in-
ſtituti, vel honorati, tunc aut deficit vere, & interpretatiue; &
tunc deficit diſpoſitio, vt j. eo. ſeruus. §. 1. aut deficit vere, ſed nō
interpretatiue, vt quia non ſtat per honoratum, tunc non deficit
diſpoſitio, vt infr. de cond. & demonſt. l. iure ciuili. Et reſpōdet
Din. ad l. ſi cōtra, pro ſocio, quod ibi depēdebat ꝯditio ex facto
tertij, & bene. ad id quod dixi, quando dependent ex facto teſta-
toris, adde verum membrum. nam aut deficiente conditione
remanet diſpoſitio certa; & tunc valet diſpoſitio ut hic, aut nō
remanet certa: & tunc non valet ꝓpter incertitudinē, vt j. de vſufr.
leg. ſi plures, & eſt gl. pro hoc j. eo. l. ſi quis ita ſcripſerit, & quod
4 no. inſ. de condi. & demon. in rub. ſm Din.† Et prædicta faciunt
ad aliam quæſtionem. dominus Car. mandauit ꝙ aliquis iret ad
confinia ad locū demōſtrandum per eum: deceſſit anteq̃ decla-
raret locum. Quæritur an iſte teneatur recedere de ciuitate? &
dic ꝙ non, quia nullo loco deſignato confinia remanent om-
nino incerta per theoricam prædictam. Deinde no. hic gl. quæ
ponit rationem videlicet prima gloſ. circa medium, quare pro
non ſcriptum accreſcit ſine onere: ſecus in caduco, vel quaſi?
ratio eſt pro non ſcriptum nunquam habuit principium eſſe,
ſed caducum, vel quaſi ſic. & ideo multū operatur habere fun-
damentum, ſimile no. ſ. de teſt. ſi teſtamentum. Vltimo adde
hic quod no. C. de tranſ. cum donationis.

ADDITIO.

a Voluntas. Adde Feli. in c. in præſentia, de proba. & remiſ. ibidem ad eum per me datas in apoſt.

LEX III.

1 *Conditio adiecta libertati, videtur adiecta hæreditati.*

1 Seruus. † Conditio adiecta libertati, videtur adiecta hæ-
reditati. h. d. Pet. & Din. Vel ſic. id quod ſuſpendit
libertatem, ſuſpendit quicquid dependet ad ſtatum libertatis,
h. d. vel dic diſpoſitio conditionalis trahit ad ſeputā, non econ-
uerſo. h. d. In glo. perinde. ibi exiſtente. hoc placet Pe. & appro-
batur, j. eo. quoti. §. fi. Et no. inſti. eod. in princ. ſed in contrarium
facit, quia plenior voluntas ſeruanda eſt, vt j. eo. ſi ita ſcriptum
fuerit, ſed tacita voluntas circa libertatem eſt plenior quā pura:
ergo &c. ſed reſponde quod expreſſum facit ceſſare tacitum. Et
no. ex iſta glo. ꝙ qñ teſtator apponit cond. duo vr̃ velle. i. ꝙ exi-
ſtente conditione ſua diſpō valeat, & ea deficiente non valeat,
& ꝙ tacitum ſuſpendat. eſt ergo illud non valere ex quadā taci-
ta voluntate appoſita, ar. j. de man. teſta. ſi quis locuples, & vide
l. verum, eo. ti. ad qōnē de illo, qui vendidit domū primo depu-
tatā ꝓ hoſpitali, & poſtea eā redemit. ꝙ legatum reaſſumit vires
ſuas. Contra prædicta tamen facit C. de fideicō. poſt mortem.

1 *Ex mutatione temporis mutatur qualitas ſuccedendi.*
2 *Aliud eſt eſſe hæredem, aliud habere ius hæredis.*
3 *Aliud eſt eſſe legitimum, & aliud eſt habere iura legitimorum.*

1 § Qui fideicommiſſa. † Ex mutatione tēpo-
ris immutat̃ qualitas
ſuccedendi. h. d. ita ſummat Cyn. In tex. poteſt, ſcilicet interim.
In tex. conſequitur, iudicio hæredis. In tex. interim id eſt condi-
tione pendente. No. quod ex mutatione tēporum mutatur qua
litas hæredum. & eſt hoc mirum, quia hic loquitur poſt aditā
hæreditatem. quō ergo variatio qualitatis aliquid operat̃, poſtq̃
hæreditas iam infixa eſt? ante enim quam hæreditas ſit quæſita,
bene fateor ꝙ poteſt operari, vt j. eo. l. §. apertura. ſed poſtea nō
vr̃ ꝙ aliquid operari poſſet. Reſpon. hoc eſt hic, quia illa quali-
tas variatur ex cauſa de præterito. ſed tunc quæro, quis eſt ſen-
ſus literæ? litera enim videtur ſibi contrariari. nam primo dicit
ꝙ deſinit eſſe hæres. ſecundo dicit ꝙ mutatur ius ſucceſſionis.
cum enim ius ſucceſſionis nō ſit aliud quā eſſe hæres ergo ſibi
2 litera contrariatur. † Reſpondet gl. ꝙ ſenſus literæ eſt iſte, quod
deſinit hæres eſſe, ſcilicet nomine. tamen ſi non vult eſſe hæres,
non habebit ius hæredis. aliud eſt ergo eſſe hæredem: aliud ha-
bere ius hæredis, ſicut eſt aliud eſſe ingenuum: aliud habere in-
3 genuorum iura. † & aliud eſt eſſe legitimum, & aliud eſt habe-
re iura legitimorum. reſpondet ſ. de excu. tut. l. dum ex ratio-
ne, & no. in l. 1. & 2. C. de iure. ann. aure. per Bu. in lec. de hoc
plene no. in l. pro hærede. § pal. de act. hære. ſed Iaco. de Ra. &
Pe. dicunt ꝙ iſte adeo efficitur voluntarius, quod ſi vult abſtine-
re ab hæreditate, deſinit eſſe hęres re, & nomine, qa auctoritas
iuris ciui. hoc facit, quod deſinat eſſe hęres ipſo iure abſtinen-
do ſe: alias malediceret litera, ꝙ eſſet hæres voluntarius, ſi re-
maneret hæres nomine de neceſſitate ſm Iac. & Pet. Et no. ꝙ
iſte §. facit ad q. de ſubſti. compendioſa facta ſine diſtinctione
temporis pupillaris ætatis a tempore pubertatis, ſcilicet ꝙ iſta
ſubſtitutio ſecundum varietatem temporum varietur, & ſit di-
recta tempore, quo poteſt eſſe directa, ſed poſt pupillarem æta-
tem ſit obliqua. ad idem j. de cond. & demon. pater ſe. § condi.
ſed gl. dicit contra in l. precibus, & l. Centurio. j. tit. 1. & ibi dicā.

1 *Hæres neceſſarius teſtatoris, eſt hæres neceſſarius impuberis, cui eſt ſubſti tutus.*
2 *Hæres voluntarius per arrogationem teſtatoris ſit neceſſarius.*
3 *Suus hæres hæreditatem non aditam tranſmittit ad quoſcunque.*

1 §. Aperturæ. † Hæres neceſſarius teſtatoris eſt hæres
neceſſarius impuberis. cui eſt ſubſtitu-
tus, etiam ſi eius qualitas ſit mutata anteq̃ exiſtat conditio ſub-
2 ſtitutionis. h. d. † Item per arrogationem quando teſtator arro-
gat voluntarius hæres ſit neceſſarius hæres. In tex. ibi, dede-
rit. ſ. patri impuberis. In glo. magna ibi, habet pro intellectu ip-
ſius ſic diſtingue. quandoq; quis dat ſe in arrogationem ipſi te-
ſtatori,

ſtatori,quandoq; extraneo. Primo caſu aut ante teſtamentum, aut poſt.ſi ante teſtamentum refert, aut reperitur in arrogatione tempore mortis patris, & erit ſuus hæres patri. ſed ſi quæritur, an ſit ſuus hæres impuberi, cui eſt ſubſtitutus, Diſtingue, aut reperitur ſui iuris tempore mortis impuberis, & erit ſuus. aut reperitur in arrogatione alterius, & non erit ſuus.ſi vero tẽpore mortis teſtatoris non reperiatur in ptãte nemini erit ſuus, vt no.hic ſm ſecundam lec.& in l.ſi ſub cond. hic allegata Secundo caſu qñ poſt teſtm̃ ſe dedit ad arrogationem, tunc ſi reperitur in arrogatione tpe mortis arrogatus, eſt ei ſuus hæres: ſed an ſit ſuus hæres impuberis, Diſtinguitur eo modo quo ſup. dictum eſt, vt ſ.de libe.& poſth.l. filius §.fi. & l.ſi quis hæres,de inu.teſta. & tangitur hic in tertia lect. Secundo caſu principali, qñ quis dat ſe in arroga.extraneo.tunc aut poſtquã extitit ſuus hæres pupilli,& remanet neceſſarius: aut ante, tunc eſt voluntarius hæres,& hoc tangitur in vlt.lec.Glo.per Bar. Concluſio eſt iſta,q̃ cum quæritur,an quis ſit ſuus,vel volũtarius, aut qualitas per quam eſt ſuus,inſit ei tpe, quo hæreditas patris ſibi deferiur; & tunc eſt neceſſarius hæres patris. Itẽ ſi ſtatus eius non ſit mutatus,erit neceſſarius hæres impuberis, vt j.de vulg.ſub. ſed & ſi plures §.quos poſſum, & C. de iure deli.l.quidam Eulogio. Sed ſi eſt ſtatus medio tempore mutatus, vt quia dedit ſe in arrogationem alteri, & tpe quo defertur hęc hęreditas pupilli,reperitur in eodem ſtatu ſic mutato;tunc eſt hæres voluntarius. Iſta eſt concluſio ex prædictis. ſed dubito propter l.quidam eulogio. quia dato q̃ non faciat eum hæredem neceſſariũ qualitas perſonæ, facit eum tamen hæredem neceſſarium pupilli immixtio ex teſtõ paterno, præſertim hodie, quia per noua iura ſuus ſuo arbitrio poteſt hęreditatem adire, & hęredem
3 ſe facere.vt l.cum non ſolum,de bonis quæ lib. † Deinde no. gl. hic poſitam in fi.quæ dicit q̃ ſuus hæres non agnitam trãſmittit ad quocunque,licet gl. alibi notet contra, ſed dic,vt no.Cy.in l. apud hoſtes C.de ſuis & legitimis.

LEX IIII.

1 *Conditio poteſtatiua illa dicitur,quæ de facili poteſt impleri.*
2 *Filio excepto quilibet ſuus poteſt inſtitui ſub cõditione caſuali,& mixta.*
3 *Præteritio,& grauamen ſunt diuerſa.*
4 *Paria ſunt rem in principio non eſſe,vel poſtea deſinere eſſe.*
5 *Frater maior debet ſemper mittere electionem minori.*
6 *Legitima quæ debetur filio,nõ ita debetur a legatarijs, ſicut ab hæredibus.*
7 *Conditio poteſtatiua illa dicitur, quæ mere dependet a poteſtate,& non eſt mixta cum inſidijs fortunæ,vel facto tertij.*
8 *Qui tenetur alicui dare cauſa conditionis implendæ, tenetur accedere ad eum,cui debet dare.*

Suus quoque. Suus hęres potentialiter poteſt inſtitui ſub qualibet conditione, excepto filio in poteſtate, qui non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta, ſed ſub poteſtatiua ſic.qua non impleta repellitur
1 a ſucceſsione teſtati, & accreſcit cohæredi.† & dicitur conditio poteſtatiua illa quæ de facili poteſt impleri. h. d. vſque ad verſ. ſed & ſi filio. Et diuiditur in quatuor partes Primo ponit dictũ. Secundo excipit a dicto. Tertio ponit vnam q. circa præmiſſa. Quarto vnam illationem. Secunda ibi,ſed excip.eũdum. Ter-
2 tia ibi,ſed vtrum.Quarta ibi,& ideo. No. † q̃ excepto filio quilibet ſuus poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, & mixta,concor. j eod.l.ſed ſi condi §.nepotes,ſed vt non erretis, dicitis q̃ illud eſt verum in eo,qui eſt ſuus potentialiter: quia conditionale teſtm̃ tenet a principio,cum poſſit præteriri,vt ſup.de lib.& poſt. l.Gallus,§. in omnibus, ſecus, ſi eſſet ſuus præſentialiter, quia cum inſtitutio conditionalis interim inducat præteritionem, teſtm̃ eſſet nullum,vt ſ. tit.i.poſthumorum. No.ergo q̃ non eſt differentia in gradu, ſed in qualitate inſtituti, & ex hoc concludo,q̃ ſi nepos ſit inſtitutus ſub conditione caſuali, vel mixta, & a principio iſte nepos non tenebat primum locum, q̃ valet teſtm̃ inſpecto principio. Sed ſi poſtea viuo teſtatore incipit tenere primum locum, pendente conditione, ipſo iure rumpitur teſtm̃,quia inuenit ſe præteritum ſm Iac.de Rai.& Pe.de quo. C.de impub.& alijs ſubſti.l.ſi pater,in 5. q. per Cyn. Secundo no.quod omnis ſuus poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua: ergo conditio poteſtatiua iuris intellectu non dicitur interim inducere præteritionem,quia non eſt apta ſuſpendere, niſi quatenus vult inſtitutus,vt j.de bo.lib.l.ſi libertus;facit j.co. iã dubitan. Contra hoc op.& videtur q̃ filius inſtitutus ſub quacũq; conditione non rumpit teſtm̃ quia illa conditio tollitur, & habetur pro non adiecta.vnde videtur ob.C.de inoff.teſt.quoniã ĩ prioribus Sed dicit glo.q̃ hodie iſta conditio remouetur, & habetur inſtitutio pro pura, & ſic teſtamentum non vitiatur, & idem no.in d.l.ſi pater.in fine magnæ glo. Iac.de Ra.& Pe.dicũt q̃ illa l.qm̃.non loquitur in conditione caſuali, quæ inducit pręteritionem.ſed l.noſtra loquit in conditione poteſtatiua,quę inducit grauamen: tamen non inducit interim præteritionem. ergo in conditione cauſali illa l. non corrigit iura vetera ſecundum Iac.de Raue. Pet.& Cy. hic dicũt, quod iſta eſt mens iſtius
a gl.a quæ incipit,eſt enim.Nã iſta gl.vſque ad ver.ſed qd ſi ſub- mixta,loquit de condõne poteſtatiua.& iſta glo. dicit quod hẽt locum l.qm̃.poſtea glo loquitur de condõne mixta,& non reperit aliquid.quod illa l.qm̃,habeat locũ in ea & ad glo l.ſi pr̃,Rñ. Iac.de Ra. Pe.& Cy. quod illa gl non dicit verum, ſi mens illius glo.fuit quod inſtõ condõnalis ſub quauis condõne teneat,quaſi condõ reijciatur, & hoc probant ſic. Nam quod condõ habeatur pro non appoſita,eſt introductum in fauorem filij.nunc vero retorqueretur ad damnum,ſi filius repelleretur iure dicendi nullum,cum interſit filij facere patrem inteſtatum. Præterea dñt ipſi quod illa l.qm̃.diſponit reſpectu querelæ inoff.teſt.non reſpectu iuris dicendi nullum: & ideo quantum ad ius dicendi nullum illa l.non corrigit iura vetera ſecundum prædictos doc. Idem tenent Ray.ſed Bar tenet ſimpliciter gl.& dicit ſe ſæpe ita conſuluiſſe ſecundum iſtã gl.& quod l.qm̃ hẽt locum in condõne caſuali inducente interim præteritionem Dicit ipſe q̃ eſt caſus in l.ſcimus,§.cum aũt,de inoff.teſt.vbi condõ caſualis remouet,& remanet diſpoſitio pura quo ad legitimã. Breuiter credo q̃ opi.Iac.& Pe.ſit ipſa veritas, & per hoc ponderandus eſt tex. in d.l.qm̃,quæ dicit q̃ illa condõ remouet, quæ inducit graua-
3 men.ſed condõ caſualis,vel mixta non inducit grauamen.† Itẽ præteritio non dr̃ grauamen,imo præterire, & grauare ponuntur vt diuerſa.C. de fideiuſ l.pe.hoc etiã probo, quia cum iſtud teſtamentum ſit nullum,ergo condõ nõ inducit grauamen. Vñ l.illa non habet locum in cauſa præteritionis: & iſta eſt veritas. ſed vt clarius intelligas,vtrum habeat locum in condõne caſuali,ſic diſtinguo Aut eſt aliquid pure relictum iure inſtõnis,& reliquum eſt relictum ſub condõne,tunc illa l.hẽt locum in qualibet condõne,quia illa l. remouet moram.i. dilationem quamcunque.& ex quo eſt inſtitutio pura,etiam in vno minimo inſtitutus nõ eſt præteritus,vt no.inf.ad Tre.l.ſi quis priore,& de mi. l.3.§ ſed vtrum. Aut non eſt inſtitutus in aliquo pote,& refert. Aut eſt neceſſe relinqui iure inſtõnis ; tunc teſtamentum non valet propter præteritionem.Aut ſufficit quoquo relicti titulo, tunc valet teſtamentum,quia ibi non curatur præteritio.ſed capiendi effectus,& cõdõ tunc irritatur;& ita loquitur l.ſcimus.§. cum aũt.& ideo ſi per ſtatutũ ſufficiat relinquere filiabus quocunq; relicti titulo,quia ſtatutum permittit eas præteriri, ſi apponeretur caſualis cõdõ,vel mixta, reijceretᷣ vſque ad legitimã portionem,& ceſſaret querela.& ita loquit,§.cum autem. Iuxta hoc quæro. pone quod iſta cõdõ reijcitur in debito bonorũ ſubſidio. nũ quid ergo reſiduum veniat per ius accreſcendi? & breuiter dico ſic,ſi non habet cohæredem:ſecus,ſi habeat cohæredem.vt inf.eod.ſi quis ita. & ideo qñ non hẽ cohæredem,fruſtra expectaretᷣ condõ ſm Iac.Ray & Cy. Iuxta prædicta quærit Bar.pater inſtituit filium in aliqua re,vel in re, quæ non reperitᷣ
b in rerum nã,b vel inſtituit eũ hæredẽ in re ſacra,vel religioſa,vel
4 in propria re ipſius filij,puta in dote materna.† Quæritur, vtrum iſte filius poſſit dicere teſtm̃ nullum? & vr̃ q̃ non.& arguo ſic. paria ſunt rem in principio nõ eſſe,vel poſtea deficere. Sed lex dicit q̃ ſi poſtea deſinit,vel euincitur,valet teſtm̃.vt l.ſcimus, in princ.de inoffi teſt. ergo idem ſi a principio non eſt in rerũ nã, vel eſt,ſed relinqui nõ põt,quia per l ſit repletio in alijs bonis,vt in l.3tia.Bar.dicit 3 & eſt no.quia iſta inſtõ nulla eſt.quæ in nulla re facta eſt.& alle.inſ.de leg.i.in fi.e in alleg.l. item quod Sabinus,ver.aliter atq; inſ.eo.& C.de inoffic.teſt. omnimodo. §. pe. Nec ob.l.ſcimus,quia ibi teſtm̃ a princ.tenuit, & teſtõr teſtm̃ legitime ordinauit:hic non.quod tene mẽti,& hoc ſentit gl. in l. 3.ſup de mi.§ ſed vtrum.vbi gl.conſuluit, q̃ qñ pater filiã inſtituit in dote,quæ eſt proprium patrimoniũ filiæ, quod aliquid eſt vltra relinquat de bonis patriæ inſtõnis. Item quærit Bar. ſi filius eſt inſtitutus in certa quantitate, & non vult illam quãtitatẽ. ſed vult in corporibus hæreditatis legitimam, vtrum poſſit? & dicit ipſe q̃ ſic per d.l.ſcimus,§.repletionem,& ibi per Gul.de Cu.nõ tamẽ dẽ hr̃e in qualibet re portiunculam,ſed officio iudicis ſibi aſsignabitᷣ res certa pro legitima,vt de leg.j.l. non amplius. §. fi.cum l.ſeq.ſecundum Bar. Et dic quod cõtendit cum fratrib. nõ põt eligere certã rẽ pro legitima,ſed forte dirimetᷣ,vt l. a. C. qñ & qui.quar pars de ſed ſi cõtẽdit cum extraneis,forte põt eligere ſuo arbitrio rẽ,in qua velit legitimam ſuã, vt in auth. de re-
5 ſti.& ea quæ pa.§.quamobrem. † & teneas q̃ ſp frater maior dẽ mittere electionẽ minori,vt in c.j.extra.de pato.& vide l.j.C.de
6 his qui ſe dele.lib.x. & ibi per doct. † Vlterius quæro,vtrum legitima,quæ debetur filio,debeatur ita a legatarijs,ſicut ab heredevñ. Bar.inſ.ad l. Falc.l.in quarta,dicit q̃ ſic,vr̃ caſus,inf.de bo. lib.Libertus ſub condõne,§.2.Gul.de Cu.no.de hoc in l.j.C.de inoffic.do.Ego credo quod aut ſunt legatarij corporũ legatariorum, & tenentur conferre ſimul cum hærede vñ, aut quantitatum,& non tenentur cõferre ad iſtam legitimã, quia de illis quantitatibus,cum non ſint de ſubſtantia bonorum patris,filio non

ADDITIONES.

a Iſtius gl. Vide Ang.20 & in conſ.96 & in Bar.in conſ.23. & eundem Bal. in conſ.79.in 2.vol.& Ful in conſ.21.
b In rerum natura. Vide eundem Bal.in conſ.7.in 3.vol.

non debet legitima. Et habemus ſiſc ꝙ ſit dña inter q̃titatẽ &
corpora. ℨ.de leg.2.l.cũ pr̃,in princip.& l.deducta.§. minimis,ad
Treb. Aliter ſi opi. Gui.& Bar.eſſet ſimpl̃r vera,& teſtator fecil
ſet legata,filius qui petierat legitimã,indigeret mille libellis,qa
oporteret offerre libellum ꝫ quemlibet legatarium,quod eſt ridi
culum,& conſuetudo hoc non approbat.In ver.ſed verum. Et
no.hic ꝙ diſpoſitio conditionalis non hẽt effectum, niſi exiſtat
conditio.Item no.in ver.& ideo,ꝙ qñ certũ eſt de virib. teſſ̃,põt
adire vnus cohæres ſine altero: ſecus ſi eſſet incertum, vt ſup. de
inių.te.l.ſi ego.Item no.in glo.quæ incipit.ſ.facere,quod ſi filius
inſtituitur ſub conditione mixta vult parere conditioni, & eſſe
hæres ex teſtõ,quod põt.vñ ſentit gl.quod non obſtante præte-
ritione tacitè facta interim poſſit ſuccedi de iure ci. tã per præte
ritum filiũ q̃ per cohęredem. Et eam bene not. & adde ad eam
7 quæ no.in l.præterito.ſupr.de inių.teſt. † Venio ad ver.puto.&
no.hic quod illa dicitur conditio poteſtatiua, quæ mere depen-
det a ptãte,& non eſt mixta cum inſidijs fortunæ vel facto ter-
tij.& adde quod no.ℨ.de cond.& demõ. l.Lucius,& C.de inſl.&
ſub.l.1.Bar.tractat hic mãm, qñ dicatur aliquid poſſe deſinere,
& ponit hic q̃õnem,ſi ſtatutum dicit, ꝙ pro tali maleficio ſoluã
tur centum,& ſi non poterit ſoluere,decapitet. quando implea
tur iſta conditio,ſi non poſſet ſoluere, & vtrum iudex poſſit aſ-
a ſignare terminum ad ſoluendum? a & dic vt per Bar.& vr̃ quod
iudex poſſit ſtatuere terminum ſuo arbitrio, vt l.1.§.ſanè. inf.de
8 ſucceſ.edic. Item in ver.põt, no.† quod qui tenetur alicui dare
cauſa conditionis implendæ, tenetur accedere ad illum, cui dẽt
dare,de hoc no.de conſt.pec.l.ſed & alia; & iſte text.eſt ad hoc
multum no. Et dic quod tot modis deſinit aliquid poſſe, quot
modis incipit poſſe.q̃cunq;.n. ſunt cauſę inducentes potẽtiã,il
læ remotæ inducunt non potentiã,& adde quod dixi.ſ̃. ti.1.l.1.

ADDITIO.

a Ad ſoluendum. Vide Fran.de Rampo.in conſ.Cal.conſ.2.de pę.vbi quid ſi
iudex aliquem condemnet in c.& ſi non ſoluerit.inf.menſem, condẽnat
in 4.pluri,an ille qui iudicet,cogi poſſit ad ſoluendum inf.menſem.

---

1 *Pendente poteſtatiua conditione inſtitutionis, non admittitur ſubſtitutus vulgaris,ſed deinde ea defecta.*
2 *Conditio poteſtatiua inſerta inſtitutioni poteſt impleri quandocunque in vita inſtituti, nec dicitur deſinere poſſe impleri, niſi per mortem eius.*
3 *Legatum facilius vitiatur quàm inſtitutio hæredis.*
4 *Conditio poteſtatiua in criminalibus debet ſtatim adimpleri:ſin ſecus, ſententia exequutioni mandatur, quia in criminalibus nullum tempus datur iudicatis.*

1 §.Sed & ſi filio. † Pendente ptãtiua conditione in-
ſtitutionis non admittitur ſubſtitu
2 tus vulgaris,ſed deinde ea defecta.h.d.† Nota quod condõ ptãti
ua inſerta inſtitutioni põt impleri qñcunq; in vita inſtituti, nec
dr̃ deſinere poſſe impleri niſi per mortẽ eius.hoc eſt verum, ni-
ſi fuerit appoſita dies,vt ℨ.l. proxima,in prin.& ℨ.de fideicõ. lib.
l.Thais.§.inter. Opp.& vr̃ qđ debet impleri conditio ſtatim,ꝗ q̃-
primum põt:alias dicatur deſinere,vt ℨ.de cond & dem. hæc cõ
3 ditio,ſi in capitolium.So.† ibi loquitur in legato: hic in inſtõne
hæredis,quæ non ita de facili vitiatur,ſicut legatum,vt no.inſ.e.
ſi quis ita inſtituatur,ſm̃ Iac.de Ra.& Pe. Quæro quid in cõtra-
ctibus,an ſit idem,quod in legatis,an idem quod in inſtitutione
hæredis? Dico quod idem quod in inſt. hæredi. quia firmius ſub
ſiſtunt contractus ex voluntate duorum q̃ legata,vt C.de ꝯtten.
4 emp.l.fi.ſm̃ Pe.† Quæro quid in quaſi ꝯctibus, ſeu ſententijs?
pone dicit iudex,x.dato & ſi.x.dare non poteris, amputetur tibi
pes.vtrum ſi non dat a.in continenti,intelligatur deſinere poſſe
dare? Bar.hic tãgit,& dicit ꝙ de hoc eſt dubitandum. Ego dico
quod ſi poneres exemplum in ciuili cauſa, intelligeretur ineſſe
tp̃s,quod datur iudicatis,vt l.ſi cum dies.§.ſi de ar.& de iu.ſi debi
tori.ſ.& eſt caſus licet doc non alle.in l.a diuo Pio.§. præceden-
ti,& §.condemnatum.ℨ.de re iud.ſed quia ponis exemplum in
criminali,vbi nullum tempus datur iudi.a leg. videtur hoc cõ-
miſſum arbitrio iudicis,vt l.1.in fi.de iure de. niſi per ſtatutum
eſſet tempus limitatum,vt ℨ.l.proxi.in prin.& tene mẽti. Bal.

LEX V.

Apud Iulianum. In tex.ibi,nouiſſimo,id eſt vlti-
mo vitæ ſpiritu. Not.quod quę
dam eſt conditio,quæ non poteſt ſemper impleri;& iſta cũ deſi-
nit poſſe,facit patrem inteſtatum, niſi prouiderit de cohęrede,
vel ſubſtituto. quædam eſt, quæ poteſt impleri vſque ad extre-
mum vitæ.iſta non deficit, donec inſtitutus viuat, & inſtitutus
ſic moriens,non tranſmittit ex teſtamento, nec ab inteſtato,qa
nec moriendo fuit hæres,vt infr.de condi.inſti.l.fi.

LEX VI.

Sed & ſi in conditione. Vbi eſt conditio, &
dies, conditio nõ po-
teſt impleri poſt diem.h.d.facit ad no.per Innoc.in c. ex parte
dæ,extra,de præben.

§.Nepotes. Hunc §.declara,vt dixi ſupra l.proxima in
principio.

1 *Mutationes hæredis ſcripti medijs temporibus non nocent.*
2 *Extrema potius,quam media debemus conſiderare.*

1 §.Solemus. † Mutationes hæredis ſcripti medijs tem-
poribus non nocent.h.d ſm̃ Di.limita per
l.intercidit,de condi.& demon.In tex.ibi,mox.i.adhuc viuente
teſtatore.Din.& de hac dictione,mox,vide l.fructus,ſ̃.ſolu.ma-
2 trimonio.No.in iſto §. † quod debemus potius conſiderare ex-
trema media.certe hoc eſt verum. vbi ita conſiderat lex, quia a
conſideratione legis non poſſumus recedere.& dic in hoc §. ꝙ
mutatio de bono in malum.ſ.de capace in nõ capacem. aut fit
extremis tp̃ibus,& tũc inſtõnẽ nullam reddit,vt ℨ.eo.ſi alienũ,
§.1.aut medijs tp̃ibus: & tunc non nocet,vt hic, iſtud eſt verũ,
qñ eſt mutatio. quæ extinguit ius ciuile, ſed non ius gentium.
ſed ſi talis eſſet mutatio medio tp̃e, quæ extingueret ius ciuile,
& gentium,tunc vitiaret,vt ℨ.de condi.& demonſtr. intercidit.
Aut fit mutatio de bono in bonum,vel de bono in melius,tunc
ex quo non fit mutatio niſi circa qualitatem, vt de neceſſario
voluntarius,vel econtra;& tunc valet, & non nocet talis muta-
tio,vt ſ̃.eo.l.3.§.qui fideicommiſſarium,ſm̃ Cy eſt ergo duplex
mutatio.ſ.capacitatis,& qualitatis. Et iſta ſecunda mutatio nun-
q̃ habet mutare ſubſtantiã inſtitutionis,& facit ℨ §.proximo.

1 *Lex vbi conſiderat certum,& determinatum tempus,quædam a principio impediunt,quæ medio tempore non impediunt.*
2 *Canoniſtæ tenent actum medio tempore factum inducere tacitam renunciationem.*

1 §.Seruus. † Vbi lex conſiderat certum, & determinatũ
tempus,quædã a principio impediunt, q̃ me-
dio tp̃e non impediunt.h.d.§.iſte,& eſt argu.ꝙ ſi quis impetrat
præbendam vacaturã, & poſtea accipiat vxorem, & anteq̃ præ-
benda vacet, vxor moriatur, ꝙ admittatur ad præbendam po-
2 ſtea vacantem,quia media tempora non nocent. † Contrarium
tenent canoniſtæ,quia act. medio tp̃e factus inducit tacitam re
nunciationem; & ideo nocet,argu.ſ̃.de diuortijs,quod ait lex.
Bald.In tex.ibi,ſed ſi ſubſtitutus ſit. No. hic,quod pupillus põt
acquirere: ſed an põt alienare in præiudicium pupillariter ſub-
ſtituti? Iſta q̃õ quærit,an auth. res quæ,habeat locum in ſubſtit.
pupillari, vel directa? & vr̃ ꝙ non habeat locũ in ſubſtit.directa,
vt ſ̃.de tut.& ra.diſt.l.1.§.ſed nonnullos, & l. qui filium, vbi pu.
educ.debe.& ſup.de mi.l. in integrum, ℨ. de acq.hære.quotiens
pupil.quod tene menti, & pro notatis in l. cum plures ſ̃. de ad-
mi.tut.vbi no.an frater teneatur dotare ſororem inopem: & vi
de l.tutor.§.in ſoluendis,eo.tit.& ibi eſt caſus etiam,an filius te-
neatur dotare matrem inopem. quam q̃õnem mouet Guil.de
Cu.& illum tex.non allegat in l.vl. .C.de inoffi.do.

1 *Seruo cum libertate inſtituto ſola libertas adimi non poteſt.*
2 *Teſtamenti clauſula nulla operatur,niſi confirmetur.*

1 §.Sed ſi ſit. † Seruo cum libertate inſtituto hæredi ſo-
la libertas adimi non poteſt.nam ſicut nõ
põt legari a ſeipſo, ita non põt adimi a ſe ipſo,hoc eſt dicere,di-
ſpoſitio ſiue veniat per modum conferendi ſeu adimendi,requi
rit confirmationem per aditionem hæredi.ergo ſi valeret adem
ptio liber.oporteret hanc ademptionem confirmari per aditio-
nem hæredi.& ſic vnum oppoſitorũ cõfirmaretur per reliquũ:
2 quod eſt impoſſibile. Et ſic no.per illum tex. Bar. ꝙ nulla cła
teſtĩ aliquid operatur, niſi confirmetur,& ideo dicit ꝙ illa cła,
a Caſſans & irritans a omne aliud teſtm̃ &c. requirit adi.ex ſecun
do teſtõ.ſed in hoc non dicit verũ, quia primũ teſt caſſum eſt
per ſm̃,& ex eo ꝙ hæreditas potuit ex ſecundo adiri, licet non
ſit adita,vt ſup.de inių.teſta.l.cum in ſecundo. Eſt verum ꝙ Bar.
loquitur hic arguendo,& non decidendo,& remittit ad no. per
ſe ipſum in l.ſi iure,de leg.3. In tex ibi a ſemetipſo id eſt non per
mediam manuum alterius,vt ℨ.de act. hæredi.ex parte.& ideo
glo.quæ eſt C.de iur.& fac igno.l.ſi poſt diuiſione,quæ dicit ꝙ
inter cohæredes eſt obligatio nãlis. non dicit verum, quia non
capit vnus ab altero,nec alter tenetur alteri: ſed capit a ſe ipſo.
& vide quod no.ſ̃.qui ſatiſd cog.l.inter oẽs,vbi dicit gloſ.ꝙ poſ-
ſeſſio corporalis bene põt capi ab alio,quia conſiſtit in facto.ſed
ius directæ inſtitutionis non capitur ab alio,ſed a ſemetipſo.

ADDITIO.

a Irritans. Vide eundem Bal.in conſ 43.& in conſ.206.in 2.vol.

---

§.Quæro. Quare ſecundo hæredi inſtituto poteſt relin-
qui libertas a ſe ipſo,& non legatum? Rñdet
gl.ꝙ libertas non eſt res hæreditaria. Ego dico ꝙ libertas eſt qđ
connexum,& inſeparabile ab effectu inſtitutionis,ſed legatum
non eſt quid connexum; imo eſt quoddã quid oppoſitum,& in
eadem perſona ſub eodem nomine non poteſt cadere ius dire-
ctum inſti.& ius obliquum legati, ℨ. ad Treb. l. ſi hæres inſtitu.
In tex.ibi,accipit,id eſt ex eius aditione confirmatur libertas.

LEX VII.

Si ſeruus. Conditio.cuius effectus nihil operatur,non de
bet expectari.

LEX VIII.

Duo ſocij. Vbi non apparet prius, ibi iudicandũ eſt de
plurib.tãquam ſimul concurrentibus. h.d.

LEX IX.

1 *Error in corpore facit inſtitutionem non valere. idem eſt, ſi ſiat error in conſanguinitate.*

2 *Error in nomine appellatiuo vitiat.*

Quotiens volens. Error in corpore vitiat inſtitutionem. Item error in nomine appellatiuo rei vitiat relictum. h. d. vſque ad ver. ſed ſi nõ in corpore. & tractat iſtud prin. de erroribus vitiãtibus teſtamentum.
1 †No. φ error in corpore facit inſtitutionem non valere. & pone exemplum. ſi quis intendebat inſtituere fratrem ſuum, quem tñ nunquam præſentialiter viderat, vnde non habebat eum notum, vel erat longiſſimum tpſ φ non viderat, vnde non cognoſcebat eum, & occurrit ei alius, dicens ſe eſſe iſtum fratrem: & ſic inſtõnem meruit. Certe iſta inſtitutio eſt nulla, quia eſt erratum in corpore. & ideo dicit Glo. φ Iacob. de iure non fuit hæres Iſaac patris ſui, quia Iſaac errauit in corpore, cum credidit eum eſſe Eſau ex tactu manuum. Ait. n. vox quidem Iacob eſt, manus aũt ſunt Eſau. ſimili. J. glo. eſt ſ. de te. hæredes palam, §. a. de hoc no. 8. q. 1 quam periculoſum. ſcribitur ẽt de iſto Iac. ĩ c. penul. xlvij. diſtinc. & in §. item opponitur. 22. qu 2. poſſet dici quod inſtitutio tenuit de iure, quia Iſaac nõ fuit omnino errans ſed dubitans: & in illa dubitatione elegit ſe ſic inſtituere. Item quia poſtea certificatus approbauit, quod fecerat, vt legitur in ſua hiſtoria. Quæro hic, quid ſi non erratur in corpore, ſed in cõſanguinitate: credebam φ eſſes frater meus, cum eſſes partus ſuppoſitus. Inſtitui te hæredẽ, an valeat inſtitutio? dicit gloſ. φ non, vt l. ſi pater, & l. nec apud C. eo. & C. de fideiuſ. cum quam. & hoc qñ conſtat de errore. in dubio dic φ ſi expreſſerit cã, q̃ ſi vera eſſet, haberet neceſſe eum inſtituere, vt filium meum Titium hæredem inſtituo; & tunc p̃ſumitur cã finalis, q̃ ſi vera eſt, tenet: alſ non, & hoc tenet glo. interlinearis. C. eod. l. ſi pf & nihil allegat, ſed põt allegari ſ. de pac. ſi cum te, ſm Cyn. Ego teneo φ non ſolum ſi cã importabat neceſſitatem, ſed ſi importabat nimiam affectionem, p̃ſumitur finalis cã, vt in exemplo, quod poſui, qñ erratur in fraternitate. Caſus eſt in §. nec apud. & ad hoc facit ſ. de pac. tale pactum, §. fin. & quod ibi no. Nec ob. J. eod. l. nemo §. qui frater. qa ibi teſtãt nõ errauit, ſed ex certa ſciã fuit locutus, & ſic valet factum a ſciente, quod non valet ab errante. ſciã. n. præſumitur ex aſſidua conuerſatione, vt C. de in integ. re.
2 mi. l. de tutela, & J. vnde co. l. Octaui. † Secundo no. φ error in nõe appellatiuo vitiat. intellige hoc de nõe appellatiuo generum, ſeu ſpecierum ſumẽdo ſpẽm dialecticæ. ſed in nõe ap-
a pellatiuo indiuiduorum eſt ſecus, vt inf. de leg. 1. ſi quis in fundi a vo. & l. patronus, §. 1. de leg. 3. Rõ diuæ eſt, quia ſtulta voluntas eſt, qñ teſtator errat in eo, in quo nemo ſanæ mentis erraret, vt quia bouem appellat aſinum, vnde iſte error nunquam põt accommodari actibus hominum, facit C. eo. l. ſi. in ratione iui.

ADDITIO.

a L. ſi quis in fundi. Vbi vide Fran. Are. late, & in l. ſi in nomine. C. de teſt. & eundem Bal. in l. 1. ſupra de ori. iu. & remiſſiones, quas ibi dedi in apoſt.

---

1 *Error in quotitate, vel in quantitate non vitiat, ſiue deſcenſiue, ſiue aſcenſiue ſit erratum.*

2 *Error præſumitur in ſcripto, & non in dicto, quando vnum fuit dictum, & aliud inuenitur ſcriptum.*

3 *Notarius quando omittit ſolemnitatem, eſt præſumptio contra ipſum de falſitate, & eſt præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio.*

4 *Teſtes tot requiruntur ad probandum errorem in ſubſtantialibus, quot requiruntur ad eſſentiam actus.*

5 *Scriptura ſuppletur per viuam vocem.*

6 *Teſtamentum ſcriptum per notas valet.*

1 §. Sed ſi non in corpore. † Error in quotitate, vel quãtitate nõ vitiat, ſiue deſcenſiue, ſiue aſcenſiue ſit erratum. h. d. vſque ad §. tantundem, & loquitur hic de erroribus, qui non hñt vitiari. Vel ſic. Error qui non hẽt vitiare, remouetur, & actus remanet validus ſm tenorem veritatis. h. d. No. φ error in quantitate cõtinua, vel diſcreta non vitiat, ſiue ſit minus ſcriptum q̃ dictum,
2 ſiue plus ſcriptum, & minus dictum. Secundo no. † φ qñ vnũ fuit dictum, & aliud inuenitur ſcriptum, p̃ſumitur error in ſcripto. & nõ in dicto. Et eſt hoc valde notãdũ ad excuſandos tabelliones, & dicit Bar. φ qñ inuenit̃ ĩ inſtrõ plus vel minus, q̃ ptes
a dictauerint, præſumitur hoc per errorem a eſſe ſcriptum a tabellione, & non per dolum, per iſtum tex. niſi ex aliquibus indicijs appareret contra ſm Bart. contra tabel. tñ facit, quia vr̃ ꝯ eum p̃ſumi rõne officij, vt l. ſi quis ex ar. §. pe. de eden. & quod no. J. de le. 2. l. cum ita legatur, §. ſpẽs, & facit l. vlti. C. de magi. cõue. Bř in hoc putu ponderã ſiam qualitatem perſonæ. nam ſi iſte aſ. ſtatt bonus, p̃ſumitur error: ſi malus, præſumitur φ falſo ſcripſerit, vt no. in d. l. ſi quis ex arg. §. a. C. de proba. iubemus, & ar. inf.
3 de re mi. non oẽs. §. a Bar. † Item no. qñ omittit ſolemnitatem, eſt p̃ſumptio ꝯ ipſum de falſitate, & eſt p̃ſumptio iuris, & de iure, ꝯ quam non admittitur pbõ in cõtrarium, vt l. iubẽmus, C. de teſt. Tertio no. in ver. ſed ſi maiorem, quod difficile eſt pro-
b bare errorem notarij. b ſed difficilius eſt probare errorem teſtatoris, qñ ipſemet teſtator ſcripſerit. Rõ, quia potuit mutare voluntatem dicendo vnũ primo, poſtea aliud ſcribendo; & iſtud eſt bene no. Voluntas tamen in dubio non præſumitur mutata, vt ſup. de prob. cum tacitum, & l. quinquaginta. per quot aũt teſtes
4 probet error, † Dico quod aut loquimur in ſubſtantialibus: requiruntur tot teſtes ad probandum errorem, quot requiruntĩ ad eſſentiam act. vt no. inſ. de leg. 1. cum proponeretur, & ibi eſt gl. quæ non eſt alibi. Aut in errore probando in circunſtantijs, vel cohærentijs, vel demonſtrationibus tunc ſufficiunt duo teſtes, vt
5 ſup. de te. hæredes palã, §. ſed ſi notã. Quarto no. φ ſcriptura ſuppletur per viuam vocem. & hoc eſt, vbicunq; habeẽ plus dictum & minus ſcriptum. facit l. j. ſup. eod. Quinto no. quod in omni quantitate maiori ſiue ſit quantitas continua, ſiue diſcreta, ineſt minor. & idem in quotitate. de hoc no. ſupra, de ar. ſi cum ſi plures, & C. de lega. cum quæſtio. in gl. ma. Sexto, & vltimo no. φ
6 valet teſtamentum ſcriptum per notas. dicit Bar. hoc verum, qñ illæ notæ ſunt literæ vſitatæ: ſecus, ſi nõ vſitatæ. vt inf de bo. poſ. l. ſed cum prono. §. notis, & vide tex. ĩ auth. quod ſine ſubſcriptione, C. de teſt. & in 1. conſti. C. vbi bene dicit, per extẽſum ſcribantur, &c. & in proœ. ff. orum. & quæ ſint literæ vſitatæ, dicit ipſe φ tractat Hug. ſuper iſta. dictum d. Bar. intelligas verum, qñ eſt teſtamentum in ſcriptis. ſed in nũcupatiuo redacto poſtea in ſcripturam per notas inuſitatas, licet ex tali ſcriptura non aſſumeretur probatio: tñ nihilominus valet teſtamentum in ſe, quia hẽt vires ex nũcupatione, non ex ſcriptura, ſicut ſi nulla ſcriptura eſſet facta, nihilominus valeret, & facit ſup. de his quæ in teſta. delen. l. j. poſt princi. & ſup. de inſti. l. ſed & ſi quis, §. præſcribere. In tex. ibi, hæredem fere. inſpecta voluntate teſtatoris. In tex. ibi, aſcribere. & hoc conſtet per probationes. Dyn. In tex. ibi, iuris eſt, ſcilicet quod certum debeantur.

ADDITIONES.

a Per errorem. Vide late d. Alex. de Imo in conſ. 70. in j. p.
b Notarij. Vide do. Alex. de Imo in conſ. 105. in 2. p.

---

1 *Teſtator ſi deſtinauerat inſerere conditionem, & obliuione non inſeruit, non valet diſpoſitio.*

a *Præmiſſa in præfationibus, tacite in ipſo actu repetita creduntur.*

1 §. Tantundem. † Si teſtator deſtinauerat inſerere condõnem, & obliuione non inſeruit non valet diſpoſitio. h. d. & dicit Dy. quod nõ valet vt pura, ſed vt condõnalis ſub condõne, quam prius teſtator expreſſit ſecundum Dy. Sed ſecundum Iac. de Ra. & Pe. talis inſtõ non valet vllo modo. Rõ eſt quia illa inſtõ eſt imperfecta, & non hẽt formam perfectam, vt ſup. de teſt. ſi is qui non ob. l. 2. ſup. eo. & J. de leg. 2. l. cum pr̃. § ſi. quia ibi teſtõr primo perfecit actum ſuũ, cũ intendebat inſerere cond. hic aũt intendebat inſerere condõnem ipſi actui. dũ erat in fieri & ideo velut omiſſio formæ vitiat actum. ſecundũ Iac. de Ra. & Pe. de hoc per Cy. C. de inſt & ſub
2 ſti. l. pe. Idem tenet Bar. per l. ita ſtipula. la grã. de ver. oblig. † ſed pro Dyn facit, quia ea quæ in præfationibus præminuntur, tacite in ipſo actu repetita credũtur, vt ſup de pact. item quia §. idẽ Iul. Item ſicut condõ per errorem inſerta detrahitur, vt inf. ver. prox. l. ita per errorem omiſſa ſuppletur, vt ſit eadem rõ contrariorum; quod credo poſſ. defend: de iure. non ob. l. ita ſtipulatus, quia aliud eſt ſtipũlo aliud inſtõ hæredis, quia inſtitutio hæredis, & teſtamentum eſt fauorabilius, vt inf. de reg. iuris in teſtamentis, & hoc credo verum. Et hoc firmat gl. in ver. ſe. in gl. quæ incipit, ſi ſic pure. In tex. pro non inſtituto ſcilicet pure Dy.

1 *Conditio per errorem aſcripta nihil operatur.*

2 *Notarius qui delinquit in officio non poteſt eſſe amplius in eodem.*

3 *Iudex delinquens in officio poteſt per poteſtatem puniri.*

1 §. Sed & ſi. † Conditio per errorem aſcripta nihil operatur h. d. No. in ver. idem tractat, quod non inſpicitur factum notarij, ſed partium, & quod notarius nihil põt addere, detrahere, vel mutare; & ſi addit, detrahit, vel mutat non vitiatur tota ſcriptura, ſed ſolum id, quod eſt additum vel mutatum; caſus eſt hic, & eſt no. dignum, & facit ad no. C. de iuã fac. ſi ex falſis. ſed hic allegabatur error, & ibi falſitas & dolus. ad idem facit inf. de fal. l. filius, §. ſequens quæſtio, & vide quod no. C. de falſis, ſatis aperte, & quod no. per Inno. de hæreti. fraternitatis, & ibi omnino videas. In tex. ibi, ea. l. conditione. † Et no.
2 ad propoſitum quod ſi notarius delinquit in officio, non põt eſſe amplius in eodem, vt l. ſi aliquid, C. de ſuſc. & arca. lib. x. & in l. teſtamento datos. ſup. de teſt. tut. In tex. dum dicit, iam multa flagitia. Item committens barattariam in officio, ipſo iure priuatur etiam pendente officio, vt l. iudices, C. de dig. lib. 12. Item propter negligentiam remouetur quis ab officio, ut eſt gl. in l. mancipia. C. de ſer. fug. & l. eum, C. de procur. quid ſi notarius committat falſitatem aliter, quam in officio tabellionatus, an priuetur officio tabellionatus? vide Bar. late iſtam quæſtionem diſputantem in l. 1. inſ. ad l. Iul. repe. & circa prædicta vide l. ſi quia ex argentarijs, §. 1. ſup. de eden. Et an poſſit notario condemnato de falſo reſeruari confectio inſtrumentorum, habuiſti no. in l. ſi
3 quis filio. §. irritum. ſup. de iniuſto teſt. Et † an iudex delinquens

in officio poſſit per poteſtatem puniri, dic quod gl. in l. illicitas §. q
vniuerſas. ſup. de offic. præſi. dicit quod non. ſed dic quod aut deliquit
in officio, & pôt puniri per poteſtatem, aut extra officiũ, & non
poteſt puniri, & ita eſt caſus in l. aut facta §. pœnæ. ſ. de pœnis.

1 *Error in numero inſtitutorum non vitiat.*
2 *Error & ſimulatio quomodo probentur.*
3 *Ciuis ſi per errorem deſcriptus eſt inter comitatenſes, iſta deſcriptio ſibi non nocet, econtra ſi comitatinus deſcriptus eſt per errorem inter ciues, iſta deſcriptio ſibi non prodeſt.*
4 *Bannum alicuius ſi cancellatum eſt per errorem, non valet cancellatio, & econtra.*

§. Sed ſi cum primum. † Error in numero inſtitutorum nõ vitiat,
& qui per errorem eſt deſcriptus habetur pro non deſcripto. h.
d. In tex. ſcripſerit per errorem de quo conſtat. Din. & probatur
error, quia probatur quod prius erat tractatum & deliberatum
a vnum, & reperitur poſtea ſcriptum aliud. † Bart. dicit quod er-
2 ror & ſimulatio a hoc modo probari pôt, & facit hoc ad conue
niendos vſurarios, qui prius tractant accipere pignora: poſtea fa-
ciunt ſibi fieri inſtrũm liberę venditionis præcium, iur. n. iſte con-
tractus pignoratitius factus in fraudem vſurarum, vt dixi in l. iũ
quis. §. idem Iul. ſ. de pac. In tex. ibi, inſtitutus. & ſeruus pro non
3 adiecto hr̃. Odo. Ex iſto tex. no. ar. † quod ſi ciuis per errorẽ deſcri-
ptus eſt inter comitatenſ. quod iſta deſcriptio ſibi non nocet. &
econtra ſi comitatinus ſcriptus eſt inter ciues, iſta deſcriptio ſibi
non prodeſt per iſtum tex. Item ſi notarius armarij debuit me
deſcribere inter ciues, & ipſe deſcripſit me, & fratrem meũ per
errorem, valet deſcriptio quo ad me, non quo ad fratrem meũ.
4 Item facit iſte tex. † quod ſi bannum alicuius eſt cancellatũ per er
rorem, non valet cancellatio. & e conuerſo ſi aliquis tanquam
bannitus deſcriptus eſt in illa tabula bannitorum, in qua non de
buit deſcribi, iſta deſcriptio non obeſt, & debet inde cancellari
per hunc tex. & vide circa prędicta l. de ætate §. ex cauſa. ſup. de
interrog. act. ibi dum dicit, ex ſcriptura ductus a quo.

ADDITIO.

a Simulatio. Vide Bar. in conſ. incip. Pet. Nicolæ.

1 *Incertitudo ſiue inſit a principio, ſiue poſtea, non vitiat inſtitutionem, dummodo poſtea declaretur.*
2 *Signa quæ ponuntur ad odium, non debent fauorem operari.*

§. Si quis nomen. Hucuſque tractauit de erroribus.
nunc de modis, per quos perſo-
na redditur certa. & h. d. dummodo habeamus certitudinem,
1 non curamus de modo. h. d. Vel ſic. † Incertitudo ſiue inſit a pri.
ſiue poſtea, non vitiat inſtitutionem, dummodo poſtea decla-
retur. hoc dicit vſque ad §. hęredes. In tex. ibi, indubitabili i cla-
ro, & vide quod no. ſup. de iudi. eum quem temere. In tex. non ta
2 men contumelia. no. † quod ſigna, quæ ponuntur ad odium, nõ
debent fauorem operari. In tex. operari. odium tamen operatur,
quia eſt de natura ipſius, vt ſupr. de lib. & poſthu. ſi peperierit.
In tex. ibi in ver. hæres autem. omnimoda incertitudo vitiat in
ſtitutionem. hoc d. In gloſ. proprio. ibi, ergo ignotus. etiam cer
tus. concedo concluſionẽ dicit Di. vel ſic quod eſt certitudo quo ad
corpus, quæ ſufficit, licet quo ad nomen proprium, & alias ſit
ignotus, & hoc eſt no. ↄ illum, qui occidit hominem ignotum,
a ſufficit enim quod conſtet de corpore, licet non de homine a & de
hoc eſt glo. or. 2. q. 8. libellorum, quæ non eſt alibi. & ideo de fa-
cto multotiens hoc contingit, quando occiduntur peregrini. nã
ſufficit quod conſtet de maleficio, licet ignoratur de nomine oc
ciſi, & vide de facto quod fuit facta inquiſitio ↄ vnum, qui occide-
rat quendã, cuius nomen ignorabatur, & fuit miſſus ad furcas.

ADDITIO.

a De nomine. Adde eundem Bal. in l. in action. in vlt. col. de in lit. iur. & re-
miſſione, quas ibi dedi in apoſt. & eundem Bald. in addi. ad Spec. in titu.
de accuſ. ibi add. magna.

§. Si quis tamen. Certitudo ex euentu conditionis
reputatur certitudo ab ipſo prin.
no. hic de illa dict. vtcrq;, quod æquipollet huic dictioni. ſi quis. In
tex. incertum. ſ. interim. In ver. plane. ſup. inſtitutio fuit bimem-
bris: hic vero iſta inſtitutio fuit facta ſolum ſub vno euentu.

1 *Hæredis nomen vbi abſolute profertur, de iure ſuccedere intelligitur.*
2 *Mors omnia ſoluit.*

1 §. Hæredes. † Vbi nomen hæredis abſolute profertur,
de iur. ſuccedere intelligitur. & facit. ſ. de
edend. quædam. §. is autem. Et not. hic diuidi ius. dicit Pe. quod
tunc ius proprie indiuiſibile eſt. ſed pro tanto dicitur diuidi in
hoc caſu, quia illud ius, quod competit vtrique hæredum quan-
tum ad effectum. eſt pars illius iuris, quod habebat defunctus. v.
g. Ego habeo Titium obligatum. decedo duobus hæredibus re
lictis. credis quod diuidatur illud ius inter hæredes? certe non:
a imò extinguitur, † quia mors oĩa ſoluit. ſed ſicut hæredes fin-
guntur eadem perſona cum defuncto, eadem fictione in perſo-
na cuiuslibet fingitur obligatio, & quantum ad effectum illa,
quam quilibet habet, fingitur pars illius totalis, quam habuit
defunctus, & ſic intelligitur C. de pac. pacto ſucceſſorum, ſ. in

Pe. & Ia. de Ra. de quo ibi vide per Cy. licet iſta verba ſint ſub-
tilia: tamen non credo vera; quia dico quod eadem eſt oblõ in per-
ſona defuncti, & hæredis per veritatem, & non p fictionem. & ſi
tu dicis, mors oĩa ſoluit, Rñdeo verum in iure non tranſmiſſibi
li: ſecus in tranſmiſſibili. vnde & iacẽte hr̃ditate videmus illud
ius durare: imo plus, quia bonis vacantibus durat illud ius, &
ſuſtentatur in propria ipſius eſſentia ſine vlla perſona, vt ſ. de
ſol. Stichum, in princ. & no. ſup. de mi. denique §. ſed vtrum in
alio vero dicto quomodo illud ius diuidatur, credo quod bene di-
cunt Iac. & Pet. & allego ibi ad hoc l. no. ſup. de rei ven. ſi Pom-
po. in fi. In tex. ibi, oportet, ſcilicet quãdo a teſtatore dictum eſt.
In tex. ibi, fiat ſcilicet diuiſio a teſtatore.

1 *Inſtitutio in re certa trahitur ad vniuerſalem inſtitutionem.*
2 *Inſtitutus in re certa habet ius accreſcendi, cum ſit hæres vniuerſalis.*
3 *Ius accreſcendi non habet locum inter legatarium, & hæredem.*
4 *Si quis eſt inſtitutus in re certa, alio vniuerſali hærede inſtituto, eo repudiante accreſcit in vitio particulari.*

c §. Si duo. † Hæredes inſtituti diſpariter ex re certa, pari-
ter ſunt hr̃des vl̃es, niſi expreſſe repugnet in-
tentio teſtatoris. h. d. No. quod inſtitutio in re certa trahitur ad
vl̃em inſtitutionem, quia deſignatio certæ rei non reſtringit in-
ſtitutionẽ ad ipſam rẽ. ſed perinde eſt, ac ſi non eſſet facta men-
tio rei certæ. & ideo licet ſit diuerſa quota deſignata in re illa,
tñ ſunt hæredes æqualiter, quia vl̃is ſucceſſio non ↄmenſuratur
quotæ deſignatæ in re certa, quia illa res certa detrahitur. i. per-
inde eſt, ac ſi non eſſet facta eius mentio. Sed quæro hic quare ẽ
tô? Rñdeo, quia eo ipſo quod teſtãtor dixit, inſtituo hæredem, expreſ
ſit nomen, qđ ſignificat de neceſſitate ipſam vniuerſitatẽ, vt ſ.
eo. l. hæredes; & ideo neceſſarium ſignificatum verbi non co-
arctatur per deſignationem certæ rei & eſt verum, qñ illud ver
bum ſtat proprie. ſecus, ſi non ſtat proprie, vt qñ erat datus co-
hæres vl̃is, qui adiuit, vt C. eo. quotiens. & ſ. eo. ſi alterius. & l. ex
facto. Secundo quæro, duo ſunt inſtituti in re certa, vnus repu-
2 diat, an alteri accreſcat? Rñdeo ſic, † quia inſtitutus in re certa
hẽt ius accreſcendi, cum ſit hæres vl̃. de hoc per Cy. in C. de in-
off. teſt. in auth. nouiſſima. ¶ Tertio quæro quidam ſuit hæres
inſtitutus in re certa, alius fuit vl̃s hæres inſtitutus. modo vl̃is
hr̃s inſtitutus repudiat: quæro an accreſcit inſtituto in re certa?
& videtur quod non quia iſte inſtitutus in re certa inſtituto alio hæ
3 rede vniuerſali hr̃ pro legatario vt l. l. quotiens, † & inter lega-
tarium, & hæredem non hẽt locum ius accreſcendi, imo exſpi-
rat legatum non adita hr̃ditate. vt C. de fideicom. l. eam quam,
niſi iſte eſſet filius, quia tunc inſtitutio in re certa reducitur ad
quotam, & ideo hẽt ius accreſcendi. facit optime glo. in l. ſi quis
4 priore ſ. ad Tre. doc. tenent contra. † quod quantum ad ius accre-
a ſcendi inſtitutus in re certa habeatur pro vniuerſali inſtituto, a
& fundant ſe in rõne. nam ſi vl̃is inſtitutus repudiat, perinde eſt
ac ſi non eſſet inſtitutus, ar. in l. perinde ẽ ſi cer. pe. Sed tunc in-
ſtitutus in re certa admitteretur ad vniuerſum; ergo. &c. & hoc
tenet Cy. in auth. nouiſſima, & allegat ipſe gl. in l. ſeruo, de con-
di. inſt. ſi quis tamen bene ponderet hos tex. iſta opi. non eſt cla-
ra. nam iſti tex. ideo dñt quod trahatur ad vniuerſum. quia lex de-
trahit fundi mentionem: ſed iſtud eſt falſum, vbi datus cohæres
vl̃is, quia tunc non detrahitur mentio fundi. ergo rõ, quare tra-
hitur ad vniuerſum, ceſſat in caſu iſto: propterea iſta inſtitutio
in re certa cępit interpretationem vt legatum; ergo ex acciden
ti non debet variari iſta interpretatio, ſicut no. i. l. ſ. de vul. ſub. l.
Centurio. & l. verbis ciuilibus. Quarto quæro, quid ſi teſtãtor prohi
b buit inſtitutum ex re certa plus petere, b vel hr̃e, vtrum habeat
locum ius accreſcendi? & videtur hic expreſſum quod non, vt patet
ibi, ſi modo uoluntas, ad idem ẽ de iure i. te. l. pe. & de vſuf. l. dñi.
nam teſtator pôt ius accreſcendi prohibere. Super hoc puncto
Bar. ſic diſtinguit, aut iſta clã fuit inſerta fauore venientium ab
inte. aut fauore hæredis vl̃ier inſtituti. Primo caſu ceſſat ius ac
creſcendi, vt hic. Secundo caſu nõ ceſſat ius accreſcendi vniuer-
ſali hærede repudiante, quia cum fuerit appoſita in fauorem hæ
redis vl̃s, non debet operari in eo, quod non eſſet ei fauor, vt l.
Paulo Callimacho, §. i. inf. de leg. 3. & ego in hoc ſecundo mẽ-
bro in filia inſtituta in re certa ſic conſului de facto, & addidi
aliam rationem quo ad filiam, quia inſtõ ſua habet cõſideratio
nem quotæ unde ne teſtãtor decedat pro parte teſtatus, pro par-
te inteſtatus ius accreſcendi eſt neceſſarium, ut no. inf. de acq.
hær. l. ſeruus communis ab extero, inf. de acq. hær. & adde quod
dicã, ſ. eo. §. ſi quis hæres. dicunt quidam quod nunquam teſtator
pôt prohibere ius accreſcendi hærede inſtituto in re certa, p no.
per Din. & Cy. in d. l. ſi quis ita Sed non dicunt uerum, quia ibi
loquitur in inſtõne, quæ habet formam vl̃s inſtitutionis. hic in
inſti. quæ habet formam particularis relicti, quia in re certa in-
ſtitutus: & no. hoc. ¶ Quõ in qua habui conſulere, fuit iſta. qui-
dam

ADDITIONES.

a Irritans. Vide Lud. Ro. in conſ. 8 1. eundem Bal. in conſ. 83 in 5. vol.
b Petere. Vide Aug. in conſ. 184.

dam inſtituerat filiam fœminam in mille. maſculum uero hæredem vniuerſalem, & adiecit in teſtamento, quod filia fœmina non poſsit plus petere, vel hr̃e ſub pœna: uiuo teſtõre deceſ maſculus, deinde teſtõr: fratres teſtõris ex forma ſtatuti dicunt ſe ſuccedere ab inte. excluſa filia. ipſa vero dicebat ſe ſuccedere ex
a teſtamento per ius accreſcendi. ego conſului pro filia. a ſ.ſp non eſſemus in cauſa uite. ſed teſtati; & ſic repelleremur ſtatuto.

ADDITIO.

a Pro filia. Vide Raph. Fol. in conſ. 102.

1 *Dictio Poſtea, non ſignificat temporis interuallum in his, quæ ſimul producuntur in eſſe, maxime in dicto teſtis, qui debet de neceſsitate concludere, vt ex eo ſequatur condemnatio.*
2 *Dictum teſtis in dubio interpretatur contra producentem.*
3 *Ordo duplex eſt temporis, & naturæ.*
4 *Ignis prior eſt, quam calor ſecundum ordinem naturæ, ſed non temporis.*

qui poſtea donabit ſpurio. ſi. ff. de hære. inſti. quidam cum filiũ.
& eſt hoc verum, ſi hoc facit iſte inſtitutus proprio motu, ſecus,
ſi approbaretur quod accõmodaſſet tacitã fidẽ, quia tunc fiſcus
aufert, vt no. ſ. de leg. 1. Lucius. §. in teſtamento, & l cum tacitũ,
4 de proba †Quæro hic, ſicut ſpurius non capit ex teſtamẽto, ita
nec ex ꝯtu? gl. ſup. de prob qui teſtamentum, dicit ꝙ ex ꝯtu ca
pere poteſt. nam ibi tenet gl. quod pater poteſt vendere filio ſpu
rio Iac. de Bel. diſputatiũ contrarium, quia præſumitur factum ĩ
fraudem, vt l. 1. C de na li & ita tenet hic Bar. ego dico quod in-
ter patrem & filium ſpurium poſſint celebrari contract. ex cau-
c ſa oneroſa, non lucratiua. c vnde qui non eſt capax vltimæ volũ-
tatis, eſt tamen capax ꝯtus vere non ſimulate celebrati, vt ſ de
hæ. inſt. ſeruum meum, & facit ſup. man. Lucius. Vltimo no. ꝙ
illud, quod dicitur hic in filio naturali, habet locum in quocun-
que, qui ex forma ſtatuti non poſſ. capere, niſi partem, vt eſt in
ſtatuto Tudertino de eo, quod relinquitur vxoribus, quæ non
poſſunt inſtitui, niſi in octaua parte per formam ſtatuti Tuder-
tini, quod no. & de illo qui non eſt capax, niſi in certa parte ex le
gis diſpoſitione, habetis tex. in authẽ. præterea. C. vnde vir & v-
xor. Item l. noſtra habet locum in ſubſtitutione pupillari, non in
vulgari, vel fideicommiſſaria, per quas ſuccedit ipſi teſtato-
ri, quia non poteſt per eas ſuccedi vltra permiſſam portionem.
& ſi nihil eſt permiſſum, vt in ſpurio, in nullo valet vulgaris ſub
ſtitutio, vt no. gl. in d. auth. qui. mod. na. effi. ſui. §. fi.

A D D I T I O N E S.

a Fratre. Adde eundem Bal. idem tenentem in conſ. ſuo 81. in 2. vol. & Fran.
Aret. hic in 4 no.
b Spurium. Adde eundem Bal. in l. eam quam, in pen. & vlt. col. C. de fideiuſ.
& c. naturales, ſi de feu ſus controuer. & Franc. Aret. hic in ſi 1. col. ver. 1.
principaliter, & d. Alex. de Imo. in conſ 51. 2. par.
c Lucratiua. Adde quæ habentur per Rom in conſ. 483.

L E X VII.

1 *Subſtitutio directa non poteſt fieri a Pagano vltra tempus pubertatis.*
2 *Subſtitutio compendioſa facta verbis directis expirat filij pubertate.*
3 *Subſtitutio directa poſt pubertatem non obliquatur, ſed deſinit.*
4 *Subſtitutio obliqua, an fiat directa.*
5 *Subſtitutio facta verbis directis, quæ a principio habet naturam directæ,*
nunquam obliquatur: ſecus, ſi a principio non habet naturam directæ,
quia tunc obliquatur.
6 *Clauſula ſi non valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, operatur,*
quod directa poteſt obliquari ex tempore, quia teſtator fecit digreſſionem
ad codicillos.
7 *Mater non poteſt ſubſtituere iure directo.*

1 **Verbis.** †Subſtitutio directa non põt fieri a Pagano vltra
tempus puberta. Item ille, qui non admittitur vt
ſubſtitutus, non debet admitti vt inſtitutus. h. d. Dy. Vel ſic, com
pendioſa ſubſtõ facta verbis mere directis non porrigitur vltra
tempora pup ęta. & de ſubſtituto non põt fieri cohæres. h. d. Et
loquit̃ hæc l. in ſubſtõne compendioſa, quæ fit verbis ciuilib. i.
directis, vel indirectis per l. 12. tabu. In tex. ibi, vt ſubſti ſ. directo,
nec per fideic. Dyn. In tex. non erit. i. nullo tpe erit. Iac. de Are. In
tex. ibi, ꝯ voluntatem. ſ. hoc modo qui leqnit̃. Iac de Are. In tex.
Interim. l. dum viuit. Dy. ſupplet ꝙ fieret, ſi admitteret̃ vt cohæ-
2 res, & concor. ſ. de hære. in ſti. Lucius 2. †No quod ſubſtõ com-
pendioſa facta verbis directis, expirat filij pubertate, & hoc ve-
rum quando fit a Pagano, ſecus ſi fit a milite, vt ſ. eo. Centurio,
ſecundum glo. & Dyn Secundo no. quod hæc verba, Sit hæres,
3 ſunt directa, vt in 1. gl huius l. Tertio no ex verbo fruſtra, †ꝙ di-
recta ſubſti. poſt pubertatem non obliquat̃, ſed deſinit ſecun-
dum Dy. Quarto no. ꝙ inter inſtitutum & ſubſti. nulla eſt con-
iunctio, & ideo non faciunt partes ſibi per concurſum. Quinto
& vltimo no. quod nihil debet fieri ꝯ volunta. teſtatoris. Deinde
venio ad gl. quæ incipit. l. teſtatoris, & colligit gl. ex l. noſtra tale
notabile, quod obliqua non trahitur ad directam. quod notabi-
le videtur impertinens. Nam l. noſtra non loquitur de ſubſtitu-
tione obliqua, ſed directa. Vnde gl. licet ſit vera in ſe, tamen nõ
per hanc l. ſed per l. Antonius, de fideicom. li. ſm Iac. de Are. &
inſ. de teſt. mil. neque. § fi. cum l. ſeq. & facit eo. tit. cum quæreba
tur, ſm Gul. & And. de Pil. Ad idem quod legitur, & no. ſup. de
hęre. inſt. l. ſi non lex. § fi. vel potes ſaluare gloſ. & dicere, qđ obl.
quum dr̃ dupliciter. Vno modo. i. per medium, vt ſ. eo. qui libe-
ris.

tis §.hæc verba. Alio modo dr̃ obliquum.i.fideic.vt C.de fideic.
eam.quam. Modo dico ꝙ in illo princ.gl.aſſumit obliquum pri
mo modo.i.per medium q.d.ſubſtō non trahitur ad inſt.& hoc
bene dicit hæc l.dum dicit qđ ſubſtitutus non efficitur cohæres
4 ſm Dy & Pet. Iuxta hoc quæro,ſubſtō obliqua non efficitur di
recta.quid econtra, vtrum directa inſtitutio efficiatur fideicom.
reſpondet gl. tradendo regulam, & ponendo duas exceptiones.
Dicit.n.ꝙ rła eſt,ꝙ verba mere directa non obliquañ vt hic,&
J.eo.Centurio. Sed iſta rła fallit in duobus caſibus. Primo qñ ab
initio non põt valere iure directo propter defectum ſolemnita-
tis,vt quia facta eſt in codicillis,nam ex natura codicillorũ ver-
bum directum obliquañ, vt J.eo.ad Trebel.Scæuola. Secundo
fallit,qñ talis eſt ille,cui fit ſubſtō,ꝙ eius conditio non patitur ſi
bi directo ſubſtitui poſt aditam hæreditatem , vt ſi mater faciat
compendioſam ſubſtõnem filio,quæ non põt valere iure dire-
cto,quia non habet filium in ptãte: tñ valet iure fideicommiſſi,
& verba mere directa habent naturam obliquorum.i.naturam
fideic.vt J.ad Treb.ex facto,& l.pen. Ita dicit gl.no.nec alibi me
5 lius de hoc no.† Ex qua gloſ.no.duo.primum eſt ꝙ ſubſtō facta
verbis directis,quæ a principio habet nãm directæ, nunquã obli
quatur.Secundo no.ꝙ ſubſtō facta verbis directis,quæ a princi-
pio non habet naturã directæ,obliquañ. Adde tertiũ no.ex prin.
gl.econuerſo ꝙ ſubſtō fideic.nunq̃ efficitur directa quæ eſt ratio
differentiæ? quia facilius eſt deſcendere, quã aſcendere, vnde qñ
ſubſtō directa obliquañ,tunc deſcenditur, & minuitur effectus,
ſed ſi obliqua fieret directa,tunc aſcenderet,& augeret effectus,
6 & eſſet ꝯ volun.teſtatoris,quod eſt impoſſibile.† Item ex iſta gl.
7 no.valde ꝙ qñ eſt† clauſula,ſi non valet,vel non valebit iure te
ſtamenti,valeat iure codicillorum, ꝙ tunc ſubſtō directa poteſt
obliquari ex tpe,quia teſtator fecit diſgreſſionem ad cod.& hoc
a per l.Scæuola.J.ad Trebel.ꝙ eſt no.dignum, a & hoc nunq̃ fuit
dictum. Vlterius quæro,vbi quid iuris,qñ verba ſunt directa,&
qñ ſunt obliqua.Quæro,quid ſi ſunt dubia? Rñdet gl.quod dire
cta dubia reſpiciunt interpretationem directæ, nam cum dubita
tur,vtrum ſit inſtõ,vel fideic.lex interpretatur qđ ſit inſtõ, vt C.
de hær.inſt.l.fi.Ita dicit gl.quæ alibi non eſt in iure ci.& illa gl.di
cit verum in ſe.tñ non vř allegare bonam l.quia l.vlt. C.de hær.
inſt.non loquitur de fideicõmiſſo,ſed de directa inſt. ſed rñdeo
ꝙ illa l.hoc probat,nam per hoc ꝙ dicit valere iure directo, ex-
cludit fideicommiſſum. Item illa l.probat, ꝙ verba in dubio in-
telligenda ſunt per prius, ſic ſup.de hæred.l.Lucius.Sed directa
ſubſtõ eſt illa,quæ habet ſe per prius.fideic.quæ ꝑ poſterius;er-
go gl.vera.preterea verba in dubio intelliguntur directa, vt š.ſi
ager vel.l.1.§.qui in perpetuum, & hoc eſt no. dignũ in materia
ſubſtõnum, vt in dubio verba cõia trahantꝰ ad directã ſubſtitu-
tionem,ſi aliud non repugnat,& hoc dicit tex.in c.ſi pater,de te-
ſta.lib.6.& Io.And.in nouella,vbi allegat ad hoc iſtam gloſſ.no.
quam tene menti. Extra quæro vnam quæſtionem mulier hñs
filium pupillum,ſubſtituit ſibi pupillariter ſic. ſi in pupillari æta
te deceſſerit filius meus, talis ſit hæres. filius deceſſit in pupillari
ætate.ſubſtitutus vult admitti.Quæritur,an poſſit? dicebatur per
quoſdam aduocatos quod non, † quia mater non poteſt ſubſti-
tuere iure directo,vt l.2.ſup.eo. & ideo quia verba ſunt directa,
non obliquantꝰ,vt hic.Cy.dicit ſe conſuluiſſe ꝯrium.ſ.quod ad
mittatur ſubſtitutus per viam fideicõmiſſi. ſ.per verba iſtius gl.
quia vbi ſubſtõ per verba directa non procedit ratione perſonę,
cui apponitꝰ quia non eſt in poteſtate ſubſtituentis,tunc talis ſub
ſtitutio obliquatur,vt l.ex facto,ad Treb.adde quod no.J.eo.l.ſi
mater,in princ.idem,ſi pater ſubſtitueret filio naturali,vel frater
fratri,quia non ſunt in poteſtate. Item ſuper illo verbo, vt quia
in codicillis,quod eſt in gloſ.dicit Pet.hoc intellige,vbi certum
eſt quod voluerit facere codicillos, alias ſecus, vt inſ.de iure co-
dic.l.1.& ſic debet intelligi l.Scæ ad Treb.Pet.

ADDITIO.

a Dignum. Et de hoc. vide Imol.multum exclamantem hic,& ſequuntur Mod.omnes,quia attenta cõi forma teſtatoris, in qua ſemper poni cõſue uit clauſula codicillaris,vt dicit hic d.Alex.ceſſabunt opin.arduæ,quæ hñt in l.Centurio.§.compendioſæ.inſ.eo.& per Cy & alios in l.præcib.C.eo. relatos hic per d.Alex.de Imol & com opi.Bal.ſequitur Ful in d.l.precib, & in ſuo cõſ.45.incip.in 1 propoſitæ,& d.Alex.de Imo.in cõſ 82.in 2.par.

LEX VIII.

1 *Subſtitutus impuberi ſimpliciter ſuccedit ei,ſiue ſit hæres ex teſtamento paterno,ſiue non;ſecus,ſi ſub conditione,ſi hæres non erit.*

Qui liberis. † Subſtitutus impuberi ſimpliciter ſucce-
dit ei,ſiue ſit hęres ex teſtamento paterno,
ſiue non;ſecus,ſi ſit ſubſtitutus ſub conditione, ſi hæres erit, vel
quiſquis hæres erit.hoc dicit. vſque ad §.hæc verba. In text.ibi,
pure.i.deſt abſolute.In tex ibi, nullã. per quam ſit neceſſe quod
ſit hæres patris. In tex.ibi.i.no. hic de dic.i.& de eius expoſitio-
ne.In tex.ibi,ſimilis,ideo dicitur ſimilis, quia non eſt idem for-
maliter,ſed in effectu,vnde non eſt per omnia idem quo ad for
mam,& effectum, ſed idem in ratione pro tanto appellañ ſimi-
le,quid ergo dicañ ſiſte melius hř hic q̃ alibi. In tex.ibi eadẽ.i.in
effectu,ſed non forma ea. No.ꝙ qñ ſubſtitutio requirit aliquam
qualitatem,quod illa qualitas debet verificari ad hoc vt habeat
locum ſubſtitutio. Item no.quod ead. conditio fit per ſi,& per
relatiuum,vel diſtributiuum iunctum futuro tempori. Item no.
quod litera dicit eandem ſimilem, & videtur inculcare contra-
ria,ſed dic vt ſupra.dixi.

1 *Iudicium,iſtud verbum appoſitum in teſtamentis,eſt commune.*
2 *Nomen appellatiuum hæredis intelligitur de primo hærede.*
3 *Procuratorem faciens quendam priorem alicuius loci ſub nomine appellatiuo deceſſit ille prior,& factus eſt alius,non ſuccedit in officio procurationis.*
4 *Item in compromiſſo facto ſub nomine appellatiuo.*

§. Hęc verba. Quo ad ius ſubſtitutionis non dicitur
hæres,qui non eſt hæres iudicio teſta-
toris,ſed per obliquum,& ſpes ſubſtitutionis non tranſmittitur
hoc dicit,cum princ.l.ſed ſi plures. Vel ſic,hæredis nomen abſo
lute prolatum intelligitur de directo hærede, non per obliquũ,
adde quod dixi.ſupra eodem verbis.Cy.In tex.ibi,iudicio.ſ.teſta
1 toris, ſed ex iudicio legis, vel ex iudicio hæredis.† Et no.ꝙ iſtud
nomen iudicium,ſiue verbum iudicio,quod ſępe apponitur in
teſtamentis,eſt verbum commune, quod ad directum,& obli-
quũ refertur, caſus eſt hic,& adde quod no.C.fam erc.quotiẽs.
2 Item † no. quod nomen appellatiuum hæredis intelligitur de
primo hærede,ita dicit tex.hic.Contra hoc op & videtur quod
intelligatur de quolibet hærede, vnde videtur obſt. illa antiqua
regula.quæ ponitur.C.de hæred.inſti l.fi.Sol.dico quod aut ver-
bum hæredis profertur ab homine,in ſubſtitutione,aut a lege.
a Si profertur ab homine,tunc intelligitur de primo hærede,a vt
hic.Si vero profertur a lege, intelligitur etiam de vlteriori hæ-
rede.vt plene no.in l.2.& 3.ſupra de pe.hære.l.& eſt ratio diffe-
rentiæ. quia quando profertur ab homine in ſubſtitutione,con
ſideratur mens, & voluntas teſtatoris,vt inf.de cond.& demon.
l.in cond.primum locum quæ.voluntas ex affec.eius colligitur,
ſed certum eſt quod non habuit affectum ad eos , qui non vo-
cantur ſuo iudicio,ſed extrinſecus,vt inf.de leg 3.l.ſi fuerint §.ſi.
cum l. ſequ. Vnde merito ſubſtitutio teſtatoris non intelligitur
de hærede quolibet , ſed de eo quem teſtator honorauit,non de
eo,qui poſtea caſu ſuccedit,ſed quãdo lex profert hoc verbum,
non profert ratione affectus ad certam perſonam,ſed pondera-
ta ſola ratione , quæ venit ex nomine appellatiuo : & ideo re-
3 fertur ad omnes. Et ex prædictis arguo ad duas † quæſtiones.
Quidam fecit procuratorem ſuum quendam priorem cuiuſdã
loci ſub nomine appellatiuo , deceſſit ille prior, & factus eſt a-
lius.Modo quæritur,vtrum ille ſecundus erit procurator, & vi-
detur quod ſic,vt extra,de offic.deleg.cap.quoniam Abb.quod
notatur in l.etiam,quia de ſuſtid.om.iud.contra videtur per iſtũ
tex.quia hic conſideratur affectio,& fides facientis illum procu
ratorem: & ideo tale officium ad alium non tranſit,iſta eſt ra-
tio literæ,in l.mandatum diſtrahendorum ſeruo.ſupra manda.
facit de cur. fur.l. eius bonis.ſupra contrarium ſeruamus de fa-
cto in executoribus vltimarum volũtatum . nam ſi eſt executor
prior prædicatorum,tranſit hoc officium ad quemlibet priorẽ,
ſed reſpondeo,iſtud eſt ne legata pereant,videtur enim ſibi cõ-
miſ.vt bono viro,vt inf.de leg. ſecundo,l.1.vbi receditur a perſo
4 na fauore vltimæ volun.ne pereat.† Quid in compromiſſo facto
nomine appellatiuo,an tranſit ad ſucceſſ.iſte §.facit quod non.
b Non ob cap.quoniam Abb.b quia hic videtur electa fides a par
tibus.ibi autem non videtur electa induſtria,ſi autem commit-
tetur aliquod officium indiuiduale, puta officium prædicãdi cru
cem,tunc non tranſiret ad ſucceſſionem.ita dicit Innocen.in di-
cto cap.ſubtiliter.

ADDITIONES.

a Hærede. Vide Io.de Imo. hic quẽ refert & l. ſuprà Fran. Are.hic in vlt. no.& ẽt d.Alex de Imo. & adde hic quæ dixi in apoſt.ad Franc.Are loco allegato,& vide d Alex.de Imo.in conſ. 36.in 3.par & Fran.Are.in l.cũ filio,& in l.pater.inf eo.vbi etiam per d.Iaſ & Fran Are. in l.cum filio,in 7.col.inf.de leg. 1.& d.Iaſ.Mey.inſti.de ac.§.act.nu.210.
b Quoniam Abb. Vbi vide Fel.& Fran Are.hic ante med.4 col.& d.Alex.in 2.col.& eundem Bal.in conſ.317.
c Aduerte accuratiſſime lector Quod lex.ſed ſi plures,in ſeq.col poſita debet tranſponi, & ſequi legem ſi pater, poſt eiuſdem legis ver.qui incipit, In gl.ibi ſecundum quoſdam.

LEX IX.

1 *Hæres ſeparatim nominatus habet tantam partem , quantam omnes nominati collectiue.*
2 *Dictio præterea,eſt implicatiua.*

Si pater. Si vnus hæredum ſubſtituitꝰ per ſe ſeparatim an
te plures coniunctim, tm̃ debet habere ſubſtitu
tus per ſe ſeparatim,quantum plures ſubſtituti cõiunctim hoc
dicit.Dyn.vel ſic,coniuncti habentur loco vnius perſonæ,& di-
1 ſiuncti loco alterius perſonæ h. d. † Vel ſic nominatus diſcreti-
ue habet tantam partem,quantam omnes nominati collectiue,
h.d.Nec ob.l.fin.C. eo.quia ibi teſtator vſus eſt nomine diſtri-
butiuo, quiſquis ,& operatur nomen diſtributiuum quiſquis,
quod videantur ſingulariter nominati, ſicut relatiuum quos,

vt l. Lucius §. Lucius, de leg. 3. ſm And. de Piſ. & Iac. de Ra. Sed iſtud, quod dicuntur de relatiuo, quos, vr ꝫ tex. huius l. niſi dicas ꝙ iſtud relatiuum eſt verbum legis, & non teſtatoris. Ego nõ video ꝙ de nã iſtius relatiui ſit diſtribuere, immo eſt collectiuũ. In tex. ibi, quos. vel collectiue, vel copulatiue puta. Pe. & Io. No. hic ꝙ in eadem ſubſtitutione fit diuiſio per viriles portiones, & hæreditarias virilem habent diſcretiue nominati, hæreditariam
a habent nominati collectiue, vel coniunctim. † Et no. de dictione
a præterea, a quæ eſt implicatiua, non tamen executiua portionũ. & ſic non ob. de hær. inſti. interdum, in prin. ſup. In gl. ibi, ſecundum quoſdam. immo ſine dubio non erat de inſtitutis. In tex. ibi, ſuperſtites. ſubaudi, & non hæredes defunctorum. Et no. in iſta l. hanc diſt. cum in ſubſtitutione quibuſdam nominatis adijciatur tertius ſeparatim, & quæritur pro qua parte ad ſubſtitutionem vocetur, diſtingue, quia aut in ſubſtitutione exprimũtur propria nomina tantum, aut appellatiua tãtum aut propria & appellatiua. Primo caſu vocantur in virilem ex virtute expreſſionis propriorum nominum, vt inf. de leg. 1. turpia. §. ſi. & l. hæredes nominatim, & J. ad Treb. nonnunquam. Secundo caſu aut ſunt appellatiua iure tranſlationis in ipſos nominatos, vt quiſquis mihi hæres erit & Titius. aut non deſignatiua tranſlationis iur. vt filij talis & Titius. Primo caſu aut loquimur de vulgari ſubſtitutione, aut de pupillari. ſi de vulgari, ſeparatim nominatus admittitur ad virilem, reliquum vero remanet diuidẽdum inter nominatos appellatiuo nomine pro hæreditaria portione, vt inf. eod. qui cum plures. Si vero de pupillari, refert, aut pupil. exiſtit mari hæres ſte quod ſubſtituti vocãtur ad bona pupillaria, & paterna. & tunc aut portio virilis, & hæreditaria eſt eadem. i. tantum eſt vna, quantum altera, & tunc admittitur pro virili, ſeu pro hæreditaria, vt C. eo. l. ſi. aut non eſt eadẽ, & tunc venit pro virili, vt l. qui cum plures. aut nõ exiſtit hæres patri, & ſic ſubſtituti vocantur ad bona tantũ, & tunc hẽt locum l. iſta Scdo caſu vocantur in ſemiſ. niſi adijciatur verbum, æque, vt ſ. tit. 1. interdum, in princ. Tertio caſu, qñ exprimuntur propria, & appellatiua, inſpicitur id, ad quod primo decurſum eſt, vt J. de ſtipu. ſer. ſi ſeruus communis, & de cond. & dem. l. cum ita, Oldr.

ADDITIO.

a Præterea. De qua dictione vide d. Bar Soc. in conſ. 156. inci. pro fundamẽto, ver. ſtate, in 2. par. & dicit Fran. Aret. ac ꝙ eſt implicatiua, ac ſi diceret te, & vltra illos alios, ſicut & dictio preter. aliquando ponitur implicatiue, vt traditur in l. 2. ſup. de pig. act. a qua iſta dictio deſcendit.

LEX X.

1 *Spes vulgaris ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredem.*
2 *Ius ſubſtitutionis potentius eſt iure accreſcendi.*

1 **Sed ſi plures.** † No. ꝙ ſpes vulgaris ſubſtit. non tranſmittitur ad hæredem, vt hic, vt & ſupra in §. prox. & J. de acq. hær. quotiens. idem in ſpe reciproce, vt hic. idem in ſpe pupillaris. ſi extraneus ſit ſubſtitutus, non de numero inſtitutorum, de acq. hær. l. qui patri. Si aũt erat de numero inſtitutorum, tunc ſi ille mortuus, de cuius tranſmiſſione agitur, erat ſolus ſubſtitutus, & ad hæredem tranſmittit, non ſubſtõnis ſed accreſc. iure. vt d. l. qui patri, & J. de ſu. & le. ſi ex plurib. aut habebat alium ſubſtitutum, & tunc ſubſtitutus ille præfertur
2 hæredi alterius defuncti, † quia potentius eſt ius ſubſtitutionis iure accreſcen. vt de bo. poſſ. ſecundum tabu. l. 2. §. ſi duo, & in auth. de hær. & Fal. §. ſubſtitutio. Old. & Cyn. Concluſio ſtat in hoc ꝙ nulla ſpes ſubſtitutionis tranſmittit. ſed ſi in ea perſona concurrunt duo iura. ſ. ſubſtõnis, & ius accreſc. tunc tranſmittitur ius accreſc. non ſubſt. ſecundum Oldr. Rai. de For. & Bar. dicunt ꝙ de iure ciuili, qñ iſta iura ſunt in ea perſona vnita, tranſeunt ꝙ de iure ciuili, & ita intelligunt l. qui patri, & ſic ius ſubſtitutionis aſſumit ſibi naturam iuris accreſcen. ſecundum eos.

§. Quos poſſum. Exiſtentia ſui hæredis id, quod operatur in tabulis, operatur in ſubſtitutione pupillari, hoc dicit. Et concord. ſup. eo. l. 2. §. prius. In tex. ibi, neceſſarios. vel ſuos. In tex. ibi, vt ſeruum. exemplum. de neceſſario. In tex. ibi, & fratrem exemplum de ſuo. In tex. ſit, ſcilicet ille ſubſtitutus. Dyn. In tex. ibi, poſthumus, illatio, & declaratio dicti præcedentis.

1 *Bona vnita, licet ex diuerſis hæreditatibus oriantur, ſeparari non poſſunt.*

1 **§. Filio impuberi.** † Bona vnita licet ex diuerſis hæreditatib. oriani, ſeparari nõ poſſunt. h. d. Velle ſic, impoſſibilis eſt ſeparatio coniunctorum, vel vnitorũ. h. d. & gl. allegat iſtũ tex. in l. 1. 1. præterea, de le. bon. Fal. h. d. ſun. de in integ. reſti. abſtinendi. In tex. ibi, exeunt. per immixtionem facti ita ꝙ per veram immixtionem, & non fictam, quæ fit mera auctoritate iuris ciuil. In tex. ibi, non poteſt. hic reſpondet quod non poſſunt ſeparari. In tex. ibi, cœpit. ex aditione impuberis. Dyn. In tex. idemque. ſcilicet quod non poſſunt habere pupillarem ſine paterna. Dyn. in tex. ibi. ex parte ſubaudi & mu filio ſubſtituit. In tex. ibi poſſum, niſi habeam & paternam, vt inf. de acquir. hæred. l. ſi is ex patre, & l. quotiens duplici. inf. de ré iud. Iac. de Aret. & facit iſte §. ad materiam l. qui ſe patris. C. vnde legitim. In gloſſ. immo, ibi, ſpeciale hæc vera And. de Piſ. Vel dic vt ibi dicam, & melius. In ead. glo. & dic vt ibi, plenius dic per Dy. de acq. hære. in l. j. in magna diſt. In ea gl. liberum. ſed ibi vnum non pendet ex alio, nec eſt pars alterius, & ideo admitti ſeparatio, vt in diuerſis legatis ſeruatur, vt infra de leg. 2. ſi ex duobus. Dy. Et no. hanc ſol. quando ergo ſunt plura, & vnum dependet altero, & pars alterius eſt, non poteſt fieri ex ſeparatio, ſecus. ſi abinuicem ſint diſcreta. facit, C. de do. inter vir. & vxo. l. ſi maritus.

1 *Teſtamentum paternum ſi eſt caducum, quia ex paterno hæreditas non aditur, efficitur caduca ſubſtitutio pupillaris.*
2 *Principale quando eſt caducum, & acceſſorium etiam.*

1 **§ Si ex aſſe.** † Si teſtamentum paternum eſt caducũ, qa ex paterno hæreditas non adit, efficitur caduca ſubſtõ pupillaris. h. d. In tex. ibi, exhæredato. ideo dicit, co quia in exhæredato non põt habere locum exiſtentia ſui hæredis. ſ. ex perſona exhæredati, ſed poteſt habere locum ex perſona fratris inſtituti, vt inf. eo. ſed ſi filius. hic ergo non erat inſtitutus frater, ſed quidam extraneus. Iac. de Are. In tex. ibi, ſubſtitutum. quia ſi haberet. & ſubſtitutus adiret, confirmarent tabulæ pupillares. In tex. ibi, poſſit. non ſufficit potentia, ſed requirit actus, & hoc ad confirmandum, ſed ad infirmandum ſufficit potentia ſ. de iniu. te. cum in ſecundo, & eſt rõ dñæ, quia ad confirmationem eorũ. quæ ex teſtõ dependent, requiritur aditio, vt l. ſi patronus. §. teſtamento, de bo. lib. vt hic, ſed ad caſſationem prioris teſtamenti ſufficit, ſecundum teſtamentum valere. valet autem,
2 ex quo poſſe eſt ex eo adiri hæreditatem ſecundum Dyn. † No. hic regulam, qũ principale eſt caducum, & acceſſorium etiam.

1 *Subſtitutus impuberi, admittitur ad bona impuberis vndecunque quæſita.*
2 *Pater ſicut non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ita nec filius eius, cui pupillariter ſubſtituit.*
3 *Ius accreſcendi ita habet locum in ſubſtituto, ſicut in inſtituto.*

1 **§. Ad ſubſtitutos.** † Subſtitutus impuberi admittitur ad bona impuberis vndecunque quæſita. h. d. Hoc verum in ſubſtõne facta a patre naturali Pagano. ſed in patre arrogatore dic, vt infra §. in arrogato, & ſup. de adop. ſi arrogator, §. 1. d. an impuberi. In tex. ibi, obuenerunt, & ſic pater facit hic teſtm̃ de bonis non ſuis, ſed de alienis, & eſt ſpeciale in ſubſtõne pupillari. ſecus in vulgari, vt inf. de le. 3. l. Sextiliani. Item ſecus in fideicommiſſaria, vt inf. eod. cohærede. §. cum filia. Iac. de Are. in exemplaria vero dic vt C. humanita. In tex. ibi, ad exemplum pupill. &c. In reciproca, & compendioſa dic quod prout referunt ad vulgarem, idem quod in vulgari prout referunt ad pupil. idem quod in compendioſa, & ad de no. ſup. de hæred. inſti. illa inſtõ, in princ. mag. gl. In tex. ibi, poſtea. i. poſt mortem patris. Dy. in tex. ibi, iuris. i. tantum, vel dic principaliter. In tex. ibi, niſi proponas bene dico quod hꝫ vniuerſa, niſi &c. In tex. ibi, a ſe. ſ. milite ſubſtitueritte. Dyn. † No. hic
2 quod ſicut pater non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ita nec filius, cui pupillariter ſubſtituit, quod eſt no. dignum. nam ex hoc ſequuntur plura. primo quod ſubſtitutus in fundo pupillariter, videt̃ ſubſtitutus in vniuerſo, ſicut eſt in inſtituto principaliter. de quo no. in l. j. §. ſi ex fundo. ſupra
3 de hære. inſti. Secundo no. † quod ita habet locum ius accreſcẽ. in ſubſtituto, ſicut in inſtituto, ſiue loquantur, quando de ſe ipſo ad ſeipſum accreſcat, vt in §. ſi ex fundo, ſiue qñ accreſcit de alio ad ſe, vt inf. eo. cohærede. §. ſi. Per iſtum etiam § determinatur quod ſubſtitutus pupillaris excludit matrem etiam a bonis quæſitis pupillo per lineam maternã. puta ab auo materno inſtituente eum. facit ſup. de inoff. teſt. Pa. §. ſed nec impuberis.

1 *Pater poteſt ſubſtituere filio pupillariter in legitima, nedum naturalis, ſed etiam pater arrogator, ſicut in ſubſtitutione fideicommiſſaria.*
2 *Gratia, quæ fit alteri propter me, fit mihi.*
3 *Si bannitus habet bona in diuerſis territorijs, virtus banni non extendit ſe ad bona alterius territorij.*
4 *Publicatis bonis in vno territorio, vtrum veniant bona alterius territorij, remiſſiue.*

§. In arrogato. Arrogator impuberi arrogato põt pupillariter ſubſtituere in bonis, quæ ei ex liberalitate confert, & etiam in quarta debita ex conſti. diui Pij, & etiam in his, quæ obuenerunt ex contemplatione arrogatoris impuberi arrogato, & nõ in alijs. h. d. vel ſic, limitata potentia cauſæ efficientis limitat̃ effectus. h. d. & facilius limitat cauſa efficiens ciuilis, vt hic quã cauſa nãlis, vt ſup. eo. l. §. ad ſubſtitutos. latius ergo patet virtus cauſæ nãlis quã cauſæ accidentalis. Bal. in tex. ibi, non debere ptinere, & ſic decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus & hoc operat̃ debilitas cauſæ efficientis, quia non eſt ei permiſſum plus offerre, nec efficere. In tex. ibi, diſtinguamus. & male, Dy. quia non debet diſtingui inter iſtam
1 quartam, & alia bona arrogatoris. † In tex. habet rationem. vnde no. hic qđ pr̃ poteſt ſubſtituere filio pupillariter in legitima nedũ nãturalis, ſed etiã pater arrogator, ſecus in ſubſt. fideic. vt no. C. de inoff. teſt. ex trib. & probat̃ in l. qm̃ in priorib. eo. tit. cũ ſim.

In tex.

In tex.ibi, vel cognatus.ſ.arrogatorum. In tex.ibi, ei.ſ.impuberi
2 arrogato. Din. In tex.ibi, relinquit no. quod gratia quæ fit alteri propter me, fit mihi, & concor.de in.do.pro lectura, & aliæ leges
3 hic allegatæ in gloſſ. & vide l.fi.C.de vſu fruc. † Iſte §. inducitur in arg. ad quæſtionem de bannito habente bona in diuerſis territorijs, quod virtus banni non extendat ſe ad bona alterius territorij nam ſic ſe habent iudices, ſicut patres. Sed vbi quis hẽt duos patres.ſ.naturalem, & adoptiuum, vnus in rebus alterius nihil poteſt; ergo ita in iudicibus arg huius §. nam vt dicit Old. virtus & potentia cauſæ efficientis ſemper intuenda eſt, vtrum
4 poſſint in paſſum, & in ſuſcipientem materiã. † Vltimo de iſta q.de bannito vtrum publicatis bonis in vno territorio, veniunt bona alterius territorij. vide Bart.in repetitione. l.omnes populi.ſup.de iuſti.& iur.& vide per eundem in lectura in l.cũ vnius, de bonis au.iu.pol. In gl. ſuper verbo beneficio ibi, contra conſules &c.de iſta. q.vide in l.ſi vero.§.ſolu.mat. & vide Cyn.in l. manifeſtiſſimi.C.de fur.no.ẽt in l.ſi ſeruus cõis.ſ. de ſtip.ſer.

§.Nemo inſtitutus. Nemo poteſt ſibiipſi ſubſtitui, niſi ex ſubſtitutione augeatur effectus h.d.& eſt ratio iſtius §. quia ſubſtitutio nugatoria habetur pro nulla eſt enim magis quædam inculcatio, quã ſubſtitutio. ſed quando non eſt nugatoria, ſed habet in ſe commodum, tunc valet ſubſtitutio. In tex ibi, ſiquidem. exemplum proximi dicti. Ita ſimile huic §. eſt, quia poſſunt emere partem meam cum tota re, vel cum vniuerſitate, vt l.quod ſi vno.in fi. de in diem addict.

LEX XI.

Si is qui. Capacitas ſubſtituti attenditur tẽpore, quo cedit dies ſubſtitutionis.h.d. No. hic quod quantũ ad ius capiendi ex diſpoſitione conditionali inſpicitur tempus exiſtentis conditionis. Et no.ibi. In tex.pœnas, ꝙ non poſſe capere eſt quid pœnale.

LEX XII.

1 *Beneficium abſtinendi facit de ſuo, & neceſſario, voluntarium hæredem.*
2 *Cauſa teſtati fauorabilior debet eſſe, quàm cauſa inteſtati.*
3 *Liberare verbum quid importet.*
4 *Exiſtentia ſui hæredis etiam in expreſſe abſtinente, operatur confirmationem pupillaris ſubſtitutionis.*
5 *Separatio patris, & impuberis bonorum admittitur.*
6 *Actus factus ex voluntate derogat prouiſioni, legali.*
7 *Exiſtentia ſui hæredis quot modis poſſit conſiderari.*
8 *Si ſtatuto cauetur, quod bannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem, niſi habita pace ab hæredibus occiſi, licet ſe abſtineat ab hæreditate paterna, poterit tamen facere pacem.*

Si filius. Exiſtentia ſui hæredis etiam ſi ſuus ab hæreditate paterna abſtineat, confirmat ſubſtitutionem pupillarem, in qua tunc ſola veniunt bona impuberis, & non præſtantur legata, niſi ex ſecundis tab.& hęc l.ſm Bar. diuiditur in tres partes principales. nam primo ponit dictum. Secundo reſpondet duabus obiectionibus, quæ poſſunt fieri ad dictum. Tertio ponit quandam illationem ſecunda ibi, iuſtius. tertia ibi, itaq;. Vel diuide in quatuor partes. nam in prima parte ponitur thema, ex quo reſultat quæſtio, & eius determinatio. In ſecunda ponitur ſolutio ad duas tacitas oppoſitiones. In tertia ponitur ratio ad confirmationem ſolutionis cõtrariorum. In quarta, & vltima ponitur quædam illatio. ſecunda ibi, iuſtius. tertia ibi, pręſertim. quarta ibi, itaque. poſſet etiam clarius diuidi quod primo ponat dictum. Secundo ponat rationes conferentes ad dictum. Tertio ponat quandam illationem 2. ibi, iuſtius. 3. ibi, itaque. Et ad euidentiam debes præmittere quod pup. ſubſtitutio habet duo extrema.ſ.perſonam, quæ ſubſtituitur, & perſonam cui fit ſubſtitutio, & quod lectio huius l.circa perſonã ſubſtitutam tribus modis variatur. primo quod ſe immiſcuerit, ſed poſtea per reſti.in integ abſtinuerit ab hæreditate paterna. Secũdo quod ſe abſtinuerit a principio: tamẽ habuit cohæredem extraneum, qui adiuit, & confirmauit tabulas pup. Tertio quod ſe a principio abſtinuit, & non habuit cohęredem extraneum, ſed fuit ſolus inſtitutus. & ſecundũ iſtum intellectum legitur hęc l. & quotidie allegatur. circa vero perſonam, cui eſt facta ſubſtitutio, legitur trib. mo. Primo in bonis vnius per immixtionẽ impuberis. ſecundo in bonis ſeparatis per reſt. in integ. Tertio in impubere exhæredato. & ſic.l. noſtra habet tres lect. in ſubſtituto, & tres alias lect. in pupillo, cui eſt facta ſubſtitutio ſed ego ponam.ſ. aliam lect. & caſum ſic in terminis pone. pater habẽs filium puberum & impuberum, inſtituit hæredem filium puberem. quod facit teſtator de impubere, litera non dicit, an inſtituerit eum necne. Deinde teſtator hunc puberem impuberi pupillariter ſubſtituit. moritur primo teſtator, deinde impubes. iſte frater ſubſtitutus vult abſtinere ab hæreditate paterna, & adire ex ſubſti.pup. quæritur an poſſit? reſpondet iureconſ. ꝙ ſic. Sed contra hoc op. in ver. iuſtius. & vr̃ quod nõ poſſint ſeparari iſtæ hæreditates, quia ſunt connexæ. Reſpondet iureconſ. & dicit ꝙ non ſunt ita connexæ, quin iuſtum ſit admittere ſeparationem. vnde in iſto ver. iuſtum, ex forma reſponſionis colligo formam tacitæ obi'c. Secundo op. ibi, etenim &c. ſi hæreditas paterna repudiatur, ergo ſubſtitutio pupillaris infringitur. Reſpondet iurecon. & dicit ꝙ per iſtam repudiationem no fit, quia adhuc ſit hæres de iure ci. quia exiſtentia ſui hæredis con-
1 firmat tabulas pupillares. † Sed contra hoc opp. nam beneficium abſtinendi facit de ſuo, & neceſſario voluntarium hæredem. ergo poſt abſtentionem non remanet hæres. Reſpondet iurecon. & dicit ꝙ obiectio eſt vera quantum ad onera, ne filius inuitus teneatur creditoribus, ſed non eſt vera quantum ad cõmodum inſtitutionis pupillaris, & hoc probat. Primo ex mente prætoris, qui ius abſtinendi introduxit in beneficium. ergo non debet retorqueri in odium. Secundo probat ex fauore, qui debetur fratri. Nam cum iſte frater eſſet ſucceſſurus ab inte.iure
2 ſuus ex fauore ſibi. † Tertio ex teſtamento, cum cauſa teſtati fauorabilior debet eſſe ꝙ cauſa inteſtati, & hoc vſq; ad ver. itaque. Secundo quæri quid de legatis? Reſpondet iuriſcon. ꝙ legata non debebuntur ex teſtamento paterno, ſed ex pupillari. & ſi emergit Falcidia, non contribuentur bona patris & impuberis, ſicut ſolent contribui, quando ex vtroque hæreditas adiur a ſubſtituto. In tex.ibi, patri. auctoritate iuris ci. non per immixtionem. Iac.de Are. & hic approbat princip. primæ glo. In tex. ibi. fratri tam auctoritate iuris ci. vt ſ. eod. ſed ſi plures, §. quis poſſunt, ꝙ per immixtionem. In tex.ibi. receſſet. per in integr. reſti. ſecundum vnum intellectum, vel beneficio iuris ci. quia habebat extraneum cohæredem ſecundum alium intellectum. Tu dic beneficio prætoris, vt inſti. de hær. qua. & diff. §. ſed his permittit. & de le.2. nam nec emancipatis. Iac. de Are. In tex. ibi, retinere, per immixtionem voluntariam. In tex.ibi, ſi fratri ſcilicet ſubſtituto. In tex.ibi patris.ſ. bonis impuberis. In tex ibi etenim. no. tex. quo melior in iure non reperitur in materia exiſtentiæ ſui hæredis. In tex. ibi, iuſ d cenn.ſ. prætori mortuo, qui cõceſſit beneficiũ abſtinẽdi. In tex ibi. propoſitũ. no. mentẽ edicti ꝯſiderandã. In tex.ibi, liberos.ſ. ſuos. In tex ibi, non ſpõte. ſed
3 p neceſſariã immixtionem iuris ci. In tex ibi, liberare † No. hoc verbũ, ex quo vr̃ ꝙ auctoritate iuris ci. ſuus obligeť, ſed abſtentio liberet eum, ſed textus in l.1. C.ſi vt ſe &c. vr̃ dicere ꝙ non incidat in obligationem, niſi immiſceat. So. ibi loquitur de obligatione efficaci, in qua non incidit, hic de inefficaci, vt no.ſ. ſo. mat.ſi cum dotem § tranſgrediamur, in glo.parua. In tex.ibi, ab hæreditate.ſ. fraterna. Iaco.de Are. In tex.ibi, præſertim, tõ quæ hic formatur, attenditur ẽt in alia materia, vt patet ſ. de iniuſ. te l.2.de te.l. hac conſultiſſima, § pe. Et no. hic ꝙ ratio inteſtati fortet ratione teſtati. In tex ibi. remotis.ſ. circunſcripta, vel annullata ſubſtitutione. In tex.ibi, itaque.ſ. quia ſeparatio hæreditatis admittitur. In tex.ibi, ex ſecundis tab.ſ. relicta a ſubſtituto in gradu ſubſtitutionis, non in primo In tex ibi, alias, quando ſubſtitu-
4 tus habet vtranque hæreditatem patris & impuberis † Nota in
a in l.ita ꝙ exiſtentia ſui hæredis etiam in expreſſe abſtinẽte operatur confirma ſubſtitutionis pupillaris, vt in princ.huius l.non tũ operatur confirmationẽ legatorũ relictorũ a in primis tab. vt in fi l. & ſic apparet ꝙ media exiſtentia ſui hæredis confirmant ſubſtitutionem. & dependentia a ſubſtitutione, ſed non depen-
5 dentia ab inſtitutione repudiata. † Secundo no. quod admittitur ſeparatio patris, & impuberis bonorum. Opp & videtur quod ſubſtitutio pup. euanuerit, nam per abſtentionem euaneſcit inſtitutio. ergo & ſubſtitutio, vt ſ. eodem, ſed ſi plures, § ſi ex aſſe. & l.2.§. adeo, timore iſtius contrarij ſunt hic tres lec. in filio ſubſtituto. Prima eſt quod primo adijt hæreditatem patris, & impuberis. Secundo reſtitutus eſt ad repudi. hæreditatis paternæ, quia erat minor. 25. an. quia ergo per adi. a princ. fuerunt confirmatæ tabulæ pupillares, adhuc durant firmæ, quia illa confirmatio trahit ſecum ſuum effectum incommutabiliter. Sed contra iſtã lec. op. Bar. de l. non eſt nouum, ſ. de condi. inde. vbi reſtit. in integ. ad repudiandum reſcindit omnia, quæ dependent ex teſtamento ſecuta repudia. ergo & hic reſcindit ſubſti. Reſpondet Bart. quod ibi loquitur in his: quæ inducerent diminui hæredi, vt in præſta lega. hic vero loquimur in his, quæ nullo modo minuunt hæredi. a qua ſe abſtinet ſecundum Bar. & infert quod ſi per adi. hær. eſt confirmata eſt tutela teſtamentaria, & poſtea cõtra adi. interueniat in inte. reſtitutio. quod tutela teſtamentaria non infringitur, quia non continet diminutionem ſecundum Bar. quod non credo verum, quia tutela teſtamentaria eſt ex eodem gradu, ſicut legata. ſed ſubſtitutio pupilla. non eſt ex eod. gradu, perpetua ſi ponas extraneum inſtitutum, & per reſtitu an integ. ſit abſtentum, dico ꝙ ẽt pupil. ſubſtitutio non valet. cũ omnis effectus inſti. ſublatus ſit per reſtitu. contrariam, & arguo ſic. reſtitutio in inte. ad adeundum firmat tab pup. ergo ad repudiandum infirmat per locum a contrarijs, vt ſupra, eo l.1. §. ergo. Et ideo iſtam lec. non teneo nec etiam communiter approbatur. quia ratio literæ fundat ſe in exiſtentia ſui hæredis non in actu, ſeu voluntate adeundi id eſt in vera aditione. Itẽ ſi

iſta

ADDITIO

a Relictorum. Vide omnino hic Fra. Ar. in 1. no. & dic vt per eum.

iſta lec.eſſet vera,idẽ eſſet in ſuo & in extraneo,quod eſt contra
literam. Non ob.et qđ dicitur J.de re iu. ex cõtractu,quia ibi lo
quitur in ſubſtitutione vulgari,non pupillari,& eo.modo reſpõ
deo ad l.& ſi ſine §. ſed ꝙ Pap.de iu. Venio ad ſecundã lec.qđ
hic ſubſtitutus habuit cohæredẽ extraneũ, qui adiuit.iſta eſt ve
ra in le,vt J.ad Treb.apud Iulia §.i. ſed eſt impertinens huic le
gi,quia iſta verba etenim,&c.nihil facerent ad rubrum. Ergo di-
co,quod iſta lec.eſt falſa ſuper iſta l.nam tex.fundat ſe in exiſten
tia ſui hæredis,ſed dato extraneo cohærede ceſſat ita exiſtentia,
vt d.l.apud Iul.§.1.ſecundum Din.ergo lec.eſt falſa,& ideo legi-
tur hæc l.tertio modo,quod iſte ſubſtitutus abſtinuit beneficio
prætoris mortui,tamen exiſtentia ſui hæredis confirmat tab. pu
pillares:& hæc lec.eſt vera.& concor. J.de pri. cre.ſi pater.inſ.de
acqui.hær. filius,& l.Iul.hanc lec.approbat Din. inſ. de acqui.
hær.in mag.diſtin.& gloſ.tangit eam, licet non firmet.in l.qui-
dam eulogio,de iure de.ſed ibi Cyn.firmat hanc, & eſt veritas.
Secundo opponitur,& videtur quod iſtæ hæreditates non poſ-
ſint ſeparari.vñ videtur obſtare,ſ̃.e.ſed ſi plures § filio, & de iu-
re delib.quidam euologio.gloſ allegat. l. cum quæſtio.C.de le-
ga. ſed errat ſecundum Bar.timore illius contrarij ſunt in hac l.
tres lec.in filio,cui eſt facta ſubſtitutio, prima eſt quod iſte im-
pubes immiſcuit,ſed fauore fratris conceditur ſeparatio, vt ſit
ſpeciale in fratre,iſta lect. eſt falſa. Nam ratio literæ eſt quod
ab inteſ.poteſt ſeparare bona, ſed bonis immixtus non habet lo-
cum ſeparatio ab [illegible].ergo lec. fal. & hoc tenet glo.l.1.§ præ-
terea,de ſe.bo. Secunda lect.eſt quod iſte impubes immiſcuit,
ſed beneficio reſti.in integ. fuit abſtentus,iſta lec.eſt incongrua,
quia littera loquitur de ſeparatione concedenda ſubſtituto, ſed
ſecundum iſtam lec. loquitur de ſeparatione conceſſa pupillo
qui ſeparauit bona ſua a paternis ope reſtitutionis. Tertia lec.
eſt quod iſte impubes fuit exhæreditatio, & ſic nulla eſt immi-
xtio bonorum ex perſona eius,& hanc tenet Din. Iac.de Are.&
Iac.de Ra.Cyn.& Ra.& Bar.audeo dicere ſalua veritate, quod
iſta opinio,non eſt vera,quia ſequeretur quod exiſtentia ſui in-
ſtituti confirmaret exhæredationem ſui exhæreditati: quod pu-
to falſum,nam ſequeretur, quod ſi pater vnum filium inſtituit
alium exhæredat ,quod exhæredatus remanet exhrdatus & in-
ſucceſſibilis,niſi per querelam inofficioſi;quod falſum eſt,cum
iſta repudiatio reducat rem ad cauſam inteſtati ſaltem in effe-
ctu.vnde.ll.quæ loquuntur de exhæredatione confirmanda , re-
quirunt efficacem aditionem. Nam ante non eſt quis obligatus
ad ſuſcipien.ius querelæ intentandæ, vt ſ̃.de inoff.teſt.Pap.§. ſi
conditioni ,quia ergo exiſtentia ſui hæredis non confirmat ex
hæredationem, remanet impubes præteritus, vnde ſubſtitutio
eſt nulla,ut J.eo.ſi quis ei in §.fi.Et ideo pono ego quartam lec.
ꝙ hic erat inſtitutus vterque pubes,& impubes, & vterque omi
ſit.vnde ſuorum exiſtentia confirmat tabulas pupillares & iſte
eſt intellectus ſine ſcrupulo procedens. Nam ſecundum præce-
dentem lect. exiſtentia ſui hæredis confirmaret odia filiorum :
quod eſt expreſſe contra mentem litteræ. Extra contra hoc op
pon.nam ibi ſunt plures hæredes,exiſtentia non operatur, vt J.
ad Treb.apud Iulianum,§.idẽ Iul.Sol.illud eſt verũ,ubi inter in
ſtitutos eſt inſtitutus aliquis extraneus. ſecus,ſi oẽs ſunt ſui,non
iure ſuita.nam illo caſu iuri ſuitatis non derogat numerus inſti
tutorum,ſed qualitas hæredum.Ita vult gl. Azo.in l.quidã eulo-
gio,in fin.Sed quæ eſt ratio dñæ. Reſpondet Bar.quando extra-
neus inſtituitur , hoc fit ex voluntate teſtatoris. ſed quando fi-
6 lius , hoc ex neceſſitate † & actus factus ex voluntate derogat
prouiſioni legali,ſed non actus neceſſarius,vt l.vlt. C.de pac.cõ.
Barto.Sed contra hoc op.quod licet extraneus ſit cohæres, non
ceſſ. exiſtentia ſui. vnde videtur ob. C. de iure deli.l.ſi fratris.
Reſpondet Bart. quod aut loquimur in his,quæ ex teſtamento
dependent,ſicut ſunt tabulę pupillares,& tutelæ,& ſimilia,tunc
extraneus cohæres facit ceſſare exiſtentiam ſui. aut loquimur
in his quę non dependent ex auctoritate teſtatoris,ſed ex diſpo-
ſitione legali,vt in iure tranſmittendi, tunc operatur exiſtentia
circa tranſmiſſionem,& ſimilia,vt d.l.ſi fratris.& ſi dicis ſi tranſ
mittit, ergo vi ex teſtamento tranſmittit, Reſpondeo quod te-
ſtamentum non eſt propter ea cauſa tranſmiſſionis,licet ſit titu
lus acquiſitionis . Sed contra Bar.ſic op.l.ſi fratris, loquitur in
ſuo,& emancipato. tunc arguo, emancipatus eſt de neceſſitate
inſtituendus,ne rumpat per contra tab. ergo neceſſaria inſtitu-
tio emancipati non habet impedire exiſtentiam ſui hæredis in
aliquo.vnde quantum ad l. ſi fratris, facere dñam inter ea quæ
ex teſtamento dependent, & alia videtur dña falſa conuincen-
7 do Bar.ex ſe ipſo.† Deinde in concludendo dic quod exiſtentia
ſui hæredis quãdoq, conſideratᷓ reſpectu hęredi.paternæ,& hoc
tripliciter. Primo modo reſpectu inſtõnis. Secundo reſpectu fi-
deicommiſſi vniuerſalis, vt inf. ad Trebel.ita tamen § ſi pater.
Tertio modo reſpectu legatorum,vt hic in ſi. iſtius l. & l.cum
quaſi §.ſed & ſi quis J.de fideicom.li.Item conſideratur exiſten
tia reſpectu hæredi.pupillar vt hic. Item conſideratur exiſtentia
reſpectu alterius commodi.& hoc dupliciter. Vno modo reſpe-
ctu commodi,quod procedit cũ damno tertij, vel reſpectu cõ-
firmationis tutelæ teſtamentariæ. & in hoc Moderni tenent ꝙ
tutelæ confirmentᷓ. Sed antiqui tenebant quod ſit neceſſarius
tutor Attilianus,vt l.ſi nemo,de te.tut.& inſti.de Atti.tu.in prin.
Quandoque reſpectu alterius commodi.quod põt percipi ſine
8 alterius iniuria,vt in hoc exemplo.† ſtatuto cauet quod bannitus
non poſſit reuerti ad ciuitatem, niſi habita pace ab hæredibus
occiſi.Modo filius occiſi abſtinet ſe ab hæreditate paterna.quę-
ritur,an poterit facere pacem? & dicit Bar. ſic,quia eſt cõmodũ
filij,& non eſt,quid hæreditarium vnde exiſtentia ſui hæredis ſuffi
cit huic filio,ar.l.pro hærede.§.ſi pulchri,de act.hæ & l.pe. de ſe-
a pulc.viol.hoc credo verum, a quia ſtatutum facit mentio.de hæ
rede,naturali contemplatione,non contemplatione bonorum.
& ideo proprie hoc pertinet ad filium , quia licet non ſit hæres
in effectu: habet tamen ius agnationis inſeparabile,& ius vindi-
ctæ,vt ſupra de pact.ius agnat.

ADDITIO.

a Verum. Vide contrarium tenentem Fran. Are. hic in 7.col.ante med.ſed
tu tene deciſionem Bar.quæ eſt communis,quam confirmat.vt per domi-
num Iaſ.May.hic,vide etiam in ſimilib terminis Fran.Are.in l. Gallus.§.
quidam recte,& in §.etiam.ſup.de lib.& poſth.

1 LEX XIIII.

Tempus a iure limitatum per teſtatorem extendi non poteſt.

1 In pupillari. †Tempus a iure limitatum per teſtatorẽ
extendi non poteſt.hoc dicit. No.& bene
no.illam l.cum glo.In glo.quia,in fi.iſta gl.ponit quibus modis
pupillaris ſubſtitutio finiatur , & adde idem teſtamento patris
rupto per querelam in totum,vt l. Papinia. § ſed nec impubes.
Item ſi alio quocunque modo iur.ciuili paternum euaneſcat in
totum,vt ſupra eodem.l. 2. § ſed ſi eos.Item expirat ſi pupillus
moriatur,vel emancipetur ante mortem patris, vt inſti. de pup.
ſub.in prin.Cyn.& inſr e.cohærede.§.cum filiæ.

LEX XV.

1 *Effectus variatur ex temporum diuerſitate.*
2 *Ius commune extenditur magis,quàm priuilegium.*
3 *Priuilegij natura eſt , ut reſtringatur ad id , quod eſt in poteſtate priuile-
giantis.*
4 *In directa ſubſtitutione fructus extantes veniunt.*
5 *In habentibus ſymbolum id eſt ſimilitudinem,facilior eſt tranſitus.*
6 *Identitas formæ arguit identitatem eſſentiæ.*
7 *Argumentum de perſonis ad tempus valet.*
8 *Dictiones de,& per,quomodo operentur.*
9 *Tacitum dupliciter ſumitur.*
10 *Tempora legalia an poſſint minui,vel augeri.*
11 *Contrahentes an poſſint renunciare præſcriptioni ſtatutariæ , & ſic ſe in
perpetuum obligare.*

Centurio. Compendioſa ſubſtitutio facta a milite dire
ctis verbis valet tempore pupillaris ætatis
iure ſubſtitutionis pup. Sed tempore pubertatis valet iure mi-
litaris ſubſtitutionis,in qua veniunt bona teſtatoris cum fructi-
bus tunc extantibus & non bona impuberis. hoc dicit. Vel ſic.
Ex diuerſitate temporum ſubſtitutionis variatur effectus,& cõ
pendioſa facta a milite facit digreſſionem de directa pupilla-
ri ad directam militarem.hoc d. In tex.ibi, ſubſtituit,ſupple, &
& deceſ. ante Centurio, & deinde filius ante xxv.annum, & q̃-
ritur quid iuris de iſta ſubſtitutione.In tex.ibi,ętatem,ſcilicet pu
pillarem mortuo filio J.xxv.annũ. In tex.ibi,ex priuilegio , hãc
ſubſtitutionem appellamus militarem.In tex.ibi,duntaxat,quia
priuilegium non debet derogare legitimis ſucceſ. filij puberis
in alijs bonis,quam ipſius mili.argu.ſupr.de admi.tut.impube-
ri.In tex.ibi, directo. per omnia tempora.quod ſecus eſt in Pa-
gano.In tex.ibi,iure communi.q. d. non ex priuilegio militari,
nam idem eſſet in Pagano.Din Not. hic quod eadem ſubſtitu
tio pro parte temporis valet iure communi, pro alia parte ex vi
1 priuilegij.† Secundo not quod ratione diuerſitatis temporum
variatur effectus. Tertio not. quod vna directa digreditur ad
2 aliam directam ſubſtitutionem. † Quarto not. quod ius com-
3 mune extenditur magis quam priuilegium. † Quinto not.
quod natura priuilegij eſt,vt reſtringatur ad id,quod eſt in po-
4 teſtate priuilegiantis. † Sexto ,& vltimo, not. quod in directa
ſubſtitutione veniunt fructus extantes. Item not.quod hæc cõ
ditio,ſi ſine liberis deceſſerit,inſerta ſubſtitutione directę,non
facit eam fideicommiſſariam. Item no.quod compendioſa ſub
ſtitutio attenta ſua propria natura eſt ſubſtitutio directa. & ius
directum eſt plenius,quam ius fideicommiſſi ; quod apparet in
eo,quod dicitur hic de fratribus coniuncta. l.mulier.§. alia cau-
ſa eſt.infr.ad Treb.Opp.& videtur quod ſubſtitutio compendio
ſa facta verbis directis expiret adueniente pubertate. vnde vide
tur ob.ſupr.e. l. verbis ciuilibus. Sol. ibi ,quando fit ſubſtitutio
compendioſa a Pagano hic quando fit a milite. Sed contra
hoc op. non hic dicitur quod ſubſtitutio variatur, & quod de
pupillari fit tranſitus ad militarem. Contra , quia eadem ſub-
ſtitutio variari non debet, vt not.in d.l.verbis ci. Solutio.conce-
do quod non debet variari de directa in fideicommiſſariam.
5 ſed bene poteſt variari de directa in directam, † quia in haben-
tibus

tibus ſymbolum.l.ſimilitudinem,facilior eſt tranſitus,vt inſ. de accep.l ſi acceptilatum,& de re ven. in rem. §. quæcunque,ſecundum Bar.declara,quia ſubſtō directa , & fideicommiſſaria ſunt ſpecies oppoſitæ,arg.inſ.ad Treb.l.ſi hæres. Sed vna directa cum alia directa non ſunt ſpecies oppoſitæ,ſed habent adinuicē ſimilitudinem. & ideo facilius fit tranſitus. & illud eſt no propter dicenda. Tertio oppo. & vr quod imo fiat tranſitus de directa ad fideicommiſſariam.vnde videt̃ ob.C.eo.l.precib. Sol.dicit glo.ibi ſpeciale,quia mater erat in medio; vnde militaris directa fauore matris obliquatur . an autem idem, ſi frater eſſet in medio,dicam infra eo.l.Lucius. Tu dic quod in l.precib. ſubſtō erat facta per verbum commune.vnde licet alias interpretetur directa,tamen fauore matris interpretatur fideicommiſſaria,ſecus autem,ſi ſint verba,vel aduerbia ita præciſe directa,qđ nullo modo ſalua ratione ..ſta ſermonis poſſint obliquari.vnde in caſu l.noſtræ etiam ſi mater eſſet in medio,valeret ſubſtō iure militaris recte , quia hoc facit ius & ppriãs verborum directorum . Quarto opponitur , & videtur quod in ſubſtitutione non veniant fructus percepti iudicio teſtatoris. vnde uidetur ob. infra.ad Treb l.in fideicommiſſaria,& l.mulier. Soln. concedo in ſubſtitutione fideicommiſſaria vt ibi ; ſecus in directa, vt hic. quod eſt no. Et no.quod idem eſt de fructibus. quod de ipſis reb. teſtatoris . ſic ſup.de pig.l Paulus. Ex gloſſ. huius l primo collige diſtinctionem de ſubſtitutione compendioſa, quod aut fit a milite,aut a Pagano. Si a milite,& mater non eſt in medio,ſerua hanc l. Si autem mater eſt in medio, diſtingue inter verba præciſe directa , & adhuc ſerua hanc l.& inter verba communia ; & tunc ſerua l precib. Si autem fit Pagano, tunc ſerua l.verbis ci.& quid ibi no.ſup. eodem,& de hoc etiam no. inſti.de pup. ſub. §. qua ratione , in glo. mag. Quæro hic de iſta q. Paganus facit teſtamentum,& inſtituit ſibi hæredem filium pupillum,& dixit ita,ſi filius meus ſine liberis deceſſerit, talem ſubſtituo. Modo iſte deceſſit in pupillari ætate, contenditur de eius hæreditate, quia ſubſtitutus dicit , quod iſta ſubſtitutio. inſ.tempora pupillaris ætatis debet cenſeri pupillaris . vnde dicit ipſe,omnia bona ad me pertinent,vt per hanc l ,. reſpon. & l.ſed ſi plures,§.ad ſubſtitutos.aduerſarij dicunt, quod iſta ſubſtō eſt omni tempore fideicommiſſaria. quæritur quid iuris. Gl. hic dicit quod iſta ſubſtitutio cum ſit vna quæ tempore eſt eadem in fideicommiſſa.ne fiat diuiſio voluntatis & ne eadem ſubſtō cenſeatur diuerſo iure.nec ob.inſ de condi.& demon. patet Seuerinam.§ conditionum,quia ibi non erat vna diſpoſitio,ſed plures.ſ. tutelæ,& curæ.hic autem erat vnus actus tantum diſponens,& vnus actus tantum diſpoſitus.Item non ob.ſup de hær. inſti.l. t. §.qui fideicommiſſariam, quia ibi erant plures diſpoſitiones diuerſorum teſtamentorum.& ideo non mirum,ſi variatur effectus.vt l.ſi ſeruo fideicom.eo.tit. hic aũt erat idē teſtōr,

6 modus & ea.formæ ſubſt.† & certum eſt quod identitas formæ arguit identitatem eſſentiæ. Item non ob.hæc l.Centurio,vbi fit digreſſio vnius ſubſtōnis ad alteram , quia concedo quod fit digreſſio directæ ad directam , ſed nō directæ ad fideicommiſſariam. Idcirco igitur in q. propoſita non valet ſubſtitutio iure directo,quia non poſſ. poſtea obliquari, nec dimittere primordialem naturam,quam ſibi aſſumpſit, ut no.in l. verbis ciuilib. Et iſta eſt opi.communis,ſecundum quam ego ſæpiſſimè con-

4 proteſtatione contraria, & non præſumitur aditio, vt in ver. [illegible] nam quando factum poteſt pluribus modis intelligi, ſtatur [illegible] proteſtationi, vt dicit [illegible] M. Petrar. & probatur [illegible] de relig. & ſum. fune. [illegible] Neque [illegible] non interuenit [illegible] proteſtatio, tunc dicit [illegible] de Are. [illegible] dicto gerente illum actum, quo [illegible] geſſerit, vtrum vt hæres, an alio iure, & ſic ſtabitur ſuæ declarationi [illegible] ſi quis non [illegible] ambiguis, & [illegible] filius poſſidet domum paternam quam poteſt poſſidere duplici iure [illegible] vt hæres [illegible] declarat ſe poſſidere [illegible] non poteſt conuenire [illegible] hæres [illegible] quod eſt notandum, & habemus [illegible] conſideratur [illegible] ſtatur propriæ declarationi [illegible] gl. [illegible] Adde [illegible] Ful. ginius. §. quid [illegible] apud Ce. In princ. [illegible] quod no. [illegible] pro poſſeſſore, de re. iu. l. & de gl. electione [illegible] declarationis per [illegible] & no. §. eo. [illegible] non declaratur [illegible] poteſt probari in actibus hominum. In ea. glo. ibi, probat voluntas. no. C. de inſti. & ſubſti. reprehendenda [illegible] proteſtationem eſſe neceſſe, immo [illegible] de actuum qualitate [illegible] ſeruos. In glo. aliquid [illegible] de iure veteri, ſecus de iure auctenticorum, [illegible] auth. [illegible] And. de Piſis. In ea gl. [illegible] non video quod [illegible] bonis [illegible] In ea. gl. ibi, perpendendum [illegible] Dy. in ea. gl. [illegible] Adde quod no. ſol. [illegible] ſup. eo. l. qui ſe per [illegible] Bal.

A D D I T I O.

a Paternam. Vide d. Card. in conſ. 47. vbi etiam ponit, qualiter probetur animus, & quibus actibus præſumatur aditio, & an habitatio domum [illegible] muniter [illegible] præſumatur.

1 *Verbum in libello abſolute prolatum [illegible]*

2 *[illegible]*

3 *[illegible] per hoc videtur [illegible]*

3 *[illegible] debet.*

5 *[illegible] debitis [illegible] poteſt [illegible] factis.*

§. Si quid tamen. Filius tanquam hæres petendo operas incertas, quæ ad hæredem extraneum non tranſeunt, immiſcere [illegible] in filio [illegible] operarum creditores paterni, poſſunt [illegible] ſecundum primam lect. ſed ſecundam [illegible] Filius agens tanquam hæres in potentia, non in actu, puta petens operas incertas, non intelligitur immiſcere. [illegible] operarum poſt [illegible] in filium, creditores filij poſſunt [illegible] h. d. ſecundum lec. & ſecundum hoc [illegible] litera loquitur de operis incertis: ſed ſecundum [illegible] lec. h. d. operæ incertæ tranſeunt ad filios, non ad extraneos. Certæ vero etiam ad [illegible] h. d. Et ſecundum hoc [illegible] petitio earum, & [illegible] tres lec. ſunt in glo. Vel dic quarto, [illegible] h. d. In his, quæ non tranſeunt ad extraneos, nomen hæredis intelligitur de filio, & ideo ſi illum actum faciat vt hæres, oneribus hæreditatis non obligetur. h. d. [illegible] Bar. Vel ſic. filius agens [illegible] hæredis intelligitur ſe talem hæredem aſſerere, qualem requirit natura petitionis, ita quod verbum

2 in libello abſolute prolatum [illegible] conditionis libelli debet intelligi, & ideo ſi filius dicat [illegible] operas incertas tanquam hæres, intelligitur allegare ſolam [illegible] hæredis exiſten-

tiam,

tiam,nec intelligiẽ per hoc ſe immiſcere,quia immixtio non eſt
actus pertinens ad fundandam hanc petitionem, & ideo hæc li-
tera negatiua eſt ipſa veritas,& iſta fuit intentio Bar. Præmitte
diſtinctionem operarum,quæ eſt in §.libertus.quæ eſt in l. ſi nõ
ſortem.ſup.de,condi.indeb. & quod artificialium operarum ſe-
cundum doct.communiter,licet glo.aliter dicant,quædam ſunt
certæ,quædam Incertæ, & quod incertæ ad hæredem extraneũ
2 non tranſeunt,vt C.de oper.li.liberti.† Item præmitte quod ali-
do affirmatiua reſoluit in negatiuam hoc modo. quaſi hæres ,
id eſt quaſi non es hæres ſecundum vnum intellectum.Item præ
mitte quod adita hæreditate filius teneẽ creditoribus paternis,ſi
cut proprijs,niſi faciat inuentarium , vel niſi ſit petita ſeparatio
bonorum,vt ĩ eo.de ſepara.l.j.§ ſciendum,& C.de iure deli.l.ſi.
3 §.& ſi præfatam,ſecundum Cy.† Item præmitte quod ſi hæres
inſtitutus conuenit debitorem hæreditarium,& per hoc vr̃ adi-
re, C.de iure delibe.l.2. iſtud tamen declaraẽ & limitaẽ per no-
ſtrum §. nam,eſt verum in debitore hæreditario : ſecus in debi-
tore ipſius filij ,ad quem filium iure filiationis,non iure hæredi-
tatis eſt facta tranſmiſſio.nam tunc non vr̃ adire,vt in noſtro §.
ſecundum verum intellectum.& conſidera,quia iſta trãſmiſſio
fit in filium tanquam in creditorem earũdem operarum,& ideo
magis competit ſibi petitio earum operarum iure creditoria, q̃
iure hæredis.& iſta eſt aſſimilatio literæ de creditore.nãc æqui-
parat filium creditori paterno,qui mittiẽ in quaſi poſſeſſionem
huius iuris citra aliquod nomẽ & ius hæredis,& ideo non eſt a-
ctus pertinens adũni. & propterea litera ponit aliud exemplum
in ver.ſed & qui ſepulchrum,& § ſi ſepulchri. & pro hoc illud
generale non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe.no.
hoc C.vnde cogna Et allega iſtum §.quod dubium verbum pe
titionis declaraẽ per naturam petitionis. In tex. ibi,futurarum.i.
4 poſtquam creditores immiſſi ſunt in bo.poſ.filij Dy Appatatus
huius §.d ꝛ recitari per tria,vel quatuor contraria.Et primo op-
poniẽ & videẽ quod operarum petitio competat etiam extraneo
hæredi.vnde videẽ ob.inſ.de op.li.fabriles.Sol.hic de incertis, ibi
de certis.& diſtingue,vt in §. Libertus,& hoc facit primo gl. Se
cundo opponiẽ.dicit hic ſecũdum vnam literam, ꝙ vr̃ pro hrẽde
geſſiſſe.ſecundum aliam literam dr̃ ꝙ nõ vr̃ pro hærede geſſiſſe.
& ſic opp.de vna litera ad aliam lr̃am.timore iſtius ꝯrij eſt facta
gl.ma.quæ dicit,vtraq; lr̃a eſt vera in diuerſis cauſis.nã lr̃a affir-
matiua eſt vera,ſi filius dicit,ago vt hæres.lr̃a negatiua eſt vera,ſi
filius dicit,ago tanquam non exhæres, quia iſta verba ſic negati
ue prolata non inducũt affirmatiuam,quod immiſceat ſe.ꝓbat
etiam gl.quod tex.poteſt ſe adaptare vtriq; lecturæ. Tertio oppo
niẽ,& vr̃ quod lr̃a negatiua ſit falſa,quia eo ipſo quod filius agit
vel aliquid facit vt hæres.etiam ſi ſit factum impertinens hr̃dita
ti,vr̃ adire.vt inf.eo.ſi quis extraneus.§.interdum. So dicit gl.fa-
teor ꝯtrium,ſi filius dicit ago tanq̃ hæres ſecus ſi dicit , ago quia
agere poſſum,quia non ſum exhæredatus,& ſic nõ ob.in die ſe-
cundum Bar.vt dixi,ꝙ iſta verba tanquam hæres,exponũtur ſe
cũdũ nãm petitionis,nec importãt plusq̃ ſit de nã petitionis.ſunt
enim iſta verba enunciatiue prolata ꝑꝑ aliud,& ideo ſm illud de
bent intelligi.Item †quia non videntur agẽs aſtring. re ſe ad illud,
ad quod non dꝛ aſtringi,ar.inf.de ap.Seio,quod ẽil no. Quarto
opponitur ꝯ ver.cum petitio.& vr̃ ꝙ creditor nõ poſſit mitti in
poſ.iſtarum operarum,quia alij quã patrono edi nõ poſſunt, vt
d.§.libertus.Sol.dicit gl.qđ illud fallit hic ꝑꝑ inopiam debitoris,
5 quod eſt no.† Et ex hoc habes quod in iuribus inſeparabilibus
a perſona,& in obligatione facti propter inopiam debitoris pôt
interponi primum & ſecundũ decretũ,quod tene menti.& ideo
creditores poſſunt mitti in poſſeſſionem rei feudalis & vſufru-
ctuariæ,non vt tranſeat ipſum ius inſeparabile, ſed ipſa commo
ditas,vt inf.de dam.infe.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus,& §.ſi qua
ſunt iura,& ibi vide,& glo.etiam hic , quæ dicit quod dictio ta-
men,eſt dictio aduerſatiua.habet etiam in j.gl.quod in iure me-
re reuerſibili non cadit miſſio.Et rõ eſt,quia per hoc debitum,
quod creditori debetur,extenuari non poteſt.in ver. ſed & qui,
no.hic quod humanior ſententia eſt ſequenda.

1 *Filius accedendo cauſa conditionis implendæ,videtur ſe immiſcere .*
2 *Gerens aliquem actum,videtur ea mente gerere , vt ſortiatur effectum.*
3 *Hæredis nomen proprie non conuenit niſi directo hæredi.*

1 **§. Papinianus.** † Filius accedendo cauſa conditionis implendæ vr̃ immiſcere,ſi erat ſolus in
ſtitutus,ſecus ſi habebat cohæredem:& id quod filius facit, qđ
non poteſt facere citra nomen & ius hæredis,inducit immixtio-
nem. h d. eleganter. Aut ergo id quod fit a filio,poteſt habere
effectum ſuum ſine immixtione , & non inducitur immixtio.
2 Ex † quo etiam nota quod qui gerit aliquem actum, vr̃ eum ge
rere ea mente,& eo propoſito,ut ſortiatur effectum. In text.ibi,
geſſiſſe: ſubaudi recipiendo a ſtatulibero gratia conditionis
implendæ. Dyn. In text.ibi,ſolus inſtituitur . vel quia ſolus in-
ſtitutus,vel quia cohæres repudiauit. In tex. ibi,non eſt cogen-
dus,quia non videtur ſe immiſcuiſſe.In tex.ibi , nam eum. not.
tex.& idem dicit etiam tex.inf.de leg.j. l. nam nec emancipatus.
In tex.prætor.o.ſ.per edictum prætoris.& adde quod dixi.ſupra,
eo.l.§.1.& l.ei qui ſe.In tex.ibi,quo facto,id eſt dato cohærede,
qui adiuit.& iſta eſt clarior expoſitio gl.In tex.ibi, nominatim.
id eſt proprio nomine,non appellatiuo hæredis. In tex.ibi, non
hæredi.i.filio,licet non eſſet hæres. In tex.ibi,tunc itaque.not.
meliorem regulam, quæ ſit in iure in materia aditionis hæredi-
tatis.In tex.ibi,nomen.nomen conſiſtit in appellatione,ſeu vo-
cabulo.ius conſiſtit in effectu , ſeu commodo, & in hoc no.ſin-
gularem gl.hic poſitam.ex qua no quod interdum aliquis dici
tur talis.interdum dr̃ & non eſt cum effectu.interdum eſt cum
effectu,& tamen nõ dr̃ talis,habito reſpectu ad principalẽ ſigni-
ficationem ſermonis.In gl.tunc.n.in fi.no.quod vna volũtas in-
cludit plures voluntates,& plura no.ſm theologos.In gloſſ.ius,
ius dictum ibi per Trebellianum,quia effectu hæres eſt, vt ſup.
quod cum eo,ſi filius §.1.de hæred.inſtit.ſi non ſex.§. tempori-
bus.de mil.teſta.quærebatur. In ea.gloſſ.ibi,poſſeſſor.dic, vt in-
ſtit.de bono.poſſ.§.quos autem. In ead.glo.libertatum. vt inſti.
de eo cui li.cã po.addi.§.1.& ibi ponit gloſſ. de ſucceſſore ano-
malo.quæ gl.non eſt alibi.& facit.C.de pac.licet. In ead glo. ſed
ꝙ Papin.Item it cui bona ſunt ablata vt indigno, vt ſ.de vulga.
ſub.ex facto.§.Iul Longinus,& J. ad Sill.propter veneni.§. ne-
ptis,ſed anteq̃ ſint ſublata,eſt hæres nomine & re,vt l. ts conſe-
3 quenti.§.1.Item etei.In ead.gl.directo.† no. quod nomen hære
dis proprie non conuenit , niſi directo hæredi , ſicut nomen do-
mini proprie non conuenit niſi habenti dominium directũ , vt
no.in l.1.§.1.ſi ager vectigalis In ead.glo. vt ſit hæres. concord.
ſup.eo.§.in gl.iure enim & ſup.eo.nec is.§.hæres ex quo not.qđ
quando plura requiruntur ad eſſentiam vnius actus, qui vult v-
num ex illis,videtur velle omnia ſimul iuncta.

1 *Filius, qui proſequitur ius vindictæ , & nõ attingit aliquid hæreditarium, non videtur gerere pro hærede.*
2 *Filius faciendo pacem de morte patris, vel accipiendo aliquid ab offendente propter mortem patris,non videtur gerere pro hærede.*

1 **§. Si ſepulchri.** † Filius qui proſequitur ius vindictæ,
& nõ attingit aliquid hæreditariũ,
2 non vr̃ gerere pro hærede.h.d.† Et per iſtum § dicũt doctores,
ꝙ filius faciendo pacem de morte patris,vel accipiendo aliquid
ab offendente ꝑꝑ mortem patris non vr̃ gerere pro hærede. &
a nunquid ad filiam a ſicut ad maſculum pertinet facere pacem,
vide gl.quæ dicit ꝙ ſic de iure Romano. ſecus de iure Longo-
bardo,vt in prima conſti.feu.§.3.col.10. In glo mala rõ. ibi, ſo-
la pœna.ſed certe licet continet meram pœnam, eſt tñ de re fa
miliari.ſecus eſt in actione iniuriarum,vt C.de ſepul.vio.quæſi-
tum.de iniur.quod ſenatus.de col.bo.cum emancipati.§ eman
cipatus.& ex noſtro §. fundatur dictũ Oldr. ꝙ ius faciendi pacẽ
de morte patris ſit quid indiuiſibile inter filios, quia non cõcer
nit ius,vel corpus hæreditarium ſecundum Old. Bal.

ADDITIO.

a Filiam.Adde quæ habentur per Ang in conſ.288.

LEX XXI.

Si quis extraneus. Putrum non eſt modus hæredi
tatis adeundæ.h.d.No. quod de
linquendo quis non quaſi contrahit.i.non adit Item not.quod
delinquendo declaratur voluntas,& tene menti.

§. Interdum Aditio hæreditatia aĩo declarato perfici
tur,licet hæres erret circa rem non hæ-
reditariam.h.d.No.quod magis attenditur animus & propoſi-
tum quam factum.In gl.quæ incipit,non hæreditaria , in fin. de
hoc dic,vt no.per Din.in l.is qui putat.ſupr.eo.

1 *Ignorantia circa partem, vel circa conditionem quæ extitit , hæreditatis aditionem non impedit.*
2 *Opinio vehemens circa veritatem idem operatur, quod certitudo.*

1 **§. Si quis partem.** † Ignorantia circa partẽ, vel cir-
ca conditionem, quæ extitit,hæ
reditatis aditionem non impedit.h.d.In tex.extitiſſe.& ignorat
adiectam,quia credit ſe pure inſtitutum. Din.& per hoc ſolui-
tur contrarium,quia ſi ſciret adiectam conditionem,& neſciret
eam extitiſſe non poſſet adire,vt infr.de cond & dem.l.multũ,
a ſm Din.ſed gloſ.dicit ꝙ neſciebat pro certo.a tamen vehemẽ-
ter opinabatur.quæ vehemens opinio conſonat veritati, & idẽ
operatur quod certitudo.& idem dicit gl.J. eod. in repudianda,
& Bar.ibo.eam ꝙ multa ſunt, de quibus non pôt hr̃i vera certi-
2 tudo: † tñ vehemens opinio circa veritatem idem operatur , qđ
certitudo.& illud dicimur ſcire quod vehementer opinamur.
facit.J.eo.l.cum quidam §.quod dicitur,& quod notatur per In
noc.in c.cauſam,extra,de iuram.calum.vbi oĩno vide. Bal.

ADDITIO.

a Pro certo Adde Lud.Rom.in conſ 231.

LEX XXII.

1 *Hæreditatem adire quis non poteſt, niſi ſciat ex qua cauſa ad eum hæreditas pertineat.*
Non dicitur ſcire ille qui neſcit cauſam.
2 *Sententia lata ex falſa cauſa, non poteſt ex vera cauſa iuſtificari , quia reſcindatur per reſtitutionem in integrum propter falſam cauſam.*

1 **Si is ad quem.** † Non poteſt quis hæreditatem adire,
niſi ſciat ex qua cauſa ad eum hæredi-
tas pertineat h.d. Vel ſic.non dr ſcire ille,qui neſcit cauſam. Et
per iſtam legem cogitur agens declarare,vtrum ſit hæres ex te-
ſtō,vel ab inteſtato.quod ſi non declarat,nō dr poſſe adire.quod
no.& adde quod no.in l.1.& 3.ſup.de pen.hæred.In tex. ibi,non
acquiret. impediente errore cauſæ ſubſtantialis. Et no. hic,
quod aditio facta ex cauſa, ſeu ex vno capite non corroboratur
2 ex alia cauſa,vel capite.& idem dicit gloſ. † in ſententia, quod
ſi eſt lata ex falſa cauſa,non poteſt ex vera cauſa iuſtificari, ſci-
licet quin reſcindatur per reſtit. in integrum propter falſam cau
ſam ſecundum Dy.quod eſt no. Secus tamen vr in cauſa app. q̃
in cā reſti.in integ.ſ.vt poſsit diffinitiua ſententia ex alia cauſa ɔ̄
firmari,quam ex ea quā iudex aſſumpſit,vt l. Titianus,quod cū
eo.ibi per Gu.& intelligo hoc verum,qñ vtraq; cauſa include-
batur in primo proceſſu ſaltem implicite:ſecus, ſi talis cauſa nō
includebatur,vt C.de pe.hære.l.hæditas materteræ l. habebat ſu
pra,de inſti.de pac.do.Publius Marcellus,& extra,de iudic.c. exa
minata,& de euic.l.minor.§.ſi ſeruus.Vltimo circa hanc glo di
ſtingue,vt no.Gu.& Cy.in l.pen.ſup.de iuſti.& iure,& Bart.hic,
& facit ſup.de excu.tut.qui teſtō,& inf.ad Treb.ſeruo inuito. §.
cum prætor,vbi vide,& ſup.de iud.ſi prætor §.Marcellus,vbi gl.
dicit,quod quæcūque cauſa mouerit iudicem,ſtatur de hoc ver-
bo ipſius iudi.ubi ſcilicet eſt dubium de hoc.& no.

L E X XXIIII.

Fuit quæſtionis. Actus agentium dicunt operari
ſecundum propoſitum, non ſecū
dum oppoſitum.h d In tex.idem erit.ſ.vt non videatur adire,ſed
mortis cauſa capere.Dy.In tex. cœperit.ſ. ipſam obligationem,
vt l.a.de calumnia.de iure do ſi ſponſalibus,§.4.

L E X XXV.

Si quis mihi. Per ſeruum alienum bona fide poſſeſ-
ſum,vel fructuarium non quæritur hæ
reditas.h.d In gl.ſeruum.iunge gl.tex.quia gl perficit tex.In ea gl.
ibi,ſine cauſa.Ia.de Are.ſic reſpondet,& dicit,quod aut inſtitui-
tur ſeruus vſufructuarius contemplatione proprietarij; & eius
iuſſu debet adire:aut contēplatione fructuarij, & tunc iuſſu fru-
ctuarij adire debet,& ita intelligitur.ſerui,in glo.allegata.legatio
autem quæritur ſine iuſſu,quod eſt no.

1 *Monachus hæres inſtitutus, ſi ante quam adeat, tranſiuit ad aliam religio-
nem,noua religio capit hæreditatem,non prima,quia eſt tanquam eman-
cipatus ab ea.*

§. Seruus. In glo.primo caſu.l.in caſu manumiſsionis. ſe-
quitur in glo.ſecundo caſu i. in caſu alienatio-
nis.In eadem gl.ibi,in ſua cauſa.i.veteri dominio. In eadem gl.
de li.vniuer.l.j.illa dicit op.quia verum eſt,quod vniuerſitas non
poteſt conſentire antequam congregetur, ſed poſtquam cōgre
gatur,bene conſentit.ita dicit ibi Iac.de Are.& ſic corpus ciuile
conſentit,ſicut naturale corpus, quia per naturalia inſtrumenta
conſentit,cum nihil aliud ſit collegium,quam homines qui in
collegio ſunt,& ſic per homines ipſos collegiū conſentit,vt no.
in l.ſicut,quod cuiuſque vniuerſi.nomine.& adde quod dixi in
l.j.in prin.ſup.de ma.con.& quod no Inn.de ſenten.excom.c.gra
uem.In eadem gl.ibi,cum l.antiqua conceditur.No.contra fra-
ternitates, quas deſtruxit Papa Verbanus,vt capere non poſsint
1 tanquam collegium reprobatum.† Extra iſte § facit ad quæſtio
nem de monacho inſtituto,qui antequam adeat,tranſiuit ad a-
liam religionem,quod noua religio capiat hære.non religio pri
ma, quia eſt tanquam emancipatus ab ea, & velut alienatus,vt
hic,& de hoc no.i8.c.ſtatut.vbi vide.

§. Si ſeruus fiſci Cæſaris. non eſt aliquis procurator
qui ita habeat liberum mandatū,
vt procurator Cæſaris,vt l.j.in princ.de off.proc.Cæſa.ſup.tñ idē
eſt,ſi eſt aliquis,qui ita habeat liberū mandatū,ſicut procurator
Cæſaris,&c.In gl.opulenta ibi,vexationes h.3. Nota iſtā gl.quę
non eſt alibi ,quæ ponit dñam inter hæreditatem opulentā &
locupletem,& facit ſup.de minorib.l.minor,el primo. Bal.

1 *Fiſcus per ſeruum pœnæ hæreditatem non quærit; hoc tamen cum diſtin-
ctione.*

2 *Hæres inſtitutus ,ſi poſtea fit frater minor , hæreditas pro non ſcripta ha-
betur, & fit caduca, & pertinet ad alios venientes ab inteſtato, vel ad
ſubſtitutos.*

2 **§. Si quis planè.** † Per ſeruum pœnæ fiſcus hæredi-
tatem non quęrit h.d.In glo.&ſic.
ibi,ſine e contra.iſta glo.non eſt plana.vnde die aut primo eſt dā
natus,& poſtea inſtitutus;& tunc glo.bene dicit.qd habet pro
non ſcripto,nec capit fiſcus. aut prius inſtituitur, & poſtea dam
natur: & tunc aut eſt condemnatus poſt tempus deliberandi,&
hæreditas fit caduca quaſi per mortem.aut inſ. tempus delibe-
randi; & tunc iſtud ius deliberandi tranſit in fiſcum quaſi hæ-
redem. vt quemadmodum ius deliberandi tranſmittat ad ue-
rum hæredem,vt l.cum antiquioribus,C.de iure delib.ita tranſ-
mittatur ad fiſcum, ſecundum Cyn. hic in addi.& quotidie de
facto contingit. Et reuocatur in dubium,cum aliquis eſt Ban-
nitus in ære , & perſona, vtrum hæreditas ſibi delata deferatur
a fiſco,vel non.a & tene menti. † Deinde ex iſto § no.ar.ad quę
2 ſtionem de fratre minore hærede inſtituto.nam ſi fuerit inſtitu
tus antequam fuerit frater minor,ſiue poſtea,hæreditas eſt pro
non ſcripta,vel caduca,& ideo pertinet ad alios venientes ab in-
teſt.vel ad ſubſtitutos.

A D D I T I O.

a Vel non.Pau.de Caſt.in conſ.32.in 1.impreſſis.

1 *Iuſſus patris debet præcedere in adeunda hæreditate.*

2 *Iuſſus poteſt fieri in abſentia, & pater poteſt conſentire filio agenti,vel de
fendenti per nuncium, vel epiſtolam*

3 *Non valet tantum generale quo ad generalia,quantum ſpeciale quo ad ſpe
cialia.*

4 *Stante ſtatuto,q́ ſyndicus conſtituatur auctoritate præſidis , ſi factus ſit
ſine eius auctoritate,ſi velit ſufficit eum ratificare.*

§. Iuſſum. Iuſſus patris debet præcedere in hæreditate
adeunda,ſed conſenſus poteſt præcedere , &
ſequi.h.d.In tex ibi,profecto in continenti.vt l.obligari,in fi. de
1 auth.tut. † No.tria.primo q́ iuſſus patris dēt præcedere, ſic &
mandatum dēt præcedere,vt ſ.mand.ſi vero remunerandi, §.ſi
poſt creditam.de auctoritate dic,vt l.obligari, de auth. tut.in fi.
de cōſenſu dic q́ pōt præcedere & ſequi,vt l receptum,co.præ.
& in c cura,de iure pa & adde quod no.Inn.in c.dudū, de re.ecc.
2 non alie † Secundo no.q́ iuſſus pōt fieri in abſentia.& eſt ar.q́
pr̄ pōt conſentire filio agenti & defendenti per nunciū, vel epi-
3 ſtolā.† Tertio no q́ iuſſus debet fieri † ſpecialiter,& non dēt ge
neraliter. & ita habetur hic q́ non valet tm̄ generale quo
ad generalia,quantū ſpeciale quo ad ſpecialia & dicit Din.q́ iſta
gl q̃ incipit,non ſpeciale,ſoluit illud contrarium:quia regulari-
ter tantūdem valet.ſed fallit in caſib.expreſsis in iure, & de hoc
in l.fi.C.ad Ma.Ego dixi plene in l.ſed & ſi quis §.quæſitum, ſi
quis cau.Inducit gl.tex.iſtum I arg quod ſi filius inchoauit iudi
cium minus legitime, quia non de conſenſu patris,licet poſtea
a pater ratificet: tamen iudicium non conualeſcit.a iſtud eſt ve-
rum , quia ab initio iudicium non habuit ſua eſſentialia , & ita
fuit nullum.& quod nullum eſt, non poteſt ratificari,vt C. ſi
aduer.ven in l.pen.& ſecundum Cyn.arg.contra.in l.2.C.com-
munia ver.iud.facit quod no.Inn.in c. prudentiam, de offic.de-
le.in glo.magna io ver.& eſt quaſi ſolutio multorum ɔ̄triorum.
4 † Item inducitur iſte §.in ar.ad quæſitionem , ſtatuto cauetur q́
ſyndicus conſtituatur auctoritate præſidis,factus eſt ſyndicus ſi
ne eius auctoritate.præſes vult poſtea ratificare, an ſufficit?hic ē
arg.quod non.Din. tenet contrarium per l.i.de iure fiſci.C.li.x.
ſecundum Cyn.facit C.de decur.l.ſi quis, lib.x. & de iure pa.c.
cura,quia iſta auctoritas eſt quædam confirmatio, & de vera cō
firmatione eſt quod poſſit ſequi actum , & vr̄ caſus, C.de teſta.
l.omnium Item iſte §.inducitur in argu. q́ quis non poſſit con-
ſtituere procuratorem hoc modo , conſtituo procuratorem ad
petendam abſolutionem , quoti. ſcunque me excommunicari
contigerit. dicit Cyn. q́ iſtud debet relinqui canoniſtis.per pro-
curatorem autem certo modo ſpecialiter conſtitutum pœnæ
poteſt peti abſolutio,vt c.per venerabilem, de elec. In gl.ſubau-
di.ibi,poſt ſententiam,adde quod no. C.in qui.cau.in integ.reſt.
non eſt ne.l.ſi tutor,in glo.inſt.de nup. in princip.quod non eſt
verum per iſtum tex.quia eſſet ordo præpoſterus. In glo.ſe.ibi,
Item hodie.no.hanc glo. quod iura antiqua quæ loquuntur de
iuſſu in hæreditate aduentitia,ſunt correcta. Baldus.

A D D I T I O.

a Conualeſcit.Adde quæ habentur per Pau.de Caſ.in conſ.54.in 1.ſtampa.

§. Sed an nominatim. Illicitus iuſſus non tenet
pro licito : tamen hr̄ qd̄
licere putatur.h.d In tex. ibi,mandet. Nota q́ ſpes in mortem
alterius reprobatur a iure.facit c.2.extra,de conceſſio.præb.

1 *Papa ſi credit aliquam præbendam vacare,quia falſa fama eſt de morte pri
mi præbendarij,& mandat eam conferri ſecundo,ſi primus poſtea morie
tur,gratia non conualeſcit,quia in literis gratioſis metimur ius ſecundū
tempus datum literarum.*

1 **§. Plane.** † Iſte verſiculus eſt argumentum, q́ ſi Papa cre-
dit aliquam præbendam vacare, quia falſa fama
eſt de morte primi præbendarij, & mandat eam conferri ſecun
do,q́ ſi primus poſtea morietur,gratia conualeſcit.iſſ ɔ̄. eſt ve
rum,quia in iſtis litteris gratioſis metimur ius ſm tp̄s datum lit
terarum,vt in toto titulo de præbendis.In gl. ſubaudi.ibi,& no.
ſecundum Azo.Adde quod legitur, & notatur, in l. eius qui in
prouinciā, in prin. ſi cer.pe.Item no q́ de ſcriptura clauſula vera
certitudo non pōt hr̄i.facit inſti. de pup.ſub. poſt princ.& ideo
in alia materia dicimus,q́ atteſtationes debent eſſe clauſæ. i. ſe-
cretæ donec publicentur,ne committatur ſubornatio.

1 *Vocabula impropria non nocent.*

2 *Digreſſio a tenore mandati ſuperficialiter , ſeu figuraliter non vitiat, dum-
modo ſubſtantialiter,& in effectu ſeruetur intentio mandantis,*

1 **§. Sed quid ſi.** † Impropria vocabula non nocent. h.
d Facit ʒ.de cond.& dē l.pater, §.con-
ditionem

ditionem,de reſt.l.qm indignum,C. & quod not.in l. quotiens C.fam.herc.No. quod licet quis loquatur materialiter & groſſo modo,non vitiat.& Specu. in alia materia tractat, ſi teſtator reliquit aliquem cuſtodem bonorum ſuorum,vel collectorē, quid ſit hoc dicere.& ponit in Spec.de inſt.edit.§. cōpendioſę. In tex.ibi, aut quod no. quod ratihabitio bonorum poſſeſſionis inducit tacitum iuſſum aditionis.Item no.quod ille qui eſt effectus hēs de iure prætorio, adhuc poteſt eſſe hæres de iure ciuili per adit.hære.nec eſt mirum,ſi habeat hęreditatem ex diuerſis qualitatibus,cum alias dominium poſſit eſſe penes aliquem ex diuerſis qualitatibus,vt no.ſo. mat.l.vel diuortio,§. ſi fundum, in fin.ergo & penes eundem,& ita intelligitur,C.de iure deli.l. puberem, niſi tales qualitates eſſent non ſolum diuerſæ, ſed ꝯtrariæ,quia tunc qualitas ſuperueniens inſpicitur, vt ſup. de hære. inſt.l.4.§.qui fideicom.& de vulg. ſub.l.fi. §. fin.vel niſi vna eſſet principalis,alia ſubalterna, quia in eadem perſona non cadunt, vt vtilis actio & directa,vt ꝟ.ad Treb.l. ſi hæres. primum dictū
a eſt Cyn.ſed diſtinctio de qualitate eſt adiuncta per me.† No.ꝙ digreſſio a tenore mandati ſuperficialiter,ſeu figuraliter non uitiat,dummodo ſubſtantialiter,& in effectu ſeruet intentio mandantis;& concor.ſ. man.l.fi.§.fi.vbi conſidero,quod aut aliquid mandatur reſpectu modi, tunc non poteſt recedi a forma, vt ꝟ. eo.l.§.ſi coram,aut reſpectu finalis commodi:& tunc non curamus de modo,ſed de effectu,vt hic,& d.l fi.& ar.l Gallus.§. & quod ſi tantum. In glo.ſed non decretum,tu dic vt ſup. dixi.& conclude ꝙ quidam eſt ſucceſſor de iure ciuili tantum.quidam de iure pretorio tantum.quidam vtroque iure.

1 *Verba enunciatiua monitionem,& mandatum inducunt.*

1 §.Pater fillo. †Verba enunciatiua monitionē, & mandatum inducunt.h.d.Vel ſic,verba excitatiua inducunt iuſſus tacite.h. dicit Iſte tex.facit ad duas q.prima eſt,ꝙ ſi creditor dicat debitori,cogita, vt mihi ſoluas , ꝙ vr̄ eum interpellare,de hoc per Cyn.C.in qui.cau.in integ.re.non eſt ne.l.in minorum. Secunda q.eſt famulus cuiuſdam nobilis fuit percuſſus,iſte nobilis dixit famulo, ſi tu nō cogitabis tu vindicare,non redeas domum. iſte famulus iuit,& interfecit aduerſarium,& dicit hic Bar quod fuit dominus decapitatus tanquā
a de mandato,& cum vidit ipſe de facto. a & fuit Florentiæ.

ADDITIO.

a Facto. Adde Pau de Caſt in conſ.198.in 1.ſtampa.

§.Quod ſi man. Hic verſiculus allegatur ꝙ pater conferendo filio liberū arbitriū, mandare ei vr̄. No.ꝙ poteſt pater ponere aditionem in filij diſcretione Item in diſcretione tertij,vt ꝟ.eod.l.ſi coram.adde qđ no.ſup.de hær.inſti.l.illa inſtitutio.

1 *A forma ſtatuti non eſt recedendum, nam recedendo a forma, receditur a ſubſtantia.*

2 *Omiſſio modi,& formæ etiam in actu fauorabili, impedit diſpoſitionem legalem.*

1 §.Si coram. † A forma mandati non eſt recedendum. h.d. Et ſi receditur a forma,receditꝛ a ſubſtantia.h.d.tex.& glo & conſidera ꝙ quędam conſiſtunt in arbitrij libertate;& tunc forma tradita per habentem tale arbitriū eſt ſeruanda,vt hic,& ſup.de exerci.l 1.§ ſi plures.quędam ſunt, quæ non conſiſtunt in arbitrij libertate, ſed in iuris poteſtate, ita ꝙ ius eſt non ſolum cauſa efficiens,ſed formalis, tūc non debet recedi a forma iuris,vt l.in conſtitutionibus, ad mu.& l.certa forma,de iure fi.lib.10. ſed a forma addita per hoīem interdū recedi pōt,interdum non poteſt,vt l. Titium.& Mæuium, ſ.de
2 admi.tut.& ibi doc. & adde,ꝙ † omiſſio modi,& formæ,ēt in actu fauorabili impedit diſpoſitionem legalem , vt inf.de verb. oblig qui Romæ,§. Flauius Hermes,ſm An.de Piſis.In glo.ſed quid. ibi,rſideo. nulla eſt facta mentio de conſilio habendo, vt ext.de elec.cum in veteri.& ideo ſi ſtatu.dicat ꝙ ſnīa debet ſerri de conſilio ſapientis,ſi non ſeruatur iſta forma, ſnīa eſt nulla ipſo iure; & ita dixit Old.diſputando,& facit etiā.ſi cauetur ſtatuto,quod mulier debet contrahere cum præſentia propinquorum,licet non procedat vlterius annullando; tamen ſi non ſer-
a uatur forma,contractus eſt ipſo iure nullusa per glo. iſtius ver.

ADDITIO

a Nullus. Adde Raph.Ful.in conſ.140.& in conſi.180 & eundem Bal.in cōſ. 169.in 5.vol.

1 *Mandatum factum contemplatione certæ cauſæ,poteſt ex alia cauſa impleri,dummodo non ſit cauſa durior.*

1 §.Aliter atque. † Mandatum factum contemplatione certæ cauſæ pōt ex alia cā impleri,dummodo non ſit cā durior.hoc d.In tex.patris.no.ꝙ ille, qui mandat quod eſt magis periculoſum, vr̄ mandare quod eſt minus periculoſum: ſed non econtra,& eſt ar.ꝙ ſi mandaui tibi vt occideres Seium , & tu noluiſti occidere , ſed Teutonice verberare,ꝙ ego teneor de mandato. ſecus econtra, ſi mandaui tibi,ꝙ percuteres manu vacua. & notabiliter dixi manu vacua: quia ſi dixiſſem gladio,aliud eſſet ꝑꝑ c.fin.de homi.lib.6. & tu percuſſiſti gladio,qđ eſt magis periculoſum;& tene menti ver.

§.Idemque. Inſtitutio,& ſubſtitutio non differunt eſſentialiter, ſed quo ad gradum. & verbū inſtōnis aptatur ſubſtitutioni,& econtra. In tex. vel cōtra.dū tamen non fiat conditio durior;& iſta eſt concluſio gloſ. & verſi.

§.Sed ſi man. Verba ſpecifica minus includunt,quā indefinita verba.h.d.ver.

1 *Iuſſus poteſt reuocari, & impeditur effectus, licet non deducatur in notitiā eius,cui dirigebatur,hoc tamen cum diſtinctione,*

1 §.Sed ſi poſtea. † Iuſſus poteſt reuocari,& impeditur effectus,licet non deducatur in notitiam eius.cui dirigebatur.h d.tex.Et eſt ſimilis.ſup.de cōd. ob cau.l.ſi pecuniam.§.ſi ſer.& de ma.vin. ſi pater ex prouincia, & l.ſi pater,& ſup.ſi cer.pet.eius qui, in §.quas no. In gl.ſ.pater. ibi.l.fundi §.fin.ſed ibi dominus ad hoc tenebatur, & ita no. in l.2.§.pe.infr.de do.a[illegible]lias tres ll.in glo.allegatas,dic quod in eis agebatur de eius præiudicio,ar.ſup.pro ſo.ſed & ſocius,& ſupr. mā.ſed & ſi mandaſſem.An.de Pe ſed dic ſanus,ſi quæratā an re
a uocatio a mandan, quæ non peruenit in notitiam procuratoris, impediat actum gerendum , refert ſm Iac.de Are. inter expreſſam reuocationem & tacitam,quæ fit per mortem:quia iſta tacita reuocatio fit per legem , & ideo non oportet quod intimetur ſm eum.& adde quod no.ſup.de proc.l.ſi defunctus. Sed Pet.dicit aliter.& melius,ꝙ aut mandatarius interuenit, vt nuncius ꝑbens nudum miniſterium , & tunc ſufficit poenitentia ſine certioratione,& impedit actū,vt ꝟ.de ma.vin.ſi pater,& ſupr.de repu.ſi permiſit.& ratio,quia non contrahit ipſe, ſed dominus ꝑ eum.vnde non valet contractus ſine conſenſu domini , vt C. ſi quis al.vel ſibi.l.mutuum,& ſup.quod iuſſu.l.fin. aut interuenit vt procurator,& tunc aut in actu gerendo quo ad ſubſtantiam, & requiritur voluntas domini,vt in tranſlatione dominij,vt infra de re.iur.id quod noſtrum,& tunc ſi dominus pęniteat, non valet id quod agitur poſt pęnitentiam , vt d. §. eius qui.§. quas no.& infr.de do.l.2.§.ſi quis.& hoc verum regulariter, fallit in ſolutione fauore liberationis,vt infr de ſol.l.cum quis.l.r & l.vero procuratori,& l.qui hominem.§.ſi Titium.aut eſt actus , ad cuius ſubſtantiam non requiritur conſenſus domini,vt contractus , & tunc reuocatio ſine certioratione non impedit actum gerendum,vt ſ.man. l.ſi mandaſſem , cum ſi. ſm Pet.& de hoc per Cyn.in l mandatum.C.man.adde quod no.in c.fi. de procu. li.6.per Arch.& in nouella,& quod no.in c.1.de renunc.in Cle.

ADDITIO.

a Reuocatio. Adde quæ habentur per Io de Ana.in conſ.25.

LEX XXVI.

SI ego & ſer. Conſenſus mediatus trahitur ad immediatum,hoc dicit.

LEX XXVIII.

1 *Inſtrumenta debent edi ei,cuius intereſt,et ob id ipſum officium iudicis principaliter imploratur.*

2 *Editio poteſt peti propter ius,& propter ſpem.*

3 *Contrahens cum procuratore alicuius debet petere inſtrumentum procuratorium,vt poſſit probare,ꝙ ille,cum quo contraxit , erat procurator , & ſic omnibus gerendis cum procuratore debet peti procuratorium.*

1 Ariſto. † Inſtrumenta dēt edi ei,cuius intereſt,& ob hoc ipſum officiū iudicis pricipaliter imploratur. h.d.
2 Et concor.ſ.de iure deli.Ariſt.& no hanc l. † ꝙ ꝑꝑ ius & ꝑꝑ ſpē pōt peti editio inſtrorum.& vide hic quod no.in c. 1. de viu.in Cle.vbi gl.no.de iſta editione inſtrorum,& librorum ,& qualiter,& qūo fidem faciant.† Et no quod iſta l. Ariſt.& l.qui hēs.ꝟ.
3 proxi.eſt arg.ꝙ ſit edēdum inſtr̄m procuratorium ei , qui ꝯhit cū procu.conſtituto ad ꝯhendum , vt poſſit probare, ꝙ ille cū quo ꝯxit,erat procurator,& ita cōſuluit Di.ſm Rai.ad hoc extra de proba.c.1.per Inn.Item eſt ar.ꝙ ei ꝯ quē eſt facta ceſſio, ſit eden
a dum inſtr̄m ceſſionis a ſm Din.Item ꝙ ei ꝯ quem eſt facta proteſtatio,ſit edendū inſtr̄m proteſt.& facit ad prędicta. ſup.depo. ſi quis inficiatus,& in c.cauſam, de elec.in Clem. & l.prætor, in prin.de eden.cum gloſ.ſua,& de actio.emp.Titius.C.ad legem Falc.l.ſi prædiorum,& quod vtrobique nota. Bald.

ADDITIO.

a Ceſſionis.Adde Lud.Rom.in conſ.161.& in conſ.104.

LEX XXIX.

Qui hæres. Qui petit inſtrumenta edi,per hoc non videtur adire hæreditatem.h.d.In tex. prohibeatur, id eſt impediatur. no. quod per rationes defuncti inſtruitur quis de bonorum hæreditariorū valore,& habes ſi.ſupr.de neg. geſt.Neſennius,& ad l.Fal maritus.§.fi.

LEX XXX.

1 *Pater per propriam abſentiam, vel per abſentiam filij, a commodo hæreditatis excluſus,reſtituitur ad illud acquirendum.*

2 *Beneficium ſingulare reſtōnis in integrum nō competit patri propter filiū, ſed hoc verificatur niſi ratione minoris ætatis,ſecus in alijs cauſis.*

3 *Reſtū in integrum plenius patet,ratione abſentiæ,quam ratione ætatis.*

4 *Lucrum veriſimile eſt cā concedendæ reſtitutionis ſicut lucrum certum*

5 *Cauſa Reipublicę abeſt,qui abeſt cauſa legationis,*

6 *Cauſa Reipublicæ abeſſe dicitur tribus modis.*

Cum

1 **Cum quidam** † Pater per propriam abſentiam, vel per abſentiam filij a commodo hæreditatis excluſus reſtituitur ad illud acquirendum.h. d. No. ꝙ principium hēt duas lec. prima eſt ꝙ pr̄ prætendit abſētiam propriam, ſecunda eſt ꝙ ꝑtendit abſentiam filij. & vtrobiq; ponē filium mortuum. vnde pr̄ iure cōi non poteſt adire ēt hodie, vt no. in l.cum nō ſolum, de bonis quę lib. in prin. ſm Ric. Ma. ſed per reſtitutionem in integ. ſuccurritur patri, & no. ꝙ prima lec. minus habet dubitationis, cum pater ex propria perſona nitatur. ſecunda vero lec. plus hēt dubitationis, cum nitaē bñficio
2 filij Sed ꝯ hoc opp. quia lege cauetur† quod ſingulare beneficiū reſt. in integ. non compenti patri ꝑꝑ filium, vt ſ. de mi. l. deniq; §. ſed vtrum. ergo hic ꝑꝑ abſentiam filij pr̄ non eſt reſtituendus. So. glo. no. ꝙ aliud eſt in caſu noſtro. nam aut reſtitutio petitur ratione ætatis: & tunc non porrigitur ad patrem, aut ratione ab
3 ſentiæ: & tunc porrigitē ad patrem. † ex quo collige, ꝙ plenius pater reſtituitur ratione abſentiæ, q̄ ratione ætatis: & hoc probat gl. ex ꝯiunctione duarum legum, q̄ inuicem vr̄ ꝯtrari. ſ. de mi. auxilium, in prin. & qui. ex cau. ma. ſi qua mihi. reddit la. Ra. tōnem dr̄: æ, quia dicit edictum de minoribus eſt magis remotum a iure cōi, q̄ edictū de maioribus, quod habes in l. 1. ſ. qui. ea cau. ma ſm Iac. Secundo opponitur, dr̄ hic ꝙ pr̄ poteſt petere reſtitutionem in inte. Contra: imo vr̄ ꝙ non habeat iſtā cām petēdi, quia ſi fuiſſet pñs, & iuſſiſſet filium adire, filius potuiſſet adire, & non adire, & ſic non acquirere, ſi adire noluiſſet: ergo nō vr̄ eſſe iuſta cā petendi reſtōnem, vt ſ. ex qui. cau. ma. l. nec non, in princ. So. dicit ꝙ datur ſibi reſtō, quia veriſiſe eſt ꝙ ſi potuiſſet iubere, filius ſibi obtēperaſſet, & facit l. 1. C. de teſt. mi. ſm Cyn.
4 Ex hoc no. †ꝙ lucrum veriſiſe eſt cauſa concedendæ reſtōnis, ſicut lucrum certum. Item no. ꝙ veriſimile eſt filium applaudere iuſſui patris. ꝭ. qui. ac non da. l. 1. §. qui onerandæ. Scd̄o principaliter no. quod ius aditionis, quod fundabatur in filio viuente per reſt. in integ. fundabatur in patre. Ego dico ꝙ reſtitutio in integrum facit patrem hr̄e commodum. nō autē ꝙ ipſe ſit directo
5 hr̄s, vt inf. de leg. 1. l. cum filio.† Tertio no. ꝙ ille qui eſt abſens cauſa legationis, dr̄ abeſſe cā Reipublicæ: qd̄ dic vt plene hic
6 not. In gl. nā ita. ibi, adhibebit. i. agnoſcet hr̄ditatem. † In glo. pr̄ &c. ibi, ad Principem, dic ꝙ tribus modis dr̄ quis abeſſe cauſa Reipublicæ primo qñ mittitur ad rem publicam. ſecundo qñ mittitur a re publica. tertio qñ mittitē a Principe, vel ad Principē. ſi autem mittatur ab inferiore ad inferiorem, puta ꝑꝑ publicā neceſſitatem, vel vtilitatem, iſte dr̄ abeſſe cā ſui municipij. non cā ſuæ Reipublicæ, vt ſ. qui ex cau. ma. l. legatis. & quotuplex ſit abſentia, vide gl. magiſtram. in l fi. ſ. de in integrum reſti.

1 *Venter qui pariturus eſt poſthumum, qui alijs antefertur, impedit ſequentes adire, ſiue plenus ſit, ſiue eſſe putetur.*
2 *Impedimentum a pari potentia generari non poteſt, ſed cauſa impediens debet eſſe potentior.*
3 *Tria ſunt, quæ obſtant aditioni hæreditatis.*
4 *Fama quæ dicatur.*
5 *Syndici qui faciunt falſas relationes propter famam publicam moti, excuſantur, quia iuſtus error eſt.*
6 *Fama cōis debet conſiderari, vbi agitur de præſumptione ſuper incerto.*

1 **§ Quod dicitur** † Venter, qui pariturus eſt poſthumum, qui alijs autefertur, impedit ſequentes adire, ſiue ſit plenus, ſiue eſſe putetē: ſecus, ſi vere eſt vacuus, & ſic opinio adeuntis eſt cōis. h. d. vſq; ad §. ſuum hr̄dem. Ibi aūt dicit, ꝙ lex ſp̄ certa eſt de eo, quod eſt: ideo, quia incertitudo hoīs non vitiat aditionē, q̄ a. l. inducitē h. d. vſque ad §. ſcīa. ibi dicit ꝙ inſpici dēt ſcīa adeuntis filij, vel ſerui, non pr̄is, vel dñi. h. d. vſque ad. §. fi. ſm Bar. & iſte §. vſq; ad § fi. Diuiditē in tres partes principales. Prima loquitur quid iuris ſit de proximo agnato cōnco, an obſtet ſibi poſthumus, quominus adire poſ. necne, & hoc vſq; ad. §. ſuum. Ibi ſecunda pars, in qua dr̄ an poſthumus obſtet ſuo agnato necne, & hoc vſq; ibi, ēt. Ibi tertia, in qua declaratur cuius ſcīa requiritē an pr̄is, vel ſibi inſtituti, & hoc vſque ad. §. fi. Iterū prima principalis pars diuiditē in quinq; partes. Primo dicit de proximo cōnco poſt poſthumū ſuū, & de hr̄ditate adeunda ex teſtō, vel ab inte. vſq; ibi, & in eo. Ibi ſecunda, in qua dr̄ de ꝓximo poſthumo ſuo. idē de ꝓximo poſthumo legitimo, vel conſanguineo vſq; ibi, itēq;. Ibi tertia, in qua dicit, quod idē eſt ſi agnaſcatē hæreditas de iure prætorio vſque ibi, ſiue. Ibi quarta, in qua quandā rōnem & exceptionē infert vſq; ibi, quod dr̄ Ibi quinta, in qua repilogat præmiſſa vſq; ibi, quid ergo, & circa ea determinat quendam caſum, qui videbatē dubius, & hoc vſq; ad §. ſuum. No. ꝙ rr̄a antiquorum dicit tria. primo ꝙ ſi vxor defuncti eſt prægnās, poſterior adire nō pōt. ſecundo ꝙ ſi putetē eſſe prægnans, eſt idē, quia ſiſt adire non pōt. tertio ꝙ ſi ſcitē eā non eſſe pręgnantē, pōt adire, & ſic duæ ſunt rr̄æ negatiuæ, tertia affirmatiua. q̄ rr̄æ hñt locum ex teſtō, & ab inte. & hñt locum in filio, & agnato, & hñt locū in iure ciuili, & prætorio, vbicunque eſt ordo prioritatis, & poſterioritatis. ſp. n. ratione ordinis poſterior debet ſuperſedere, ne aliqnid ſiat præpoſtere. & eſt ar. ad impetrantes præbendas, & officia, vt in c. quia cunctis, de conceſ. præb. li. 6. Secundo no. in ver. niſi, quod vbi venter nō eſt in iure anterior, ſed coæqualis, vel poſterior,
a non eſt expectandus.† & ꝙ a pari non cauſat impedimētū, imò ſp cā impediens debet eſſe potentior. a pari ergo potentia nō pt̄ generari impedimentum. facit infra de acquir. poſſ. l. 1. §. veteres.
3 † Tertio no. in ver. quod dr̄. ꝙ tria ſunt quæ obſtant aditioni, ſcilicet veritas, opinio propria hæredis, & fama cōis, q̄q̄ cōtraria veritati. & econtra tria ſunt, quæ faciunt aditionem valere. ſ. veritas, ꝙ nō ſit prægnans. Item propria opinio hæredis. Itē fama ſit, ꝙ non ſit prægnans. iſta tria debent ſiſ concurrere ad hoc, vt interim procedat aditio in extraneo. ad impediendū vero ex pluribus obſtantibus ſufficit vnum obſtare, vt hic, & ſ. de hær. inſti. l. ſi non lex, in prin. Et ex iſto § quod dr̄, not. ꝙ pōt probari fama negatiua, puta Bertam non eſſe prægnantem. Itē no. text.
a expreſ. ꝙ fama aōr̄ multorū opinio ibi, dum dicit lr̄a ſm multo
4 rū opinionē. & dicit hic Bar. † ꝙ iſta fama ſufficit, ꝙ ſit inter vicinos, q boc ſcire pñt, vt ſ. loca. dñs horreorū, & l 1. §. 1. de flu. & l 2. C. qñ ſi. vel prin. & hoc in negotio priuato. ſed ſi eſt negocium, quod non poſſit eſſe niſi notoriū, vt in morte vnius Regis, vel baronis, requiritur fama maioris populi ſm Thomā de Piperata in ſuo tractatu de fama. Bar. ego addo ꝙ iſta fama pōt probari per domeſticos & familiares in caſu iſto. vt eſt gloſſ. or. ſuper verbo dicere. vnde per domeſticos, & familiares melius probanē ea, quæ domi geruntur. ita dicit iſta gl Item no. ꝙ in facto alieno multum probabilis eſt error, qui fama fouetur. & p
5 b. d † Bar. ꝙ excuſant ſyndici, qui faciunt falſas relationes moti ꝑꝑ famam publicā, quia iuſtus error eſt: ſecus, ſi temere procederent ad denunciādū, vt l. diuus, de cuſt. reo. ad hoc. ꝭ. de adul. l. miles. §. pe. ſm Bar & facit. ſ. eo. ſi quis mihi bo. §. plane. & quod in his, q̄ domi geruntē, illi de domo poſſint eſſe teſtes, vide l. conſenſu. §. ſeruis. C. de repu & ſup. de ven inſpi. l. 1. Quarto not. in ver. ſed ſi ipſa. ꝙ vbi hæres inſtituitus habet veram certitudinē, ſicut eſt vxor, quæ pōt hr̄e verā certitudinē de ſeipſa, vt l. filiū, de his qui ſunt ſui, vel alie iur. ibi non eſt conſideranda opinio
6 cōis.† ex quo collige ꝙ opi. ſeu fama cōis debet conſiderari, vbi agitē de præſumptione ſuper incerto: ſecus vbi ineſt vera certitudo, vt hic, & ꝭ. e. Pantonius § rei. & l. cum falſum. Opp. per ordinem, quia gl. non procedit ordinate. primo dr̄ hic in tex. legitimum, vel conſanguineum, quaſi velit dicere. quod quis nō poſſit eſſe legitimus, & conſanguineus. ꝯ: imò pōt, vt ꝭ. de ſu. & le. l. 1. §. ſi concedo ꝯrium, quia iſtę qualitates ſunt compaſſibiles, non tñ ſp inueniuntē cōiunctę in eadē perſona: & ideo ponitur hæc alternatiua. & dicit hic Bar. ſm cōem vſum loquendi con
b ſanguinei appellantē oēs ex quacunque linea b cōiuncti. ꝙ facit ad ſtatutū, ita a ciuili ſignifica. non diſcedas, niſi probaretē in iudicio de iſto cōi vſu loquendi. Secundo opp. infr. de ven. in poſ. mi. l. 1. §. 1. glo. opp. & rnder, & tene primā opinionē. & reproba ſecundā per l fi. ꝭ. de ven. in poſ. mit. & reprobat Din. Ia de Are. Tertio opp. hic, dr̄ quod habebāt bonor. poſſ. edictalem: imò vr̄ ꝙ decretalem, quæ a iudice decernitur, vt ꝭ. de bo. poſ. l. 3. §. pin. ſo. ꝙ de vtraq; litera intelligitur. nam ſic ſe habet edictalis ad decretalem, ſicut ſe habet ius ad ſententiam, vel decretum.

ADDITIONES.

a Fama. Adde vt per d. Alex. de Imo. in conſ 66 & in conſ. 70. in 3. parte.
b Linea Adde per Fran. Are. in conſ. 39 vbi ponit, an ſi per ſtatutū debeat quis puniri, & cognatio ſua, qui comprehendantur.

---

1 *Exiſtentia ſui hæredis a veritate, non ab opinione regulatur.*
2 *Veritas occulta in iudicijs non ſufficit, ſed requiritur veritas apparens per probationes, vel per præſumptionem legalem.*

1 **§ Suum hæredem** † Exiſtentia ſui hæredis a veritate, non ab opinione regulatur. h. d. Nec ob. ſupr. de iud. ſed & ſi te. §. fi. quia hic loquimur quantū ad habitū: ibi loquimur quantum ad exercitiū iudicia
2 le.† nā in iudicijs veritas occulta non ſufficit: imò requiritē veritas apparens per probationes, vel per p̄ſumptionē legalem, & facit quod no. C. de peti. tu. l. pe. No quod ſi vxor non eſt pręgnās, filius iā natus eſt hæres in ſolidū. ſi aūt eſt prægnās, & hēt vnū in vtero, tūc eſt hæres pro parte dimidia. Cōtra illud op ꝙ imo ꝓ quarta, vt ſ. ſi par. hær. peta. l. antiqui, & de iud. l. ſed & ſi reſtituatē, in fi. So. hic loquimur quantū ad veram eſſentiā, ibi ꝗium ad iudiciū, in quo non ſufficit certitudo naturæ, ſed debet eē certū iudici. & ſic nō obeſt ergo duplex manifeſtū. ſ. quoddā manifeſtum in nā: quoddā quo ad nos, vt ſ. ſi cer. p. l. cum ad pñs, & de cond. ob cau. ſi pecuniā §. ſi ſeruū. vñ dicit Ariſt. ꝙ oculi noſtri ad ea q̄ manifeſtiſſima ſunt ſm nām, ſunt, ſicut oculi, noctuarū ad lucē diei, vt in 2. metaphyſicæ, in prin. In gloſ. ſic ſupra ibi, ex quo eſt. ſ prægnans. In ea. gl quot ſint. ſ. in vtero. & eſt rō, quia ſcientia de iſtis non tranſcendit ſenſum. & ideo notitia obſtetricum, vel medicorum ſenſum tranſcendere non pt̄. Ead. gl. ibi, alias virilem i. ſm numerum eorum qui ſunt in vtero In ead. gl. interim. tacitum ſilentium inducitur a l. poſteriori, do nec prior ſperatur. In ea. gl. ibi, antequā naſcatur. arg. ꝯ. ſupr. de inin. teſt. l. 3. § ex his apparet. & hanc gloſſ. not. tanquam magiſtrā, quæ multum declaratur, ſi uideas tex. l. illud, ſi pars hæred.

pe. & nō facit aliud hæc diſtinctio, niſi quia diſtinguit cauſam teſtati & inteſtati, & poſthumum parem, & imparem.

§. Scientia. Perſonæ, in qua actus principiatur, ſcientia, vel ignorantia cōſideratur. h.d. Vel ſic. In aditione hæreditatis inſpicitur ſcientia, & ignorantia, prout ineſt adeunti, non prout ineſt ſubeunti. h.d.

LEX XXXI.

Hęredi. In iure accreſcendi conſideratẽ veritas, non opinio. h.d. Quia procedit ignorantia ex diſpoſitione legali, & legales acquiſitiones certitudinem hominis nō requirunt, ſed ſolum exiſtentiam veritatis, vt ſupr. l. proxima. §. ſitium. In tex. ibi. tamen poſthumo, & per hoc non ob. ſup. eod. cum quidam. §. quod ſi ipſe, quia ibi poſthumus erat præteritus, vnde inſtitutus ex nulla parte adire poterat, hic autem poſthumus erat pro parte inſtitutus, vt ead. l. verſi. niſi proponas, & l. illud, ſi pars hære. pe. ſecundum Din.

LEX XXXII.

1 *Errans circa vitam teſtatoris, vel circa conditionem inſertam, vel circa teſtatoris ſtatum adire non poteſt.*

1 Hęres inſtitutus. † Errans circa vitam teſtatoris, vel circa conditionem inſertã, vel circa teſtõris ſtatum, adire nō poteſt, ſed dubitans an teſtõr deceſſerit in captiuitate, an in ciuitate, vel dubitans an ipſe hæres ſit ſui iuris, vel non, põt adire credens aũt veritatẽ, licet neſciat modũ exiſtentiæ eius, adire põt. h.d. vſque ad l. ſi quis hæres. In tex. ibi, licet pure non ob. ſup. e. ſi quis extraneus. §. ſciendũ, vt ibi dixi ſm Din. In tex. familia ſit. l. fuerit teſtator, & ſic dubitat in fundamento. No. in hac l. quod error in fundamento impedit ea, quæ animi iudicio debent geri. Sed contra iſtud no. gl. opp. duabus modis. primo de l. 2. §. ſi ſub cond. de vſu pro emp. Sol. dicit glo. aliud in acquiſitione aliarum rerum: aliud in acquiſitione hæreditatis. Secundo opp. gl. de l. 2. C. de edict. Ad. Sol. dicit gloſſ. ibi in poſſeſſorio, in quo ſufficit quædam ſuperficialis aditio: hic autem loquitur quantum ad quærendum verum ius proprietatis, & quantum ad eſſentialem aditionem: & ſic non ob. quæ ibi eſt no.

LEX XXXIII

1 *Dubitatio inter duo extrema non vitiat, ſi quodlibet extremorum eſt eiuſdem naturæ.*

2 *Proceſſus ita valet per confeſſionem, ſicut per negationem, & econtra.*

1 Quod ſi dubitet. † Dubitatio inter duo extrema nõ vitiat, ſi quodlibet extremorum eſt eiuſdem naturę. h.d. eleganter, & cõco. ſ. de lib. & poſth. l. Gallus. §. ſi eius. In tex. ibi, deceſſerit l. teſtõr captus ab hoſtib. In tex. ibi. ciuis Romanus. ſciebat hæres teſtatorem mortuum, ſed ignorabat, an eſſet mortuus teſtator in captiuitate, an poſt diimiſſionem, & ſic ignorabat, an ad eum pertineret hæreditas ex ſucceſſione leg. Cor. an ex fict. poſtliminij. tamen iſta dubitatio, vel ignorantia non nocet, quia non variatẽ effectus. ſatis ergo dicit ſcire, qui ſcit effectum, licet neſciat modum. & iſtam legem inducit Bar. ad quæſtionem repertã in actis, tali die ſuit lis conteſtata inter actorem & reum, nec dicit an per negationem, vel p confeſsionem. quæritur, an iſta litis conteſtatio valeat? Specu. in titu. de li. conte. videt dicere quod non nec ob. l. ſciẽdum, de verborum obliga. quia ſtip. ſo ſit vniformiter, ſed litis conteſtatio põt fieri difformiter. ſ. per negationem, & confeſſionem. ergo ex hoc verbo lis conteſtata eſt, non poſſumus aliquid præſumere, argumen. C. de contrahen. ſtip. l. prima. Bar. dicit contrarium, 1 quia quo ad ſubſtantiam iudicij † ita valet proceſſus per cõfeſ. ſicut per nega. & eõ. vnde cum non dubitetẽ de ſubſtantia iudicij, merito valet iudicium per hanc l. ſecundum Bar. aduerte q in l. noſtra extrema erant eiuſdem ſubſtantiæ, & formæ, quia eadem erat forma acquirenda ex fict. l. Cor. & ex fictione poſtliminij: ſed in caſu Bar. iſtæ litis conteſtationes non ſunt eiuſdem naturæ, & formæ, nec tendũt ad idem, cum conteſtatio quæ fit per confeſſionem, tendat præciſe ad condemnationem, ſed ea quæ per negationem fiunt, tendũt ad abſolutionẽ. & ideo verior vr opinio Specu. vt pp incertitudinem vitietẽ nam vbi eſt incertitudo, & l. non interpretat, vitiatẽ actus, ar. ſup. de re. ven. l. idem Põp. ſcri. ſi frumen. § fin. Item inducit Bar. ad aliam qõnem. quidam habebat duas domos ſolitæ habitationis; vnde vtrobique poterat citari, vt no. in c. cũm, de elec. in Cle. modo nuncius remiſit ſe citaſſe ad domum habitationis, & non dicit ad quam, quæritur, an valeat citatio? vr quod non pp incertitudinem. Bar. dicit cõtrũ, quia nõ variatur effectus, ar. huius l. quod verum credo, quia vbi cunque fiat iſta citatio, eſt eiuſdem naturæ. Item quia citans poteſt eligere. vel hic, vel ibi. Itẽ ex hac l. no. quod licet iudex ignoret, an fundet intẽtam ſuper iure communi, an ſuper ſtatutis: tamen iſta ignorantia non habet vitiare ſententiam.

LEX XXXIV.

Sed & ſi de ſua Dubitans de ſua condõne hæreditatem adire poteſt. h.d. Et hoc hĩ locũ, quando vtrobique hæreditatem adire poſſet. In gloſſ. j. ibi, per viuere. præſumitur enim in dubio quis viuere vſq; ad centum annos, vt eſt glo. no. in c. quoniam frequenter, extra, vt lit. non conte. & ibi glo. pro caſu allegat l. fi. C. de ſacroſan. eccle.

1 *Iudex delegatus ſi procedit antequam litteræ ſint ſibi præſentatæ, proceſſus eſt nullus.*

2 *Iudex ſi fert ſententiam contra contumacem antequam nuncius referat ſe citaſſe, eſt ipſo iure nulla.*

§. Cui autem. No. q iſte §. eſt multum notabilis. aut enim quis ignorat id, ex quo principaliter ius defertur, aut illud, quod eſt ſecundarium, vel acceſſo-
1 rium. primo caſu non valet quod geritur. ſecũdo ſic. † Et ex hoc determinantur duæ quæſtiones, prima eſt q ſi iudex delegatus procedit antequam litteræ ſint ſibi pſentatæ, proceſſus eſt nullus, quia neſcit ſe iudicem, & ſic ignorat fundamentum, ad hoc ſ. de eo qui pro tu. l. quæro. ſi autem iudex ignorat prorogationem, valet proceſſus, quia prorogatio venit acceſſorie, vt ſup. de
2 iudi. l. 2. §. 1. & ar. ſ. eo l. hæredi cum poſthumo, & vide quod no. in c. is qui, de procur. lib. 6. per ar. in nouella. † Secundo facit ad quæſtionem, ſi iudex fert ſententiam contra contumacem antequam nuncius referat ſe citaſſe, an iſta ſententia ſit ipſo iure nulla? & videtur quod ſic. quia ignorabat id, quod eſt ſubſtantiale ad pronunciandum contra abſentem. ergo perperam proceſſit. & de hoc dic per Bar. de condi. & dem. multum intereſt, eſt gl. ord. in c. ſæpe, de app. quæ videtur dicere, quod iſta ſententia non valet, quia iudex minus legitime proceſſit; & ideo iudex ſemper expectat relationem nuncij antequam procedat ad pronunciandum.

§. Sed & ſi cum. In tex. ibi, cõſequens: quia iſte non errat in eo, qui reſpicit concluſiuũ effectum, ſed errat in modo, per quem peruenitur ad ipſum. In tex. ibi, facilius ſ. dixit in conditione poteſtatiua, hic in caſuali. No. quod ille qui credit inſtitutionem purificatam, quæ a principio fuerat pura, poteſt hæreditatem adire.

LEX XXXV.

1 *Aditio ex inſtitutione, trahit ad ſe partem prouenientem ex ſubſtitutione vulgari, vel ex iure accreſcendi.*

1 Si quis hęres † Aditio ex inſtõne trahit ad ſe pẽ prouenientem ex ſubſtitutione vulgari, vel ex iure accreſcendi, quia iſta ſunt appendices inſtitutionis. h. d. Vel ſic, quod iuris eſt in principali, idem iuris eſt de appẽdicijs, eius, & no. de hoc ſ. de procu. l. qui proprio §. item quæritur. In tex. ibi, ſubſtitutionis, puta ante repudiationem Titij. In tex. geſſerit. ſ. ex inſtitutione In tex. ibi, quoque. q. d. non ſolum iure accreſcendi. Di. In tex. hæredes ſcilicet ex ſubſti. non ergo ius ſubſti. accreſcit patri. ſed filius ſuccedit. quia interim fuit emancipatus. & idem in ſeruo manumiſſo. ſed ſi filius, vel ſeruus nõ agnoſcit ex ſubſti. tunc accreſcit pr̃. dum tenim vnum. &c. ſecundum Di. vel ſi filius non adiuit in pria ptãte, ſed poſtea ſui iuris effectus erit hẽs duplici iure ſ. ex cauſa inſti. & ſubſti. vel iure accreſcendi, & ad hoc venit, ideo ſunt enim appendices & ſic mutat caſum, & vtraque lect. eſt vera. No. q in eadem perſona concurrit ius ſubſti. & accreſcendi. quæro ergo. ſi vult repudiare ius accreſcendi, & adire ex ſub vel cõ an poſſit? glo. dixit q ſic in l. nec is §. hẽs ſ. eo. & p gl. facit j. ad Tre. recuſare §. Titius. ſed hic gl. vr dicere cõ q nec ius ſubſti. nec ius accreſcendi poſſet repudiari: & hanc gl. tenet Old. nõ ob. l. recuſare, §. Titius, quia ibi erant duæ viæ incompaſſibiles concurrere. hic autem erant compaſſibiles. ſ. via expreſſa. ſ. via ſubſtõnis, & via tacita. ſ. via iuris accreſcendi ſm Din & ſic id quod tacite intelligitur, ſi exprimatẽ, adhuc tacite intelligitur, ſic ſ. de mi. teſt. Lucius. §. idem re. ſed cõ. ſ. de vul. ſubſti. cum ex filio §. filio, & inſti. de hẽdi. inſt. in prin. Item ſi vera eſt hæc gl. ſequitur q quis habeat hæredẽ ex diuerſis iuribus ex quolibet valet iure in ſolidum, quod eſt, quia iſta iura ſiẽ concurrunt. facit inf. de acq. poſ. l. 3. § ex pluribus. deinde gl. ponit quendã effectũ iſtius diſputationis, & ponit exemplum in tribus inſtitutis, ſi vnus iſtorum eſt ſubſtitutus vni cohæredum. nam ius accreſcendi concernit duos, ius ſubſtitutionis vnum. tñ glo. dicit q iſtud ius ſubſtitutionis non eſt repudiabile: & vide glo. & no. Bar. in iſta materia dicit, q ſi præcedit aditio ex inſtitutione, tunc ex ſubſtitutione repudiari non poteſt. ſed ſi præcedit repudiatio ſubſtitutionis, tunc hoc fieri poteſt: & iſte eſt modus ſeparandi ſubſtitutionem a iure accreſcendi ſm Bar. & ita debent concordari iſtæ gl. cõtriæ, alle. j. e. ſi ex parte. & ita loquitur l. teſtamento C. de impu. & ali. ſub. & d. l. nec is. §. hæres ſm eum, & adde quod no. j. eo. qui patri; & hoc tene.

1 *Pater, & filius in codem teſtamento inſtituti, videntur inſtituti pariter, nõ ordine ſucceſſiuo.*

§. Si exclu. Excluſus ex ſua perſona, licet ex propria perſona non admittatur vlterius, ex aliena admitti poteſt. pro hoc d. tex. & glo. In tex. ibi, non quæſiſſe. ſ. iudi-
1 cio teſtatoris, ſed patrio iure. ita eſt concluſio glo. † No. caſum expreſſum, q quando ſunt in eodem teſtõ inſtituti pater, & filius, videntur inſtituti pariter, non ordine ſucceſſiuo. non ob. l. Gallus. §. idem recte, quia ibi teſtator ita debebat teſtari ſecundum conſilium Galli, vt ibi nota. & facit inf. l. proxima.

LEX

LEX XXXVII.

Hæres. Hæres non ſolum ſuccedit in dñio, ſed etiam in obligatione actiua, & paſſiua. h.d. Vide hic quod no. in l. ſecunda de bon. poſſeſ. hæredi. pe. & per Dyn. in l. de actio. §. ſed iſte.

LEX XXXVIII.

1 *Paria ſunt ſcire, & ſcire poſſe.*

2 *Faciens aliquem actum, videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu.*

Si duo. Qui adit hæreditatem pro parte, totam conſequitur, ſi pars cohæredis vacet, & in ſolidum tenetur creditoribus hæreditarijs. h.d. In tex. hunc ſ. qui ſe immiſcuit. In tex. ibi. potuit. maxime in iure accreſcēdi. ſed in iure accreſcēdi nō curamus nec ſcientiā, nec ignorātiā. † No. q paria ſunt ſcire, & ſcire poſ. l. de facili. † Itē no. q ille, qui facit aliquē actū, vř ſe aſtringere legi loquendi de illo actu. & dicit gl. q iſta eſt fictio, quæ non recipit probationē in ꝯtrium, q eſt menti tenendū. Vltimo no. q in his, quæ ſumunt iuris originem a lucro, iuris ignorātia nocet. adde qđ no. C. de iuris, & facti igno. l. ſi emancipata.

LEX XXXIX.

Quandiu. Cauſa teſtati prior eſt quā cauſæ inteſtati. h.d. Iſtud eſt verum, quando teſtm̄ incipit a primo gradu. ſecus, ſi incipit a ſecundo, vt ſup. de hære. inſt. l. ſi quis ita hæres, pen. char. Item iſta regula intelligitur in teſtamento efficaci, quod non ſubiacet rupturæ propter prætermiſſionem; & ſic non ob. inf. de ſecun. tab. l. a. §. expectandi.

LEX XL.

1 *Hæreditatem paternam repudians, non poteſt pupillarem obtinere, ſi erat ſolus inſtitutus iſte repudians.*

Quæſitum. Subſtitutus impuberi inſtituto non pōt obtinere ſubſtōnē ſine inſtōne ſm Iulianum ſed ſm Marcellum. Si ſolus pubes fuit inſtitutus, vera eſt ſnīa Iuliani, ſed ſi habuit cohæredem, qui adiuit, poteſt obtineri ſubſtō ſine hæreditate pr̄na. h.d. no. In tex. ibi, impugnauerit. no. quod dř impugnare, qui repudiat. Item no. ſecundum iſtam rōnem, quod qñ teſtamentum quis viſus eſt impugnare, nō dʒ commodum reportare. In tex. ibi, amplecti ſ. adeūte cohrēde. alias ſecus, vt j. ad Tre. l. ita tñ. § qui ſuſpectam, in fi. & arg. ſ̄. eod pro hr̄de, §. pa. † No. q repudians hæreditatē pr̄nam nō p̄t obtinere pupillarem, ſi erat ſolus inſtitutus iſte repudiās ſed ſi habebat cohr̄dē q adiuit, tūc p̄t. & ſm hoc intellige hāc l. in ſubſt. ſcā ipuberi exhr̄dato: & eſt maior intelľs, q̄ aliqs quē diximus in ſummario.

LEX XLI.

1 *Exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares.*

2 Filius qui ſe. † Exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares h.d. Et in hac l. d. poni caſus, ſicut ponitur ſup. de vul. ſub. filius qui patri, ſecundum Iaco. Ra. & Cy. & oēs. In tex. ibi, filius. duo erāt filij: vnus inſtitutus, alius exhæredatus, & inſtitutus erat ſubſtitutus exhæredato pupillariter ſecundum Iac. & Cy. In tex. ibi, immiſcuerit. mortuo fratre in pup. ætate, & ſic extiterat cundō ſubſt. pu. In tex. ex ſubſtōne. licet abſtinuerit ex inſti. poterit tñ venire ex ſubſtōne. In gl. immo. ibi. Sol. hæc eſt diuinatio. In ea gl. ibi, vel dic ſpeciale. imo eſt regula per ſe, quod exiſtentia ſui hæredis confirmat tab. pup. ſecundum Dy. & alias. quod Bar. ſic probat aut beneficium prætorium confirmabat, vt inf. eod. in ver. cæterum. aut ſuperuenit beneficium prætoris introductum metu fauore ſuorum hæredum; & ideo non operatur oppoſitum, videlicet quod excludet fauorem, qui nō concernit aliquid hr̄ditarium defuncti, ſed aliquid nō hr̄ditarium, vt non confirmationem ſubſtōnis, & cōfirmationem tutelarum, & ſimilium. quæ rō reddiř ſup. de vulg. ſub. ſi filius qui p̄ri: & dic, vt j. no. non ob. ſup. eo. quæſitum, quia ibi extraneus erat inſtitutus, & ſubſtitutus, vñ ibi nō cadit exñtia ſui hr̄dis. & ſi volumus r̄ndere formaľr ad obiectio. dicamus, vt ſ̄. de vul. & pup. l. more, §. 2. ſi non adiř hr̄ditas ex paterno, non debet pupillaris. ſo. verum eſt, ſi nō adiř vllo modo. ſed cum duplex ſit aditio; vna plena, altera ſemiplena per exiſtentiā ſui hæredis, dico quod iſta ſemiplena ſufficit. ſic & alibi. ſ̄. eo. pro hærede. §. ſi quid tamen, cum ſi. & iſta eſt reſponſio ad formam ar. & facit j. eo. Iul. & quod no. ſup. eo. pro hærede. §. Papian.

LEX XLII.

1 *Abſtinens ſe ab hæreditate paterna, poteſt obtinere fraternam.*

2 Si pupillus. † Abſtinens ſe ab hæreditate paterna, p̄t obtinere fraternam non ſubſtōne, ſed ab inteſtato ſecundum Iul. ſed ſecundum Marcellum etiam ex ſubſtōne pupillari pōt obtinere fraternam, quia ſnīa Iuliani impugnat voluntatem morientis, ideo non eſt tenenda. Item dat occaſionē repudiandi ex teſtō. & adeundi ab inteſtato. Vlpianus dicit, q Marcellus intelligit in fratre teſtatoris, ſed frater impuberis neceſſarius hæres eſt patri, & impuberi. hoc d. In tex. ibi, ſi pupillus, cui erat facta ſubſtō pupill. In tex. aliquis. puta frater. non dico impuberis, vel teſtatoris, quia inf declarabitur. In tex. eum ſ. fratrem. In tex. ibi, inclinat. modo loquitur Vlpianus. No. quod ſi pater inſtituit impuberē, & ſibi pupillariter ſubſtituit, & mortuo p̄re impubes abſtinuit ſe ab hæreditate paterna, deinde deceſſit impubes, quod ſubſtitutus impuberi adeundo ex ſubſtōne tenetř creditorib. pupilli & p̄ris, & ſic ei inuito accreſcit hæreditas patris, a qua pupillus abſtinuerat ſm Iul. ſecus, ſi quis ſuccederet pupillo ab inte. quia tunc non agnoſceret niſi onus pupillaris hæreditatis, & non p̄næ ſecundū Iulia. Secundo not. q Marcellus reprobat Iul. dicens q ſubſtitutus qui reperit pupillū abſtentum a p̄na hr̄ditate adeundo ex ſubſtōne, non implicatur hr̄ditati p̄næ. & hoc probat: quia ſi diceremus contrariū, ſequeretur magnū dānum pupillo, q ēt ſi hr̄ditas p̄na eſſet dānoſa, & ſua lucroſa. tñ forte non inueniret hr̄dem, qa timidius, vel nullo mō qui eſſet aditurus metu onerū paternorū. ſecunda rō eſt, quia eſſet aperta via ad deſtōnem teſti, cū frater ſubſtitutus repudiaret ex ſubſtōne, & adiret ab inte. nec incideret in edictū, quia nō facit hoc dolo, ſed vt damnū excludat. Tertio no. q Vlpianus dicit, q frater teſtōris p̄t eſſe hr̄s impuberis ex ſubſtōne, nec erit vllo mō hr̄s teſtōris, ſed frater impuberis non p̄t eſſe quin hæres ſit ſuus vtriq; ſm Vlpianū. In tex. ibi, ei. ſ. pupillo. In tex. ibi, ſiuiſſet. ſ. pupillariter. In tex. ibi, notata. i. reprobata. Quarto no. ſpāliter in illo ver. quæ ſnīa, quod ſubſtō pupillaris, & ſucceſſio ex ea continet vtilitatem pupilli. & ſic facit pro eo, qđ legiř, & no. C. de inoff. teſt. l. ex tribus. Quinto no. io ver. alioquin, q ille qui ſibi proſpicit, ne onus, & dānū incurrat, nō dř facere in fraudē l. Cor de leg. 2. cum p̄r. §. 1 mo. Sexto not. in ver. cæterum, q ſi ſunt duo filij inſtituti ambo ſui, in iſto caſu datio cohæredis nō impedit exñtiā ſui hæredis. ſ. qñ vnus ſuus eſt cohr̄s alterius, qui ſiľ. eſt ſuus, & neceſſarius hr̄s. iſte eſt caſus hic. & ſ̄. de vul ſub. ſed & ſi plures §. quos poſſum. iſtud tāgit gl. ſub dubio forte. C. de iu. deli. quidā eulogio, ſed eſt tenendū ſine dubio per iſtum tex. Quæro pro intellectu iſtius l. p̄r filium impuberē inſtituit, & ei pupillariter ſubſtituit: mortuo p̄re impubes ſe abſtinuit, & deceſſit. q̄ro an ſubſti. ſuccedat ei ex exp̄ſſa pupill. an ex tacita vulgari, & vř q ex expreſſa pupillari, vt in hac l. & ſ̄ l. proxi tñ hæc l. & illa l nihil faciunt: quia ibi ſubſtō erat facta exhæredato. cui non pōt ſubſtitui vulgariter. dicunt ergo quidā q ſuccedit ex tacita vulgari. q̄ trahiř ad oīa bona tā impuberis, q̄ teſtōris. ſi ſubſtitutus oīa agnoſcit, vt hic, & hoc probař in illa dictione ēt impuberis, qa illa dictio ēt eſt implicatiua ſm iſtos. ſed iſta opi. non eſt vera, quia tacita vulgaris reſpicit bona teſtōris: exp̄ſſa pup reſpicit bona impuberis. p̄batur per mū d ctū in l. fin. C. de inſt. & ſubſti. in glo. or. ſm dictū p̄bař, hic. nam hic exiſtentia ſui hæredis confirmat pupill. ſubſtitutionē; & hoc eſt veritas. Ex hoc conclude, quod in l. noſtra concurrebāt duæ ſubſt. vulgaris tacita. & pupi. expreſſa. vnde dicebat Iul. q non poterat ex vna ſubſt. ſuccedi, quin ſuccederent ex altera, nec poterat diuidi voluntas teſtōris ſed Marcel. dicit q poteſt agnoſcere pupil. & repudiare tacitam vulgarem; & in hoc conſiſtit varietas iſtarū opinionum. pro Iul. facit. C. de iur. de. quidam Eulogio. Secundo quæro pro intellectu ver. cæterum, vtrū frater impuberis poſſit beneficio prætoris abſtinere a paterna, & agnoſcere pupillarem? gloſſ. ſentit quod ſic, ſi tam ipſe quam frater abſtinuit a paterna. ſecus, ſi hæreditas paterna eſſet pro parte agnita, quia tunc neceſſario trahit ad ſe alteram partem, vt l. quidam Eulogio. ſed dic, vt not. per Din. in magna diſtinct. quam ponit in hoc titulo ſuper iſta materia. Adde ergo ſuper illo verbo, ſi frater impuberi ſubſtitutus, & ibi exiſtet, ſcilicet iure ciuili; ſed iure prætorio abſtinere poteſt ſecundum Dinum, & Bartolum, & omnes.

1 *Filius qui proſequitur factum patris, videtur ſe immiſcere.*

2 §. Si in ſocietate † Filius qui proſequitur factū patris, videt ſe immiſcere: ſecus, ſi incohoaret nouum factum, vel proprium, quod de voluntate patris inchoauerat. h.d. Et iſte caſus non eſt alibi ſecundum Di. In tex. inchoauerat. de conſenſu patris. Din. ita quod hoc factū tangebat patrem ratione conſenſus. In tex. ibi. perſeuerauerit. & per hoc dubitabitur, an videatur ſe per hoc hæreditati paternæ immiſcuiſſe. Quæro de ratione iſtius tex. reſpondeo: quia proſequendo idem factum patris voluntati videtur obtemperaſſe. ita dicit glo.

§. Si ſeruum Seruum hæreditarium manumittendo quis ſine dubio hæreditatē adire vř. h. d. In gl. ſuus ibi, ſecus in emancipato. ſubaudi non inſtituto. Item ſubaudi de iure veteri. ſecus de iure nouo, vt no. ſup. eo. pro hærede. §. ſeruo, in prima gl.

§. Proponebatur. Filius vtendo iure proprio, non paterno, non dicitur ſe immiſcere hæreditati. h. d. Vel ſic, quando factum filij non attingat corpus hæreditarium, non inducitur immixtio h. d. Nota quod actus, qui poteſt interpretari dupliciter, interpretatur in dubio, vt minus ſapiat obligationem.

LEX XLIII.

Hæres per ſeruum. In gl. ſua ibi, apprehendi. idē no. in d. l. 1. § veteres, de acq. poſ. & hoc allegat Old. qñ ſunt duæ iuriſdictiones pares q vna in altera nihil pōt, in illa qōne quæ incipit, cum villa pnbl.

L E X XLIIII.

1 *Adminiſtrator licet amoueatur, non caſſantur tamen legitimè geſta per eum.*

1 Quotiens. † Licet amoueatur adminiſtrator, nõ caſſãtur legitimè geſta per eum, h.d. In tex. enerat. legitimè pro ſoluendis debitis, vt l. magis, §. ne paſſim, de re. co. ſup. In tex. ſuccurrendum, ſcilicet in hoc vt nõ reuocet fundus a pupillo diſtractus. Dy. & facit ſup. de mi. l. in integrum, & l. Aemil. No. quod ſufficit quod quis habeat ius gerendi tẽpore, quo geſſit, licet poſtea reuocet. & facit quod licet quis ſit remotus ab officio, tamen valeat actus retro exactus, & eſt caſus in l. Barba.

L E X XLV.

1 *Actus aditionis, non dicitur in opera conſiſtere.*

2 *Fratres ſocij negociationis, ſi vnus quærit hæreditatem, non tenetur communicare eam.*

1 Aditio hæredi. † Actus aditionis non dicitur in opera conſiſtere. & ideo hæreditas quæſita per ſeruum dotalem mulieri ſolu. matrim. reſtituitur, & ſocietas negociationis non includit hæreditatem, nec per ſeruum fructuarium quæritur fructuario, ſed per liberum hominem bona fide poſſeſſum quæri poteſt poſſeſſori, ſi eius contemplatione ſit inſtitutus non tanquam ex opera, ſed tanquam ex re eius, h.d. In tex. ibi operæ, quia non conſiſtit in aliquo miniſterio, ſed in actu momentaneæ voluntatis, ſecundum Dy. In tex. ibi; idcirco. prima illatio, ſeu primus effectus regulæ. In tex. permaneant. incommutabiliter ſine reſtitutione fienda vxori. In tex. ibi, & conqueſtus. ſecunda illatio ſeu ſecundus effectus regulæ. In tex. ibi, acquirit. quia hæreditatis aditio non conſiſtit in opera ſociali, vel induſtriali; & ideo non includitur in ſocietate, quæ fit propter ope-

2 ram, vel induſtriam. † Et no. pro fratribus ſocijs, quod ſi vnus quærit hæreditatem, non tenetur communicare eam. In tex. ibi, propterea. tertia illatio, ſeu tertius effectus regulæ. In tex. potent. nec acquirit hæreditatem fructuario quoad vſumfructũ, vel proprietatem, quia aditio hæreditatis non eſt in opera. verſ. & a quibus hic ſol. quoddam dubium, & quandam rationem, quæ formabatur in contra. In tex. reſpondetur. & bene. In tex. propter me. idem eſt dicere propter me, & cõtemplatione mea. In tex. vt intelligatur. per hoc reſpondet ad contrarium: quia non quærit tanquam ex opera, ſed tanquam ex re. facit ſup. de iure dot. profectitia, in ratione ſui. In tex. ibi, ex re mea. No. quod id quod mea contemplatione diſponitur, meum eſſe videtur. In tex. ibi, ſicut hic ponit ſimile, & arguit de contractu ad aditionem hæreditatis.

L E X XLVI.

1 *Litis pendentia non impedit, quin hæres poſſit adire hæreditatem.*

2 *Dilatio ad deliberandum in criminalis dari non debet.*

3 *In facto ſuo quis errare non poteſt.*

Cum falſum. In facto proprio præſumitur quis ſcire veritatem: ſed in facto alterius præſumitur veritatẽ ignorare, & vide hic quod no. ĩ. de noua. l. ſi quis de legauerit, & concor. ĩ. eo. Pãtonius, §. rei, & facit ſup. de vtu. ma-

1 ritus † No. quod motio ſiue pendentia litis nõ impedit, quin hæres poſſit adire hæreditatem, ſi ſcit veritatẽ ergo pẽdẽtia litis nõ facit rẽ dubiam ſciẽti veritatem, quod eſt no. & facit ad no. per Inn. in c. cum. M. Ferra. extra. de conſt. Secundo no. quod qui accuſatur de

2 facto proprio debet eſſe certus ſe feciſſe, vel non feciſſe. † & eſt ar. quod non debet dari dilatio ad deliberandum in criminali. ſed ille, qui eſt pñs, cogitur præciſe rñdere ſic, vel non, niſi accuſaretur de facto alieno, vt ſi accuſatur villa de robaria, commiſſa in ſuo diſtrictu, vt hic in verſ. ſin autem. Tertio no. de iſto verbo cõſciẽtia. & facit ad ſtatutum quo cauetur quod abolitio non poſſit fieri niſi de conſcientia pñtis, & hoc verbum ſonat quod pñs debeat informari de cauſa aboli. in l. cum falſum. † No. quod in facto ſuo quis

3 errare non poteſt. Cy. & inducimur laſta quod quotieſcunq; quis interrogatur de facto ſuo, debet reſpondere ſimpliciter, non ſub conditione, vel proteſtatione. Cy. quod tene menti.

L E X XLVII.

Qui ſeruum. Mandatum de hæreditate adeunda tacite reuocatur per furorem ſuperuenientem in perſona mandantis. hoc primo. idem in mandato petendæ bonorum poſſeſsionis. vt l. ſi quis alicui. Item finitur mandatum ſi re integra finitur mand. officium, vt l. ſi per epiſtolam, h.d. iſtæ 3. leges. No. furorem morti comparari. Bal.

L E X XLVIII.

Si quis alicui. Ibi, nihilominus. quia furor ſuperueniens actui expleto non vitiat. ſecus, ſi non expleto In tex. ibi, confirmari. no. quod tacita reuocatio mandati non impedit ratificationem. Item collige quod redintegrata mente non propter hoc reintegratur mandatum, vt C. de cura. furio. l. fi. §. tali. Cyn.

L E X XLIX.

Pupillum. In text. ibi, qui tutelam non gerat, quia de facto ſe abſtinet: non eſt tamen interdicta geſtio. Din. & Cyn. vnde licet tutor in tota tutela non fecerit niſi vnum actum; tamen ille actus valet.

L E X L.

Si per Epiſtolam. In tex. ibi, pupilli, ſcilicet infantes. Et illa l. eſt argu. pone, rector cuiuſdam eccleſiæ compromiſit de cauſa eccleſiæ in arbitrium. moritur rector antequam ſit latum laudum: quæritur, vtrum ſit compromiſſum extinctum? & videtur quod non, quia eſt factũ nomine eccleſiæ, quæ non moritur. Iac. Ra. dicit contra. nam hic mandatum erat factum nomine pupilli, qui viuit, & tamen finitur mandatum finito officio mandantis. idem ergo debet eſſe finito officio compromittentis ſecundũ Ia. Ra. & Cy. de hoc in Spe. de ar. §. finitur, ver. quid ſi prælatus, & tangitur per gloſ. ĩ. de ar. non diſtinguemus, §. ſi dñi, & facit c. fin. de procur. in Cle. prædicta vera, quando ſolus prælatus compromittit. idem vi ſi compromittat ipſe, & capitulum. nam ad reſoluendum compromiſſum ſufficit mors vnius compromittentium ſecundum Bar.

L E X LI.

1 *Dubitans de viribus ſecundi teſtamenti, non poteſt hæreditatem adire, nec ex primo teſtamento, nec ex ſecundo.*

1 Eum qui. † Dubitans de viribus ſecundi teſtamenti, nõ poteſt hæreditatem adire nec ex primo teſtamento, nec ex ſecundo h.d. No. quod dubitans de veritate ſecundi teſtamenti, ſed non de veritate primi, tamen ex neutro adit hæreditatem, ratio eſt, quia dubitat de viribus vtriuſque: nã de viribus primi teſtamenti dubitat, an ſit reuocatum: de viribus ſecundi, an ſit verum: ſecus, non dubitaret, nec deberet dubitare, vt ſ. eo. cum falſum in reſponſo. & ar. ĩ. eo. filioſemancipatum. Quærit hic glo. quid ſi eadem die ſunt facta diuerſa teſtamenta, nec appareat quod prius, vel poſterius? reſpondet glo. remittendo ad no. C. in l. fi. de edic. diui Adri. Tol. & facit ĩ. de ſecun. tab. l. 1. in fi. Din. dicit quod iſta q. determinatur per l. ſed & ſi de ſua §. cui. autem, ſ. eo. nam ſi duo teſtamenta reperiuntur facta eodem die, & vnũ dicit Titium inſtitutum, & aliud Sempronium, neuter erit hæres, quia dubitatur de viribus teſtĩ, & ideo nullus adire põt ſecundum Din. & ita refert ibi Cyn. Si autem ſunt duo teſtã eiuſdẽ tenoris eodem tẽpore facta, non reputatur niſi vnum teſtm̃. i. vnũ intellectuale, vt no. ff. de teſ. l. 1. & l. vnã, & ideo ex eo põt adiri hæreditas, in codicillis aũt dic. vt no. C. de codicil. cum proponatur.

1 *Littera quando traditur certa forma, omiſſio illius formæ vitiat actum.*

2 *Aditio hæreditatis facta cum conditione ſi ſit ſoluendo, non valet.*

§. Filiusfa. Filiusfa. non poteſt hæreditatem adire non ſeruato iuſſu paterno h.d. ſecundum vnum intellectum. ſed ſecundum alium intellectum. h. d. ſi pater ſcribit filio, quod ei eſt relatum quod hæreditas non eſt idonea, eo ipſo prohibere vr donec pater ſcribat oppoſitum. h. d. ſecundum alium intellectum. Itẽ aditio hæreditatis eſt actus, qui nõ recipit conditionem. In tex. ibi,

1 adiit indiſcuſſe. † No. tria. primo quod quando a littera traditur certa forma, omiſſio illius formæ vitiat actum. concor. extra, de reſcrip. cum dilecta, & extra, de reſti. ſpol. Piſanis. Sed quæ intelligantur eſſe de forma, quæ de conditione, quæ de modo ratione, dic, vt per Iuno in c. dudum, de præſum. & in Cle. de offi. deleg. c. 1. Et per iſtum §. põt determinari, quod quicquid tacite non ineſt, ſi exprimitur, dr̃ de forma, vel conditi. nam aditioni hæredita. non ineſt tacite conditio, ſi ſit ſoluendo, vel non. vñ ſi hoc exprimit in litteris, habet importare formam, vel condi. manda. Secundo no. quod illa verba enunciatiua. ſiue notificatiua, quibus pater dicit filio ſibi parum idoneam hæredi. nunciare habent vim prohibitionis, & ex hoc ſumitur argu. certum eſt quod creditor interpellando debitorem, vt ſoluat debito loco, & tempore, conſtituit eum in mora. ſed pone quod creditor dicit, amice indigeo pecunia mea, an per hæc verba conſtituatur in mora? & argu. eſt hic ſecundum vnum caſum, ar. ad idem C. de ar. ne in arbitris, facit ſ. eod. ſi quis mihi bo. §. pater filio, ſecun-

2 dum Iac. & Cyn. † Tertio, & vlt. no. quod non valet aditio hæreditatis facta cum hac condi. ſi ſit ſoluendo. & eſt arg. quod ille qui reſpondet interrogationi, an ſit hæres, debet reſpondere pure. & ſimpliciter, non conditionaliter, quia aditio hæredi. non recipit condi. facit inf. de reg. iur. actus legitimi.

L E X LII.

1 *Furioſum patrem habens poteſt obligari mutuo, & ſic poteſt agere omnes actus inter viuos.*

2 *Conditio neceſſaria non ſuſpendit acquiſitionem.*

Cum heres. Propter patris furorem filiusfa. habet liberam poteſtatem adeundi hæreditatem ſibi

1 delatam, & adminiſtrandi. † Et eſt iſta l. ar. quod filius habens patrẽ furioſum, vel mente captum, poteſt obligari ex mutuo. Item quod non obſtante ſtatuto, quod in contractibus filiorum requiratur patris conſenſus, quod poſſent libere contrahere, ar. huius. nec nõ ſic dico quod poſſint teſtari, cum ſint in poteſtate. ſed pñt circa oẽs actus inter viuos. In tex. manumittere. ergo ſibi acquirit, & non patri. Di. & ſi hoc erat iure veteri fortius ex iure nouo per l. ſi nõ ſolum. & eſt iſte caſus ipſalis, & no. No. duo, primo de iure adeundi, ſecundo de iure adminiſtrandi. ſecũda ibi, permiſit. Secundo no.

no.ꝙ filius pp defectum patris corpore, vel mente pōt quod alſs non pōt. nam reputat̃ paterfa. in his, quæ hn̄t originē ex perſona filij. & adde quod no. ſ. de iudi. l. ſi longius. §. ſi filius. In gl. &c. ibi, dicas ergo. hanc approbat Din. non ob. J. eo. Antilius. §. fin. quia ibi filius non adiuit proprio motu, ſed iuſſu curatoris pa-
2 tris furioſi. Bar. † Quæ ex parte. neceſſaria conditio acquiſitionē non ſuſpendit, ſecus in contingenti. h. d. Vel ſic. non eſt expectanda conditio, ex cuius euentu, vel exiſtentia non augetur effectus. h. d. In gl. exiſtat. ibi, ꝙ bonum, ſi poſſit. tex. eſt J. de ſta. li. Arethuſa. In ea. glo. l. pecunia, ſed ibi ex euentu condi. mutabatur obl'o, & ſic mutabatur effectus, hic non, & ideo ibi fiebat digreſſio de vna obligatione in alteram: hic vero non mutabatur effectus, & facit J. de no. l. quotiens, ver. vnde Marcellus.

LEX LIII.

1 *Hæredi hæredit, etiam pro parte acquiritur portio in conditionis euentum.*

1 Qui ex duabus. † Etiā hæredi hæredis ꝓ parte acq̃ tit portio in cōditionis euentum, h. d. Bar. & poni debet hic caſus ſm Modernos, ſm quod Din. ponit ſm rub. & Azo. Cy. no. ꝙ iſtud princip. poteſt dupliciter intelligi. primo ꝙ teſtōr diuiſit hæreditatē in duas partes. ſecundo ꝙ diuiſit eam in tres partes. ſecundū primū intellectum pone exemplum, teſtator inſtituit A. in dimidia pure: in alia dimidia inſtituit B. ſub conditione, ſi Papa venerit Romam: & ſi non venerit Romam Papa, ſubſtituit. B. deceſſit teſtator. deinde A. adiuit ꝓ dimidia, & deceſſit. deinde Papa venit Romam. dr̄ hic ꝙ ad aliam dimidiam admittitur hæres A. & non admittit̃ B. ſubſtitutus, & intellige ꝙ hr̄s A. admitti iure accreſcendi, non iure inſtitutionis expreſſæ. ſed ↄ̄ hoc opponitur. nam ex quo habeat ſubſtitutum, ergo ceſſat ius accreſcēdi, vt J. de ſuis, & leg. l. ſi ex pluribus, & in §. pro ſecundo, de cadu. tol. reſpondeo ꝙ habebat ſubſtitutum non in oēm caſum vulgaris ſubſtōnis, ſed ſub contraria conditione inſtōnis, quæ ↄ̄ria condō deficit, & ideo ſubſtō euanuit. & ſm hoc nota ꝙ vulgaris ſubſtō cōcepta ſub vna ↄdōne nō includit ſibi ↄ̄riā, licet vterque caſus pertineat ad vulgarē ſubſtōnē ſimplr̄ factā. quod eſt notabile. ſed ſm aliū intellectū pone ſic exēplū teſtōr inſtituit A. in tertia parte pure. in tertia ſub ↄdōne. in alia tertia dedit cohæredē. dicit ergo, quod ſi condō extitit poſt mortem inſtituti, quod illa portio accreſcit hæredi hæredis. ſed iſte caſus eſt dubius, quia imo vr̄ accreſcere vtriq; pro hr̄ditaria parte. nā inſtōnē ↄdōnalē moriens non tranſmittit, niſi dicat̃ qđ licet non tranſmiſiſſet inſtōnem, tranſmiſit ius accreſcendi informatū ab illa inſtōne, & ab expreſſa voluntate teſtatoris: & ideo p̄fert̃ alteri cohr̄di, & ad hoc J. eo. l. qui pr̄i, & iſte intellectus eſt ſingularis, & ſubtilis, & videtur placere Bar. & adde quod dicam in d. l. qui patri J. eo.

§. Qui ſemel. In hæreditate ius accreſcendi non procedit inuito. h. d. no. & facit ſ. eo. ſi duo, & die J. eo. cum hæreditate.

LEX LIV.

1 *Aditio hæreditatis fingit retro quem hæredem a morte defuncti.*
2 *Pendente iudicio ſi nouum ius ſuperueniat, fingitur retro a principio extitiſſe, & ſic non eſt opus nouo libello.*

1 Hæres. † Aditio hæreditatis fingit retro quem hæredem a morte defuncti. h. d. cōcor. J. de ſtip. ſeruo. ſi ex re §. fi. In tex. ibi, intelligit̃. ne teſtōr decedat pro parte tēporis teſtatus, pro parte inteſtatus. Et inducit̃ ad qōnem, quidam interuenit pro me in iudicio procuratorio noīe proponendo libell. ↄ̄ debitorē hæreditariū. dicit debitor ↄ̄ procuratorem ꝙ non dēt audiri, cum non adiuerim hæreditatē. ego hoc ſciens cōpareo in proceſſu cauſæ, & adeo. dicit pars aduerſa, proc. tu amiſiſti inſtantiā, proponas nouū libellum, an bene dicit? dn̄t doc. ar. huius l. ꝙ non tenet̃ offere nouū libellū, cū aditio hæred. trahatur re-
2 tro ad tp̄s mor. Cy.. quod eſt no. & quotidianū. & fundat̃, † quia qñ pendente iudicio ſuperuenit ius, quod fingit retro, vel non ſuperuenit ius, ſed quædam declaratio, non eſt opus noua inſtātia, vt plene no. ſ. de iudi. non poteſt videri, & de pigno. actio. ſi rem. §. ſi. & ſup. de inoff. teſta. ſi non mortis, §. vlt. cum ſimi.

LEX LV.

1 *Creditor poteſt propter factum debitoris ſuam petitionem diuidere.*
2 *Aequitas, quæ patrocinatur defuncto, patrocinatur hæredi.*
3 *Ius accreſcendi competit hæredi etiam inuito.*

Cum hæreditate patris. Propter vnū abſtinēte pōt vnus, qui adierat, a toto recedere, niſi creditores eum pro parte abſtinentis voluerint moleſtare. idē in hærede eius. h. d. ſm Bar. cum ſeq. In tex. ibi, cohr̄di. qui prius adierat. In tex. ibi, recedat. non intelligas, quod per hoc deſinat eſſe hr̄s: ſed deſinit poſſe perſonalr̄ conueniri, ex quo cedit hæreditati, & eſt ar. ꝙ cedens feudo non teneatur ad ſeruitia feudi. In tex. non poterat quia permittitur ex accidenti id, quod non permittitur ſine vllo accidenti. In tex.
1 ↄtentos. q̃tum ad conueniendum eū ꝓ ſua portione. & † no. hic ꝙ pp factū debitoris creditor p̄t ſuam petitionem diuidere. No. ꝙ ſi ſunt plures hæredes, & vnus primo adit, alter poſtea abſtinet, mero iure tota hr̄ditas infixa eſt adeunti, & de rigore iuris tenetur in ſolidū, vt ſ. e. qui ex duabus. §. q ſemel. tū de benignitate huius l. licet ſit in ſolidum hæres mero iure, poteſt vitare conuentionem creditorum cedendo toti hæreditati, niſi creditores nolint petere totum, ſed pro parte, quam adiuit, quia tūc pro illa parte cogitur creditoribus reſpondere: pro alia parte nō cogitur creditoribus reſpondere, ſed illam partem capient ipſi creditores, & forte in ea diſtrahenda ſeruabitur forma tradita de cura. fur. l. ſi cui bonis. ſupr. Secundo not. quod propter ęqui-
2 tatem ſuperuenient. caſus a rigore iuris receditur. † Tertio no. ꝙ ęquitas quæ patrocinatur defuncto, patrocinatur hæredi, vt l. ſi is qui. & ſic beneficium ex naturali æquitate conceſſum tranſit ad hæredem. Opp. contra hanc l. nam qui ſemel eſt hæres, nō poteſt deſinere. ergo iſte non poteſt cedere hæreditati. ſ. de mi. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. ſolutio, non deſinit eſſe hæres nomi-
3 ne, ſed quo ad emolumentum; & ſic non ob. † Secundo opp. & vr̄ quod pars accreſcat inuito, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſta. vt ſ. e. l. qui ex duabus. §. qui ſemel. So. concedo ꝙ accreſcit mero iure, ſed de benignitate huius l. competit ſibi beneficium cedendi hæreditati. Tertio cōtra hoc opp. & videtur ꝙ hoc beneficium non competat, vt ſ. e. ſi duo. Sol. ibi repudiatio præceſſit aditionem. hic econtra. vnde hic ſuperuenit ęquitas caſus emergentis, ibi non. Quarto oppo. & videtur ꝙ nec mero iure accreſcat inuito, vt J. eod. ſi minor. So. ibi poſt aditam hæreditatē deficit agnita portio, hic ante, & ſic non ob. & concludе aut ius accreſcendi ſequitur aditionē, aut præcedit. & ſi ſequitur, aut ſequitur poſt agnitam portionem, quæ poſtea defecit, aut ante, vt ex prædictis colligitur. Extra no. ꝙ dr̄ ſuus & qui habet cohæredem extraneum. facit. C. de iure deli. ſi fratris. Vlt. no. quod illud quod nō poſſum ꝑ me, poſſum per aliū. iſta eſt via Brocardica, quam tangit glo. Barto. quærit an iſta lex habeat locum in legatarijs, ſicut in creditoribus? & dicit ꝙ non iure veteri, quia non debentur vltra facultatem hæreditatis. ſed iure nouo: quia debentur in ſolidum non facto inuentario, dicit ꝙ hæc lex habet locum propter identitatem rationis. Ego quæro, an lex iſta habeat locum de æquitate canonica, ſecundum quam hæres non tenetur creditoribus vltra vires hæredi. & ex ratione Bartoli. videtur quod non. ego credo contrarium, quia intereſt ſua non vexari, vt ſ. de mi. l. minor. vnde permittitur euitare ſibi vexationem per remedium iſtius l.

LEX LVII.

1 *Sui hæredes habent beneficiū abſtinendi, niſi ſe immiſcuerint: alias ſecus.*
2 *Beneficium abſtinendi eſt duplex.*
3 *Suus hæres mero iure eſt hæres.*
4 *Legis tenorē allegare nunq̃ eſt neceſſe, ſed neceſſe eſt allegare tenorē facti.*

1 Neceſſarijs. † Sui hæredes habent beneficiū abſtinendi, niſi ſe immiſcuerint. poſt mixtionem vero non habent abſtinendi beneficium, niſi immixtio ſit ipſo iure nulla, vel ex edicto de minoribus ope reſtōnis in integ. infringatur. neceſſarij vero hæredes cum abſtinendi beneficio ſūt priuati, nec patrocinatur eis ætas, hoc dicit. In tex. ibi, facit an-
2 te immixtionem. † Nota quod duplex eſt beneficium abſtinendi. quoddam eſt beneficium abſtinendi conceſſum ab edicto prętoris mortui. quoddam quod eſt concedendum per iudicem ope in integ. reſtitutio. primum beneficium competit ſuo hæredi ante immixtionem. item poſt immixtionem, quæ ipſo iure non tenet, vt verſic ſed impuberibus. Secundum beneficiū competit poſt immixtionem, quæ ipſo iure tenet. tamen ætatis beneficio conceditur abſtentio ex edicto de minoribus; quod edictum eſt generale in ſuo, & extraneo. Secundo not. quod contra immixtionem iuris, & de iure non habet locum beneficium edicti, vt in ver. ſeruus autem. ex quo conclude quod contra grauamen iuris, & de iure nullo remedio locus eſt. Tertio
3 no. in illo ver. vt quamuis, † ꝙ ſuus hæres mero iure eſt hæres, & de rigore iuris ciuilis tenetur creditorib. Quærit̃ præterea, vtrū intentio creditorum ſit fundata eo ipſo, ꝙ eſt filius? & vr̄ qđ ſic, quia ſi filius, ergo hæres. niſi ergo filius excipiendo declinet intentionem creditoris, & alleget beneficium abſtinendi, debet præſumi eſſe hæres, & proceſſus creditorum fit rite contra eum in dubio. ad idem. J. ſi quis ob. cauſa teſta. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, & J. de ſtipu. ſeruo liber homo, in fin. In contrarium videtur ꝙ non ſit neceſſe filio hoc beneficium allegare, quia illud, quod eſt verum a iure inductū, non eſt neceſſe exprimi per ho-
4 minem. † nunq̃ enim neceſſe eſt allegare tenorem legis, licet ſit neceſſe allegare tenorem facti. iſte eſt tex. C. ſi vt ab hære. abſti. l. 1. veritas iuris non requirit verborum adminicula. & allegationem hoīs non deſiderat. & ibi eſt tex. & no in l. ſi cum dotis §. tranſgrediamur, ſol. mat. ſ. præterea ad hoc, vt hr̄s teneatur creditoribus, oportet hæredem cum ipſis quaſi ↄ̄here. ſed tunc demū quaſi ↄ̄hit, cum adit, vel ſe immiſcet, vt l. apud Iul. §. fi. cum l. ſeq. quib. ex cau. in poſ. ea. ergo, &c. Non ob. iſte tex. dū dicit, ꝙ iure ciuili tenet̃, quia iſtud eſt verum inſpecto iure primęuo; ſed non eſt verum inſpecto iure ciuili, quod ſubſequitur ius prætorium, & pro tanto cōcludit̃, ꝙ in dubio, vbi nō apparet de immixtione, ꝙ proceſſus non ſit rite ordinatus ↄ̄ filium, quod eſt

not.& eodem modo reſponde ad.l.a.cum ſimi.de cura. furio.§. & facit.infr.de bo.liber.l.& ſi ex modica.§.filius, & de iure patro.l.ſiue.§.fi.& iſtam ſententiam approbat Din.per l.ei qui ſe.§.e.vbi dr,quod non eſt neceſſe filio adire prætorem. ergo non eſt neceſſe excipere coram iudice de iſto beneficio abſtinendi; & facit de interrogato.actio.l.ſecunda.cum ſimilibus.

LEX LVIII

1 *Datio cohæredis,non impedit exiſtentiam neceſſarij hæredis.*

1 Ex parte † Datio cohæredis non impedit exiſtentiam neceſſarij hæredis h.d. Vel ſic, prouiſio teſtatoris non impedit prouiſionem legalem,qſi prouiſio legalis importat neceſſitatem.h.d. Et inducitur hic per Cy.Not.ꝙ ius inſtitutionis ideo dr̃ directum,quia quis a ſeipſo capit, non p mediam manum alterius,nec ope alterius. & per iſtam theoricam datur cognoſci ſubſtitutio directa ab obliqua.& adde hic quod no.C de iuris,& facti ignorantia,ſi poſt diuiſionem. vbi glo.dicit,quod inter cohæredes eſt quædam tacita obligatio,quod eſt falſum per hanc l.quia alter ab altero nihil capit,ſed a ſeipſo.facit.ſupr.de hæredibus inſtituendis.l.ſed ſi in conditione.§ finali, & die,vt ibi.& ex hoc ſequitur iſta concluſio, quod licet ex teſtamento non ſolemni oriatur naturalis obligatio quo ad legata:tamen quo ad inſtitutio.hæredis nulla obligatio oritur;quod eſt notan.

LEX LIX.

1 *Spes iuris accreſcendi tranſmittitur ad quemlibet hæredem.*
2 *Spes ſubſtitutionis conditionalis non tranſmittitur ad hæredem.*
3 *Ius accreſcendi non habet locum in diuerſa hæreditate.*
4 *Delata per pronomen appellatiuum tantum, conſueuerunt eſſe magis, non minus tranſmiſſibilia,quàm quæ per nomen proprium.*
5 *Hæreditas patris,& filij cenſetur vna hæreditas.*

1 Qui patri † Spes iuris accreſcendi tranſmittitur ad quemlibet hæredem h d.ſm gl.& Din. & ſi ius accreſcendi ſit vnitum cum pupillari ſubſtitu. trahit ab ea duo.ſ. vt habeat locum poſt aditam hæreditatem.& porrigitur ad bona impuberis. h.d.ſecundũ Bar & Rai.& fuit originaliter dictũ Bar.ſed ſecũdũ Ia.de Ra.& Cy.h.d.ſpes ſubſti.pupil.per eũ.qui ſi viueret, de neceſſitate ſuccederet, tranſmittitur ad quemlibet eius hæredem.& laſta eſt peregrina,& diuiditur in tres partes. In prima ponit quoddam dictum in ipſo ſubſtituto. In ſecunda ponit aliud in hærede ſubſtituti. In tertia parte ponit rationem ſecundi dicti,& extendit quod diactat non ſolũ ad hæredem ſubſtitut,ſed ad quemlibet ẽt vlteriorem hæredẽ. Secũda ibi,quod ſic Tertia ibi,nam ſi ipſum. Et ad euidẽtiam eſt præ
2 mittendũ, † ꝙ rĩa eſt,ſpes ſubſtõnis condõnalis non tranſmittitur ad hæredem. Secunda rĩa eſt,quod ſpes iuris accreſcẽdi trãſmittit ad hæredem. Tertia rĩa eſt quod ius accreſcendi non hz
3 locum poſt aditam hæreditatem. † Quarta regula eſt,ꝙ ius accreſcendi non habet locum in diuerſa hæreditate. quibus regulis ſecundum diuerſas lecturas obuiat hæc lex ponẽs caſum ſpecialem. nam a tertia, & a quarta regula excipit ius accreſcendi,qđ eſt iunctum pupillari ſubſtõni, vt hic ſecundum gl.& Bar. ſed a prima regula excipitur ſpes pupil ſubſtõnis,ea qua per decedentem nõ poterat repudiari hæreditas,ſi viueret ſm Iac.de Are. & Cy.l.ẽ præmitte quod hæc lex intelligit ſm oẽs, qñ ſubſtitutus erat cohæres pupilli,& adiuerat ea ſua inſtõne. ſed de portione pupilli vtrum eſſet agnita per pupillum,vel non,ſunt opi. Gl.dicit quod etiam pupillus adierat. Ia.de Ra.dicit quod pupillus nõ adierat hæreditatem. Alij dicunt quod ſi adierat,vel non adierat, non eſt vis;quod credo verum.nam vtrobique idem. In tex.ibi, mortuus erit ſ cohęres idem quod ſubſtitutus pupilli. In tex.ibi, neceſſarius, id eſt ex neceſſitate propter præambulam adõnem ex paterno.proprie autem neceſſarius dicĩ ille,cui ineſt qualitas neceſſarij hęredis, vt inſt.de hæred.qua.& diffe.§.j. & in hac ſignificatione non præſumitur hic ſecundum verum intellectũ. In tex.ibi,obligat.i.obligaret,ſi viueret:quia cum hęreditas pr̃is, & filij iuris intellectu fingantur vna hæreditas, non poſſunt circa aditionem ſeparari. & hoc intendit iſta lr̃a ſecundum expoſ. Dy. In tex.accreſcendi iure.ſuper iſto verbo fundat ſe gl.Dyn.& Bar.ſed Iac de Ra.dicit quod iſtud non eſt proprietas iuris accreſcendi.ſed imitatur eius naturam quantum ad neceſſitatem ſucceſſionis,non quantum ad alias regulas iuris accreſcẽdi. & dicit Cy.vſque ad hæc tempora tenui Dyn.ſed nũc vĩ ſibi quod opi. Iac.Ra.ſit verior. In tex.ibi,cuicunq; ẽt infinitum,vt C.de hære.inſti.l.fi. No. quod ius accreſcendi informatum a pupillari ſubſtõne circa tranſmiſſionem hz naturam iuris accreſcẽdi,vt trãſmittatur eius ſpes, ſed circa alia non habet naturam iuris accreſcendi,ſed nãm pupillaris ſubſtõnis,quaſi ſit quoddam mixtum ex duabus naturis concurrentibus, & iſte eſt vnus intellectus iſtius l ſed ſecũdum aliam opinionem habes notare eõ:videlicet quod ſubſtõ pupillaris informata per ius accreſcendi habeat naturam tranſmiſſibilitatis,& iuris accreſcendi, ſed in alijs ſequitur propriam naturam, & ſm iſtum intellectum non reperitur niſi vnum ſpeciale.ſ.tranſmiſſio. ſed ſecũdum primum reperiũtur plura ſpecialia. quomodocũque intelligas lex eſt ſingularis.

Iſtæ lect non ſolum differunt in ſubtilitate,ſed in effectu. Nam ſi in iſta l.ſuccederetur per ius accreſcendi, ſi ſunt plures ſubſtituti,& vnus eorum viueret, non ſuccederet hæres præmortui. rõ, quia potentius eſt ius ſubſtitutionis quã accreſcendi ius, & hoc tenet glo.per l.qui liberis,§. hæc verba,ſ̃.de vulg.& pup.& ſ̃.de hære.inſti.l.liber homo.§ pen.ſed ſecundum lect.Iaco. Ra.non videtur hæres præmortui excludi per ſubſtitutum concurrentem,quia ſunt iure pari ſubſtituti. Vel etiam tunc eſſet dicendum eum excludi, quia potentius eſt ius ſubſtitutionis regulare quam irregulare introductum in ſubſidium. ne teſtator decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus nam in hac rõne conſiſtit l.ſm prædictum Iaco.vel aliter, tunc ſunt pares illi,qui prætendunt ius ſubſti.quo mero iure ſubſtit. vterque ſuccedit. ſed quando vnus ſuccedit poteſtate ſubſti. alter adminiculo iuris accreſcendi, tunc potentior eſt ille,qui nititur ex ſolis viribus ſubſt ſecundum iſtum intellectum;quod eſt no.& cõcludo ꝙ ſm diuerſ.lect.vel ſubſtõ influit in iure accreſcendi, vel ius accreſcendi influit in ſubſtõne,gl.ꝯ hanc l opponit per ordinem quinque modis,& ſo.In glo.cum filio.ibi,alioquin,&c. hæc vera.& vide quod no.ſ.eo.totiens,& C.de ca.tol.§ quod ſi in medio. In glo.de rigore.ibi,vel aliter.hæc,quia l.filius. loquitur de
4 immixtione non obligatoria,hic de obligatoria.† In gloſ. imo. ibi,per appellatiuum.hæc ſol.non valet aliquid,quia ex quę deferuntur per nomen appellatiuum tantum , conſueuerunt eſſe magis. non minus tranſmiſſibilia ꝗ quæ per nomen proprium, quia nomen appellatiuum eſt magis communicabile, ꝗ nomẽ proprium,vt no in l.& quia,de iuriſ.omn iud. & de pac. l. tale pac.§ fi.facit ſ̃.de ca.di.l.tutelas. In ea.gl. ibi,iure accreſcẽdi hęc vera ſecundum Din.And.de Pi.& Bar.ſi dicatur quõ poteſt habere locum ius accreſcendi, ſi pupillus adiuit? Nam ius accreſcendi nunquam procedit,niſi aut impedita acquiſitione a principio,aut ex impedita reſolutione,vt l.1 §.interdum,de vſufruc. accre. Rñdet Bar ꝙ iſtud eſt ſpeciale,quia ſubſtitutio pupil.erat vnita iuri accreſcendi.cui ſic obijcio, ſubſtitutio efficitur caduca.ergo non eſt vnita. Item ſi efficitur caduca,ergo non poteſt inſtituere, vel informat, ſicut pactum caducum non informat contractum. non enim ſufficit vnio quantum ad ordinationes teſtatoris , ſed debet eſſe vnio cum efficacia,vnde ſi ſubſtitutio efficitur caduca.remanet ius accreſcendi denudatum & abſtractum ab omni ſubſti. qño ergo ſubſtitutio,quæ non eſt,influet in iure accreſcendi?cogita,quia non video reſponſum.vnde dico ꝙ ſuper iſto fundamento vnionis non poteſt fundare intellectum huius legis.Iac. Ra aut dicit ꝙ venit iure ſubſti & eſt ſpãle fauore pupilli,ne euaneſcat pupi. ſubſtitutio ſm eum. ita di-
5 cit Cyn.† Item eſt alia ratio,quia hæreditas patris, & filij cenſẽ vna hæreditas,vbi defertur ex vno teſtamento, & ideo ne decedat pro parte teſtatus , & pro parte inteſtatus, ita tranſmittitur ſpes ſubſti. ſicut ſpes iuris accreſcendi , quia eſt eadem ratio in tranſmiſſione.facit quod no. inf. eod ſeruus communis ab. In ea.glo.potentius,dic,vt ſupra, de inii.teſta.l.ſi ego. In ead.glo. vel hic. hæc eſt diuinatio quantum ad primum membrum ſolutionis.ſed quantum ad ſecundum membrum ibi,ſed ille,&c. continet veritatem. In ead.glo pro parte inte.nunc glo.tangit veram rationem legis. Vltimo no. ꝙ hæreditas non adita hic non tranſmittitur.ratio, quia eſt tranſmiſſio , & acquiſitio neceſſaria , voluntaria autem quæ in motu animi conſiſtit, tranſmiſſionem non recipit, & maxime cum erat impedita propter impedimentum pendentiæ conditionis.

LEX LX.

1 *Falſa cauſa non officit actui,vbi a ſciente profertur,*
2 *Probatio,quod teſtator fuerit ſanæ mentis,eſt ab hærede facienda.*

Filium. Aſſumptio falſæ cãæ a ſciente, vel ſcire debente tacitam repudiationem non vitiat , & aperit viã vulgari ſubſtituto.h.d. No. quod iſte filius emancipatus duo fecit,quia bonorum poſſ. inutiliter agnouit , & bona poſſedit.vñ dixit Labeo ꝙ poſſidendo vĩ gerere pro hærede , nec impediebat per actum inutilẽ.ſed alij iuriſconſulti dicunt oppoſitũ,quia iſta poſſeſſio non eſt poſſ.cauſans geſtionem pro hęrede. ſed eſt poſſ cauſata ab inutili agnitione.vñ non põt,niſi eo noĩe operari, ſed eo nomine hic non põt operari ꝑꝑ ſubſtitutum , qui excludit cauſam inteſtati.Secundo no.ꝙ non valet expreſſum,ſed valet tacitum hic.n.expreſſa agnitio non valuit:tamen tacita repudiatio valuit. Iſtud eſt verum,quia tacitum, & expreſſum cõtrariantur.ſecus ſi tacitum non contrariatur expreſſo, ſed ſi ſubalternatur ei.vel eſt eius acceſſorium,vt ſup. de ſerui.ruſti.præ-
1 dio. l.3.§.qui habet hauſtum.† Tertio no.quod falſa cauſa non officit actui,vbi a ſciente profertur,idem ſi a ſcire debente id eſt ab errante in iure;quod eſt no.ſecus ſi eſſet error facti.vt ſ.eod.
2 Clodianus.& ſ̃ de con.pe.l.vlt. Vltimo no.† quod debet probari,ꝙ teſtator fuerit ſanæ mentis,dicit gloſ.& bene ꝙ illud eſt verum,vbi præſumptio erat in ꝯrium,vt l.pe. de condi.inſti. alias enim ſemper præſumitur quis ſanæ mentis,quia is ſtatus naturaliter ineſt homini. Idem no.de codi.l.ne codicillos, & extra, de ſuc.ab inte.c.cum dilectus. Reliquum dicam,ſ.eod. Clodianus.

num,& adde hic quod no. C.de iure deli.ſuum,& l.puberem. Vl
timo no. quod iſta verba ſi hæres non erit, ita abſolute prolata
etiam ſi ſubſtô vulgaris fiat filio,intelliguntur,ſi ex teſtô hæres
non erit. vnde cauſa inteſtati non excludit ſubſtitutum in filio:
quod eſt no. dignum.

L E X LXI.

Si minor. Portio deficiens ex poſtfacto per reſtitutio.ē in integrum non accreſcit mutuo.h.d.

L E X LXII.

1 *Conditionis impletio,non inducit aditionem hæreditatis,niſi fiat aīo adeūdi.*
2 *Iurans, videtur ſuam voluntatem declarare.*
3 *Probatio teſtis integratur ex duobus,ſcilicet ex iuramento, & dicto.*

1 Antiſtius. † Impletio condi.non inducit adōnem hære-
2 ditatis,niſi fiat animo adeundi.h.d. † No.qđ
qui iurat,vr̃ ſuam voluntatem declarare:& allegat hæc l. quare
dictum teſtis trahit̃ ad tempus iuramenti:certe quia venit decla
ratiue,& id quod venit declaratiue,trahit ſe ad tempus rei decla
ratæ,vt ſup.de teſtamen.l.hæredes palā.§.ſed ſi no & de lib leg.
Aurelius,§.teſtato,& de rei vendi.Pompo.ſcri.§.fi.Item quia iu
ramentum eſt prin.& dictum eſt tanquam finis eius,quod reſi-
det in teſte.& finis trahitur ad princ. quia hȝ neceſſariam conſe-
quentiam ab eo,vt ſ.denique,§.j.de mi.& ſup. De hoc no.in c.j.
de officio deleg.in Cle. hoc verum,niſi terminus ſit ſtatutus ſu-
per iuramento,& dicto. nam tunc dictum poſt terminum non
trahitur ad terminum,quia eſt inutile.vnde cum ibi deficiat ex-
tremum,a quo,non habet locum fictio.& hæres. de hoc exem-
plum in c.Pia,de exceptio.libro ſexto,& ibi per argumen. Ioan.
And. & dicunt aduocati quod vbi lex, vel iudex vtuntur verbo
temporis præteriti pluſquam perfecti. v. g. quod debeat proba-
uiſſe.inf.8. dies,ibi non ſufficit iuramentum, quia non continet
explicitam probationem.inf.terminum;& eſt verum,& ita pra-
3 cticatur. † Nam probatio teſtis integratur ex duobus, ex iura-
mento, & dicto.ſi ergo deficit dictum,non eſt probatio integra
ta,ſed eſt in fieri,& hoc non ſufficit, niſi lex ſignanter exigat fa-
ctum eſſe.

§.Si ſeruus. Finita poteſtate domini finitur iuſſus ab ho
minis poteſtate procedens.h.d.& ſolet hoc
no.in l.ſi certarum,§.fin.de mil.teſta.In tex.ibi,iuſſum. concor.
C.de cu.ſu.l.fi.§ j.No.quod acquirere poteſt per alium,qui non
poteſt acquirere per ſeipſum. & dicit gloſ. quod eſt verum,vbi
non poteſt propter impedimentum iuris,vel facti. ſecus, ſi pro
pter impedimentum prohibitionis,quia ille, qui non pōt acqui
rere per ſe,non pōt acquirere per alium.ita dicit gloſ.at.tea hic.
Et no.bene.vnde qui pp̃ delictum prohibentur acquirere, non
poſſunt acquirere per ſe,nec per alium,& no. cōtra bannitos.

L E X LXIII.

Seruus. Vtrum quis ſit ſub dominio alterius, vel non, inſpi
citur tempus aditionis. h.d. Vel ſic, ius adeundi
quod ſumpſit originē in perſona ſerui, remanet ipſo manumiſ-
ſo,h.d. Bald.

L E X LXV.

Si ſeruus. Ex coniunctione legali procedit in hæreditate
ius accreſcendi.h.d. ſecus in legatis,vt inf.de le.
2. l.& Proculo. ratio eſt,quia in hæreditate ſcilicet directo iure
acquirendi,non per obliquum habet locum ius accreſcendi, e-
tiam ſi ſine vlla coniunctione quis decedat pro parte teſtatus, &
pro parte inteſta.& h.d.gl. Bal.

L E X LXVII.

Cum ſolus ſeruus. Plures habentes in eodem iu
re concurſum poſſunt illud
ius diuerſis temporibus acceptare.h.d. Vel aliter, in iure ſingulo
rum ſufficiunt ſingulares conſenſus:ſecus in iure vniuerſorum,
quia tunc conſen.debet eſſe communis,non ſingularis,vt extra,
de elec.c.in Gene.facit de ter.ruſtic.prædio.l.per fundum.

L E X LXVIII.

1 *Ordo ſuccedendi ibi eſt, vbi plures ſunt gradus.*
2 *Inſtituto terminus præfigitur ad petitionem vulgaris ſubſtituti.*
3 *Ius antequam incipiat competere,nō poteſt currere terminus ſuper accepta tione,vel exercitio illius iuris.*
4 *Lapſus termini habet vim tacitæ repudiationis.*
5 *Dilatione pendente iudicis officium conquieſcit, vt nihil poſſit interim inno uare,niſi ex cauſa reuocet eam.*
6 *Lapſus termini vbicunque trahit ſecum tacitam repudiationem,ibi mora nō purgatur.*
7 *Contumax quandoque habetur pro confitente,quandoque pro negante,prout aduerſarij intereſt.*

Quādiu. Hæc l. primo ponit regulam. ſecundo ponit
quaſdam concluſiones,ſeu illationes. ſecunda
ibi,eueniet igitur,& h.d. Sequens non admittit̃, niſi primus ex-
cludatur per renunciationem ſaltem tacitam, quæ inducitur ex
termini lapſu h.d. In tex.pōt.ſ.ſubſtitutus.In tex ibi, ſubſtituto,
ad petitionem ſequentis ſubſtituti In tex. pōt.ſ. primus ſubſti-
tutus.In tex.ibi, ſuccedere.ſi primus.inf. terminum non adiuit.
1 No.† qđ vbi ſunt plures gradus,ibi eſt ordo ſuccedendi,nec ſuc-
2 cedit poſterior,niſi excludatur prior. † Secundo not.in ver.eue
niet, ꝙ ad petitionem ſubſtituti vulgaris præfigitur terminus
inſtō. Item ad petitionem ſecundi ſubſtituti præfigitur termi-
nus primo ſubſtituto. Tertio no.in ver.is autem,ꝙ ſecūdus ſub-
ſtitutus ſurrogatur loco primi ſubſtituti interim decedē. & ſic
ſubſtitutio ſecunda efficitur ſubſtitutio prima; quod eſt no. di-
3 gnum. † Quarto no. in ver.ergo, quod antequam ius incipiat
competere,non poteſt currere terminus ſuper exercitio,vel ac-
4 ceptatione illius iuris. † Quinto not. quod lapſus termini habet
vim tacitæ repudiationis.concor.ſupr. de neg.geſt.ſi ego. Con-
tra primum notabile gl.format iij.oppo.& incipit gloſ.vt ſupra.
In gl.vt ſupra.ibi.Sol.ibi no.hanc ſol.quod hæc regula,quandiu in
ſtitutus poteſt admitti,non admittitur ſubſtitutus vulgaris, eſt
vera,ſi inſtitutus poteſt admitti de iure communi ſecus,ſi de iu
re ſpeciali ope reſtitutionis in integrum, & iſtud eſt no. ſecūdū
Bar.In gl.circa ibi,non audiatur,ad hoc.ſupr. ea quib.cau.ma.l.
ſed & ſi per præ.§.ſed ſi dum decreto.& adde, & omnino vide
quod no Inno.extra,qui ma.accu.poſ.c.cum in tua, & quod di-
xi in l.ſcire oportet.§ conſequens,de excu.tuto. In ea.gl.vel dic.
hæc vera In ea gl.ibi,quod enī. dicit Bart. quod pendente vna
dilatione poteſt aſſignari alia dilatio inchoanda poſt primā di-
lationem.tu dic quod ab initio pn̄t dilationes cumulari.vt ff.de
iudi.nonnunquam,ſed pendente vna dilatione, an alia poſſit aſ-
ſignari,refert.aut aſſignatur alteri,aut eidem;ſi alteri, pt, vt hic,
& quod no.in l.creditor,in prin.ſup. man. ſi vero eidem, refert.
aut ſuper diuerſo capitulo, aut ſuper eodem. ſi ſuper diuerſo,pt,
ſi eſt ita diuerſum, quod non includitur ſub prima dilatione, vt
C.de reb.cre.generaliter.§.ſi iudex.ſi ſuper eodem capitulo,vel
5 connexo,† dico quod interim iudicis officium conquieſcit,ſci-
licet vt non poſſit aliquid innouare ꝯ dilationem, niſi primo ex
cā reuocet eam.hoc n.poteſt,quia eſt interlocutoria,& ita intel
ligitur.C.de dilati.ſiue pars,& quod no.in l.j §.1.ſup.de ferijs.In
ea gl.ibi, cum antiquioribus.illa l. non limitat tpˢ adeundi,ſed
6 tempus tranſmittendi,& ideo male dicit Pla.† In ea.gloſſ.ibi. l.
diffamar.no.ꝙ vbicunque lapſus termini trahit ſecum tacitam
repudiationem,ibi mora non purgatur. vide tamen l.mancipio
rum.de opti.le.per Iac.de Are.in gl.circa hanc gl. tecita p duas
quæſtiones,& vnum no. In gloſ.hodie,&c.iſta gl.format vnam
q.& ſo.In ea.gl.alij.hæc vera. In e.glo.ibi,hic ſubſtituti. & eſt rō
differentiæ,quia creditorum intereſt adiri. ſubſtituti vero inter-
eſt repudiari,& mora ſemper eſt interpretanda ꝯ moroſum pro
7 aduerſario eius.vnde arg huius glo. † dicimus,quod contumax
qñq; hr̃ pro confitente,qñq; pro negante, prout aduerſarij in-
tereſt,vt no.in c.2.de confeſ.lib.6. Extra iſtā l. inducitur ad quæ-
ſtionem Quidam baro conceſſit mihi quoddam caſtrum i feu
dum,ſi iurarem ſibi fidelita.ꝑ annū.al.conceſ. Titio.deceſſit. ꝑ
annum non præſtito iurā.nunquid. ꝑ annū admittetur Titius,
vel expectabitur finis anni? & vr̃ hic ꝙ expectandus ſit finis, qa
iſta eſt theorica huius l.cum dicit expectamus diem præſtitu-
tum,hoc eſt expectanda eſt dilatio pro hoc C qui ad bo.poſſ.
po.quandiu. Econtra, & pro hoc facit de ver.ob.in illa.& l. hoc
iure,ſm̄ Cyn.tu dic,ꝙ non eſt expectandus annus, quia fruſtra
expectatur euentus, vbi idem ſequit̃ effectus, vt ꝑ.e.l.ſi quis hæ-
res ita.Item ver.is aūt.facit ad aliam qōnem.pater filio pupilla-
riter ſubſtituit extraneum: extraneo ſubſtituit alium.moritur
ſubſtitutus viuo filio, deinde moritur impubes, an ſubſtitutus
admitteretur? Dicit Bar.quod ſic per hunc tex. nā ſubſtō cōpen
dioſa facta de tertio ad ſm̄ cōtinet vulgarem,& ideo tertius hr̃s
ſurrogatur loco ſecundi ſm̄ Bar.qui allegat pro, & ꝯ tamē ita
determinat;& adde de vulga ſubſti.l. mater §.1. & l.cohæredi,
in prin.& §.cum pater, & l.qui habebat. Vlt.induco hanc l.ad
aliam quæſtionem. iudex ſtatuit mihi terminum ad probandū.
pendente termino ego produxi articulos. iudex dubitat, an ſint
admittendi,vel aduerſarius reſpondendo dixit ſe dubitare,quia
quæritur,an interim antequam hoc declaretur,labatur dilatio
ad probandum? & dico quod non argum.iſtius tex.quia quan-
do inter plura eſt ordo,dilatio pendens in primo, facit non cur-
rere terminum in ſecundo,vt hic,& arg.ſup. de mi.intra vtile.ꝙ
eſt no.& iſtud eſt dictum ſpec.

L E X LXIX.

1 *Legitimus ſub conditione inſtitutus pendente conditione non poteſt adire.*
2 *Spes cauſæ teſtati.& inteſtati, poteſt in manu iudicis renunciari ad inſtantiam creditorum.*

In plurium. Lex præcedens determinauit ordinem in
ter inſtitutionem,& ſubſtitutionem. hic
determinat ordinem inter cauſam teſtati,& inteſtati, & hoc du
pliciter. Primo in diuer.perſonis. Secundo in eadem perſona, &
hoc dicit, cauſa teſtati præcedit cauſam inteſtati de iure ciui.&
pro hoc dicit.Not quod legitimi expectant inſtitutos.Item no.
quod ordo, qui eſt in diuerſis perſonis, eſt in eadem perſona,
1 in qua concurrunt diuerſa iura. ¶ † Tertio not. quod legiti-
mus ſub conditione inſtitutus, pendente conditione non po-
2 teſt adire nec ex teſtamento, nec ab inteſtato. † Quarto not.
quod ſpes cauſæ teſtati,& inte. poteſt in manu iudicis renūciari

ad inſtantiã creditorum; & ſic aliquid poteſt fieri manu iudicis. l. corã iudice, quod alibi fieri non põt, vt repudiatio iuris futuri: & ad hoc ſemper allegaẽ, & hoc nota C. de pac. l. j cum ſimili.

L E X LXX.

Si ſeruum. Ibi redit. ſcilicet ad veterem dominum. In tex. impium. ſcilicet vt liber effectus in ſeruitutem redigatur.

1 *Amouens, vel amoueri curans aliquid ex hæreditate, perdit beneficium abſtinendi.*
2 *Statutum quo cauetur, quod ſi quis interfecerit aliquem, puniatur pœna mille, ſi quidam mandauerit aliquem interfici, ſtatutum non includet mandantem, quia ſunt ſcripta in perſonam: ſecus, ſi in factum.*
3 *Paria ſunt interuertere, conſumere, & celare.*

1 **§. Prætor ait.** † Amouens, vel amoueri curans quid ex hæreditate, perdit beneficium abſtinendi, ſiue ſit magnum, ſiue paruum, niſi fiat ſine dolo, vel niſi præceſſerit prius abſtentio, quam amotio. h. d. vſque in fi. vel ſic pp maleficium perditur beneficium. No. hic in ver. non dixit, ſecun
2 dum Iac. de Are. ar. ad quæſtionem, † quod ſi ſtatuto cauetũ, ꝙ ſi quis interfecit aliquem, puniaẽ in mille, & quidã mandauit aliquem interfici, ꝙ ſtatutum non includit iſtum mandantẽ, quia verba ſunt ſcripta in perſonam: ſecus, ſi verba eſſent ſcripta in ipſum factum, ſiue in rem generaliter, puta pro homicidio imponatur pœna mille. nam tunc fieri faciens includitur verbis ſtatuti. & facit qđ vi aut clã, aut qui aẽr, in fin. & de adul. l. hæc verba, ſecũ Iac. de Are. Dy. dicit ꝙ non includitur ex propria ſignificatione, ſed ex interpretatione, quæ in ſtatutis hʒ locum etiã vt abſurditas euiteẽ, & maleficia non remaneant impunita, ar. qđ no. de vi, & vi ar. l. j §. deieciſſe, per Cyn. de hoc plene diſputatur per eum. ſup. ne quis eum l. ſi per alium. Bar. ſimpliciter dictum Iac. de Are. tenet. Et facit ad aliam quæſtionem, per formam ſtatuti de quolibet maleficio põt fieri concordia, niſi de homicidio.
2 quæritur, vtrum poterit fieri concordia ei, qui fecerit fieri a homicidium? & ex prædictis vẽ ꝙ ſic, quia proprie non eſt homicida, ſed per interpretationem. quæ interpretatio non debet fieri ad excludendum fauorem ſtatuti, qui fauor procedit ea generali capite ipſius ſtatuti. & facit ad prædicta quod no. ſup. de inſa. l. hæc verba: & ita practicatur. Deinde no. † in ver. amouiſſe, qđ paria ſunt interuertere, conſumere, & celare. & eſt ar. quod ſicut fit ſequeſtrum propter dilationem, ita fiat propter conſumptionem in proprios vſus poſſidentis; & eſt dictum Arc. & dixi. ſup. in l. ſi fideiuſſor, qui ſatiſd. coga.

ADDITIO.

a *Fieri. Facit ad aliam q an ſtante ſtatuto, quod nullus admittatur ad defenſionem homicidæ, debeat admitti aliquis ad defenſionem, de quo per d. Alex. Imo. in conſ. 69*

§. Ait prætor. Propter paruum maleficium perditur beneficium. & facit iſte §. pro ſtatuto Peruſ. contra vxores amouentes, vel celantes aliquid mariti.

Amouere. No. quod licet lex nõ faciat men. doli: tñ ſubintelligitur dolus, quod no. quod dic plene per Bar. in l. j. §. j. ſi quis te. li. eſſe iuſſ. fu. pœna. n. priuationis beneficij non debet alicui infligi niſi propter dolum. Et eſt ar. pro vxore ſecum exportante veſtimenta ſibi facta a marito: vt præſumatur magis impentia, quam dolus in ipſa.

§. Hæc verba. Beneficium, quod traxit ſecum ſuum irreuocabilem effectum, non perditur per conſequens maleficium. h. d. Item no. quod non tollit indultum beneficium, quod impedit indulgendum. & dicunt canones quod quædam impediunt beneficium obtinendum, quæ non dirimunt iam obtentum.

L E X LXXI.

1 *Dilationis cauſa finita, finitur ipſa dilatio.*

1 **Si quis hæres.** † Finita cauſa dilati. finitur dilatio. h. d. Bar. concor. inf. ad Treb. l. a filia. §. alũno, & ini per Dy. & rõ iſtius l. ſtat in hoc, quia dies non ſuſpendit directum a ſubſtõ. ſecundum gl. ſed ſecundũ Bar. ſtat in hoc, quia eſt finita cauſa dila. vnde idem eſſet in hoc alio exemplo. teſtõr relinquit quendam executorem, & ſi ille inf. annum non exequeretur, fecit alium executorem. decedit interim primus executor. certe ſtatim ſurrogabitur ſecundus executor, nec expectabitur finis temporis, vt hic. & ſup. quandiu, ver. is autem. Itẽ facit ad quæſtionem quotidianam, ſi iudex dat alicui terminũ trium dierum ad reſpondendum poſitionibus, & ille reſpondit prima die, quod per hoc tota dilatio eſt conſumpta, & ammodo iudex libere poteſt procedere ad vlteriora, ſicut ſi triduum eſſet elapſum. non ob. de ver. obl. in illa, quia ibi non erat finita cauſa dila. ſecundum Bar. quod no.

L E X LXXII.

Si quis. Actus diuerſus ab adi. non inducit hæreditatis aditionem. h. d. Et facit hæc l. qđ ſi filius facit pactum cum interfectore patris, qđ propter hoc non vẽ adire, quia hoc facit tanq̃ filius, cui pertinet vindicare ſanguinem ſuum, non tanquam hæres, & ad hoc ſup. eo. pro hærede. §. ſi ſepulchri. Bal.

L E X LXXIII.

Qui putat. Errans implet conditionem plus faciẽdo, ſed nõ minus faciendo. h. d. Et vide hic qđ no. ſ. ſi quis cau. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. Item no. gl. diſtinguentem inter errorem qualitatis, & quantitatis. nã vbi eſt error in qualitate, aditio poteſtatiua non poteſt impleri. ſecus, ſi ſit error in quantitate. Item no. iſtud princ. ad quæſtionem, dicit ſtatutum, quod de concordia ſoluatur tantum pro libra. modo quidam per errorem ſoluit plus, certe valet ſibi concordia, ſed per errorem ſoluit minus, non valet ſibi concordia: argu. contra, de condit. & demonſtratio. l. quamuis.

L E X LXXIIII.

1 *Actus erroneus non valet, ſiue fiat coram iudice, ſiue extra iudicium.*
2 *In dependentibus ex animo debemus recurrere ad mentem veram, vel præſumptam.*

Ex ſemiſſe. † Si is qui eſt hæres iſtitutus in maiori parte, credit ſe inſtitutum ex minori, & ex minori adeat, non tenet hæreditatis aditio, nec bonorum poſſeſſionis petitio. hoc d. Din. Vel ſic, propter errorem quotæ partis totum indiuiſibile vitiatur. hoc d. In tex. ibi, per errorem. putãs ſe inſtitutum in quadrante. In tex. ibi, quemadmodum, ſ. dixit qñ in agnatione de iure prætorio interuenit error. hic quãdo interuenit error in aditione de iure ci. In tex. ibi, hæreditatem. ſup
1 ple non valet aditio. † No. actum erroneum non valere, ſiue fiat coram iudice, ſiue fiat extra iudicium. Glo. hic poſita debet recitari per quattuor contraria. In glo. de iure ci. ibi, ſeruit. & ſic tenet factum a ſciente, quod non teneret, ſi fieret ab errante. In ea. glo. in iubente. & ſic in quodam præambulo tñ in actu adi. In ea glo. l. cum quidam, §. fi. o. ſed certe, & iubens debet eſſe certus, vt j. eo. l. pater, in princ. & ideo ſolue, vt ſequens contrarium de l. ſi quis extraneus, §. ſcieodum. Din. & And. de Piſis. In ea. glo. l. illud glo. inculcat duas oppoſitiões diuerſas. vnde ſeparari debent in ſol. contrariorum, dic ergo ꝙ aut inſtitutus eſt certus ab initio, ſed dubitat propter futurum euentum, tunc tenet aditio, vt l. illud. Aut ineſt ei incertitudo ab ipſo princ. & tunc diſtingue, vt ſequitur in glo. & no. in d. §. ſciendum. ſecundum Cyn. In ea. glo. ꝙ eſt veriſimile, ſcilicet in dubio. Di. ꝙ velit totum. In ea. glo. ibi, grauata. Ad ſe aut opinio excedit veritatem, quia putabat ſe inſti. in maiori, & erat in minori; & tunc valet aditio inſpecta veritate, quia in maiori includitur minor, argumento l. qui putat, in princ. ſup. eod. aut veritas excedit opinionem, vt quia putat ſe inſti. in minori, & erat in maiori, & refert aut conſtat de mente, & ſtamus animo, vt ſ. de mili. teſta. qui iure. Aut eſt dubium, tunc aut tractamus de fauore, & commodo, & trahitur opinio ad veritatem, vt quia hæreditas eſt locuples, vt ſ. e. ſi quis extraneus, §. ſciendum, & l. ſi quis mihi bona §. quod ſi ex parte. aut tractatur de damno & incommodo. vt quia hæreditas eſt damnoſa. tunc opinio non trahitur ad veritatem, & nõ valet quod geritur: & ita loquitur l. noſtra. & iſta eſt concluſio circa has ll. in ſolutione contrariorum. ratio om
2 nium prædictorum eſt, † quia in dependentibus ex animo debemus recurrere ad mentem veram. vel præſumptam. In ead. glo. ibi, alij diſtinguunt. iſta diſtinctio non procedit per l. quidam Eulogio, C. eod.

L E X LXXV.

1 *Excluſus iure inſtitutionis, poſt admitti iure ſubſtitutionis.*
2 *Hæreditati etiam non aditæ contingit ius accreſcendi portionis defectæ.*

Si tu ex parte. Partem repudiatã ex inſtõne põt quis ꝯſequi ex ſubſtõne vulgari facta cohæredi: & ſi vnus eſt cohæres, totã ꝯſequitur. ſi duo, tunc ꝯſequitẽ eã partẽ partis repudiatæ, q̃ accreuerat portioni eius, cui eſt vulgariter ſubſtitutus. h. d. & hẽt duas partes. In prima erant duo in
1 ſtituti. In ſecunda erãt tres inſtituti. ſecunda ibi, Itẽ ſi tu. † Et ad euidentiam præmitte ꝙ excluſus iure inſtõnis põt admitti iure
2 ſubſtõnis. † Secundo præmitte ꝙ hæreditati etiam nõ aditæ cõtingit ius accreſcendi portionis defectæ, ita, ꝙ circumſcripta oẽ perſona ipſi rei procedit ius accreſcendi: & facit j. eo. ſi totam. In tex. ibi, ex ſubſtitutione. facta de te Titio. No. ꝙ ſi idem eſt iſtitutus, & vulgariter ſubſtitutus, ſiue prius adeat ex ſubſtõne, ſiue prius ex inſtõne, vnica ſufficit aditio, vt q̃rat vtroque iure, & adde hic quod no. ſ. eo. nec is, §. hẽs, & l. ſi quis hẽs. Secundo nota in ver. item ſi tu, qđ repudians ex inſtõne admittiẽ ex ſubſtõne vulgari, & ſic vno iure repudiato poteſt alia via ſuccedi. Tertio no. quod portio, quæ per repudiationem accreuit, ꝑuenit poſtea eidem iure ſubſtõ & obeſt repudiatio venienti poſtea diuerſo iure. Quarto: no. quod portio accreſcit portioni, vnde portio tua repudiata accreſcit etiam portioni Titij etiam non aditæ, & illud quod accreſcit, coniungitur portioni Titianæ, vt totum ſimul obuenit ex ſubſtitutione vulgari. & cõſidera hic qđ ius accreſcend. interdum antecedit aditionem, interdum ſubſequitur eam. h c aũt antecedit, quia prius accreuit, q̃ ex ſubſtõne adiretur. Opp. quia vẽ hic dici quod ſit expectãda condõ, vt fiat hæres pro illa par. cui conditio erat inſerta. ſ̃ ꝙ non ſit expectanda conditio, cum fruſtra expectatur euentus. vbi idẽ ſequitẽ effectus

fectus, vt l. aliquando, ad Velleia. & arg. ſup. de hær. inſt. ſi quis ita ſcrip. Dyn. Reſpondere quod interim pendente condi. hēt iſtā part. iure accreſcendi, & nō iure inſtō. & ea exiſtente pôt eligere, quo iure velit eam, an iure accreſcendi, an iure in l. expreſſæ, & multum refert, vtrum quis habeat iure inſti. vel iure accreſcendi, vt l. de vulg. ſubſt. l. ſi in teſtamento. ſecundum Dy. & Cy. Vel dic quod qñ inſtitutus repræſentat perſonam duorum hæredū, tunc debet expectare ↄd. vt hic. ſecus, ſi non repræſentat niſi vnā perſonam, vt in ↄ̄ilis. arg. ad hoc ꝫ. eo. ſi ſolus, & quod no. in l. a. §. ſi pars hæredi. peta. hic ergo eſt pp repræſentationem duarū perſonarum. ſ. inſtituti, & ſubſtituti, & facit ꝫ̄. de hær. inſti. ſi te ſolum. In gl. i. repudiare ibi, ſextantem. hoc quod dicit, poteſt procedere, vbi duo tantum eſſent hæredes. ſed vbi ſunt 3. inſtituti, tu pro ſextan. Titius pro quincunce, & Seius pro alio quincunce, tu adeundo ex ſola ſubſt. repudiata prius inſtitutione, non haberes niſi ſemiſſem. nam quinque vncias haberes relictas Titio, & ſex tam vnciam iure accreſcendi haberes: reliquum haberet adiēs. ſi vero poneres cohæredem repudiare, tunc etiam in pluribus in ſti. procederet hæc gl. ſecundum Dyn.

L E X LXXII.

1 *Papa ſi confert alicui prabendam canonicalem, eo ipſo videtur conferre canonicatum, quia fingitur primo fieri, quod primo eſt fiendum.*
2 *Acceptans ab inteſtato, videtur repudiare ex teſtamento.*
3 *Guerram non habentes, ſi faciunt treguam, tacite videtur agi, quod poſt tempus tregua ſint in guerra.*

Illud dubitari. Ad poſitionem conſequentis ſequitꝰ deſtructio antecen. quod cum ↄñn ſe non compatitur. h. d. Vel ſic. Qui vult vnum, vult duo, & con cor ſup. eo. l. nec is, §. hæres. Vel ſic, fingitur primo fieri quod pri-
1 mo eſt fiendum h. d. ſm gl. & eſt arg. † quod ſi Papa confert alicui pbendam canonicalem, eo ipſo vr̄ conferre canonicatum, quia fingit primo fieri quod primo eſt fiendum. intellige hoc in collatiuis, non inutili, vt l. 3. §. qui hēt hauſtū, de ſeru. ruſti. prædio. Itē eſt arg. quod ſi reperitur aliquis ordinatus ad maiores ordines, præſumatur hēre minores. No. quod qui repudiat ab inteſtato, vr̄ repudiare primo ex teſtō, poſtea ab inteſt. quia cum aliquid ſimpliciter fit, præſumit fieri eo ordine, quo debet fieri. Secundo no. quod
2 vnus actus habet in ſe virtutem plurium actuū. Tertio no. quod ille qui acceptat ab inteſtato, vr̄ repudiare ex teſtō. nam ille qui alterum de incompaſſibilib. eligit, alteri vr̄ renunciare. Item no. quod qui vult vnum. vult eius præambulum, & qñque vult deſtruendo. i. remotiue, vt hic qñq. conſtruendo. i. poſitiue, vt l. a. de iuriſdictio. om. iud. Quæro hic. vtrum iſta repudiatio tacita, ſit repudiatio ficta? gl. ſentit quod ſic. alij dicunt ↄ̄. & hoc approbat Cy. quia qui vult vnum, vult duo; & iſte eſt ſenſ. verior litteræ ſecun-
3 dum eum. † Et inducitur iſta l. in arg. quod ſi non habentes guerram faciunt treugam, quod tacite vr̄ agi, quod poſt tempus treugæ ſint in guerra. de hoc hic per Cyn. & l. ſi vnu. §. 1. de pac. ſup.

L E X LXXVIII.

1 *Vſus rei communis niſi ius communionis excedat, non inducit præſumptiuam aditionem hæreditatis.*

Duo fratres. † Vſus rei cōis niſi ius cōionis excedat, nō inducit præſumptiuam aditionem hære-
a ditatis. h. d. no. quod remanere in cōi poſſeſſione a nō inducit geſtionem pro hærede: ſecus, ſi incipiat poſſidere tāquam ſolus, & in ſolidum vel omnes fructus percipiendo, vel alienando. nam tunc vr̄ gerere pro hærede. Non ob. ꝫ̄. pro ſoc. merito, quia illud eſt propter benignam interpretationem ad excuſationem delicti. vnde ꝫ. agitur de actu odioſo remouendo. hic agitur autē de actu fauorabili inducendo. nam aditio hæreditatis eſt actus fauorabilis ſecundum And. de Piſ. Extra quæro hic, duo habent domum communem: altero abſente alter ſolus habitat, an abſens teneatur ad partem penſionis? hic eſt arg. quod ſic, quia plus ſua parte dominationis interponit. contrarium eſt verum, quia non poteſt diuidi vſus, niſi diuidatur domus; & videtur de hoc gl. ordinaria in l. Sabinus cōi di. & facit ſup. comm. ſi vt certo §. ſi duo bus; & ita dicit Ricar. Mal. fuiſſe iudicatum, vt refert Cyn. in l. ſi quis putans. in prin. ſup. eo. Dy. in aditione. ſecus ſi recepiſſet redditionem agri, vel penſionem, quia tunc tenetur reſtituere partem receptorum per dictam l. ſi quis pu. vbi eſt caſus.

A D D I T I O.

a Poſſeſſione. Adde d. Card. in conſ. 44.

L E X LXXVIII.

1 *Ciuiles acquiſitiones ex perſona filii vel ſerui immediate tranſeunt in patrem, vel dominum.*
2 *Acquiſitio eſt duplex tranſiens & permanens.*

Placet. Eodem momento, quo filiusf. acquirit hæreditatē,
a per filium patri acquiritur pleno iure. a Item per
2 ſeruū domino. † Vel ſic, ciuiles acquiſitiones ex perſona filii, vel ſerui immediate tranſeunt in patrem, vel dñm. h. d. & iſta regula dēt intelligi in acquiſitione ſeparabili a perſona, i. tranſmiſſibili. ſed in iure iſeparabili dic, vt l. vlt. C. de vſuf. Itē in facto dic. vt inſti
a tuta. de ſtip. ſer. §. ſed cū factū. No. quod duplex ē acqſitio trāſiēs, & permanens. prima radicatur in perſona, per quā acquiritur, non in perſona cui, vt ꝫ. de leg. 1. cum filio, & de vulg. ſubſt. qui lit. §. hæc verba. Secunda vero poſtquā eſt in eſſe producta, inuenitur radicata perſonæ eius, cui acquiritur, & ab oſſibus eius non ſeparatur, vt hic. & quantum ad tempus iſtæ acquiſitiones ſunt ſimul. ſed quantum ad intellectum habent ſe per prius, & poſterius, & hoc intendit hæc l. & dum iſta litera dicit confeſtim, & neque momento, ſignificat quod in tpe non eſt ordo, ſed tātum in intellectu. In gl. nimis large, ibi, vt ibi no. idem no. in l. frater a fratre. ſed hoc nihil eſt, quia etiam naturalis obligatio tantū quæritur patri per filium, vt d. l. frater a fratre, & arg. ad Treb. ſi eius. & ideo dic ad ↄ̄ quod l. ↄ̄. loquitur de obli. quæ eſt inter patrem, & filium, quæ non quæritur patri ſm Dy. quia hæc acquiſitio implicaret ↄ̄dictio. quod idem eſſet obligatus ſibi ipſi, quod eſt impoſſibile. In ea. gl. & aliter. & melius in ſecunda ſolu. Dy. & Pet. In ea. gl. ibi, ſol. ibi filius eſt hæres eſſentialiter patri quo ad commoditatem, vt no. ſup. eodem pro hærede. §. Pap. In ea. gloſ non vt hæredi. imo ibi loquitur in condi. quæ in facto conſiſtit. hic in iuris acquiſitione ſecundum Dy. in ea. gl. l. ſi. dic, vt ibi per Cy. & hic gl. eſt clara, & eſt recitanda per quatuor contraria.

A D D I T I O.

a Iure. Sed an filius acquirat patri in articulo mortis conſtituto, vide Fran. Aret. in conſ. 167.

L E X LXXIX.

Si ſolus hæres. Qñ plures inſtōnes ſumunt originem in perſona, vna aditio ſufficit etiā dato ſubſtituto, vel cohærede. ſecus, vbi per alium dēt quæri hæreditas. h. d. dña eſt ergo, an quis poſſit acquirere immediate per ſe, an mediate per alium. & eſt iſta not. doctrina ſm Bartol. In text. nec intereſt no. quod licet teſtator det ſubſtitutum vulgarem, non vr̄ permittere quod ſcindatur actus inſtōnis, vel aditionis. In tex. Ibi, idem puta. quod dixit dato ſubſtituto, idem dicit dato cohærede. No. quod ſæpius inſtitutus ab eodem adeundo non poteſt fieri ſæpius hæres, & ideo vnica aditio trahitur ad omnem portionem. Secundo no. quod vbi quis non poteſt fieri per ſe hæres, ſed per alium, noua portio requirit nouam aditionem. ratio eſt, quia propter perſonam mediam, cuius ſtatus poteſt variari, non pôt omnis inſtitutio vniformiter cenſeri. ex quo collige, quod variatio medio variantur extrema, & effectus extremorum.

L E X LXXX.

1 *Spes ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredem, ſed ius accreſcendi tranſmittitur.*

1 Totiens. † Spes ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredem. hoc dicit. Et debet hic formari caſus in tribus inſtitutis. nam ſi primus eſt ſubſtitutus ſecundo, ſi adit poſtquam extitit conditio, quærit vtramque partem, vt l. ſi m. §. ſi ne ſi tu. ſup. eodem. ſi autem interim decedit, non tranſmittit ſubſtitutionem, ſed ius accreſcendi, in quo iure accreſcendi concurret cohæres: ſed in ſubſtitutione non concurreret, vt l. liber homo. § pen. de hær. inſti. Et no. hic ſubſtitutionem vulgarem non tranſmitti: ſed ius accreſcendi tranſmittitur ſecundum omnes; & adde quod dixi ſup. eo qui patri.

L E X LXXXI.

1 *Tempus aditionis inſpicitur ad capacitatem.*

Si ſeruus. Si ſeruus non capacis domini inſtituitur propria contemplatione, & non in fraudem legis, tenet inſtitutio, vt manumiſſus poſſ. adire, & ſibi acquirere. hoc dicit nota & per iſtam legem apparet quod ſeruus ſpurij poteſt inſtitui propria contemplatione, niſi fiat in fraudem: & ita ponit hic caſum Dyn. eadem ratione videtur, quod poſſit inſtitui filius legitimus filij ſpurij, de quo in l. Gallus, nec eſt al qua lex quæ poſſit melius allegari in ratione ſui. In tex. non poteſt. ſubaudi aliquid, vt ſpurius. Dyn. In textu ibi, hæres inſtituatur. contemplatione ipſius inſtituti non domini ſecundum Iacobum de Aret. & Cyn. In textu ibi, in fraudem. vide quod no. ſupra de probationibus, l. qui teſtamentum. In textu ibi. ipſe ſi manumiſ.
1 & † ſic no. ad capacitatem inſpici tempus aditionis. & hoc verum, quia ipſe ſeruus non eſt prohibitus inſtitui: ſecus in domino, quando dominus eſt de numero eorum, qui non poſſunt ſcribi. nam tunc inſpicitur etiam tempus teſtamenti ſecundum Iacobum de Aret. & adde quod no. in l. fin. infra de regula Cato. Et hic eſt argumen. de toto ad par. & facit ad hanc l. infra de leg. 3. ſi deportatis Bal.

L E X LXXXII.

1 *Ius accreſcendi defertur rei, non perſonæ.*
2 *Principali admiſſo, admittitur & acceſſorium.*

1 Si totam. † Ius accreſcendi defertur rei, non perſonæ. hoc dicit Dyn. vel ſic, ius accreſcendi eſt ſcriptum in rem, & ideo rem ſequitur, non perſonam. hoc dicit. & hoc verum in proprietate. ſecus in vſufruct. quia ſicut in vſufructu, ius principale eſt ſcriptum in perſona, ita ius accreſcendi, quod eſt eius acceſſorium, vt ſupra de vſufruct. § Titio vſumfructū. & nunc intelligis illum §. Item ſecus in iure ſubſtitutionis, vt ꝫ.

de vulg.ſubſtitutio.l.ex facto.§.Iulianus Longinus.† No.cui admittetur principale, admittatur acceſſorium. & adde quod no. ſup.fam.erciſc conſequenter.§.1.

L E X LXXXIII.

1 *Exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis.*
2 *Ventre præterito interim inſtitutus adire non poteſt.*
3 *Hæreditas non adita, & bonorum poſſeſſio non petita non tranſmittitur regulariter.*

Ventre. Hæreditas non adita non tranſmittitur ad ſuum hæredem, quando nō potuit adiri interim ꝑ ius adeundi ſuſpenſum ex diſpoſitione legali.h.d. & tria facit l.iſta. Primo examinat, an poſſit hæreditas adiri, vel bonorum poſſeſſio peti miſcendo filium, & extraneum. Secūdo ſeparat filium in poteſtate ab emancipato. Et tertio ponit de iure tranſmittēdi. In textu ibi, poteſt.ſ.per natiuitatem poſthumi. Dy. In tex hæreditas.ergo interim non poteſt adiri, nec bonorum poſſeſſ. ſecundum tab. peti. In textu ibi, retentus.idemque inſtitutus eſſet. Item idem eſſet, ſi pater deceſſit inteſtatus, vt l.illud, ſi pars hæredi.peta.In tex.ibi, intelligitur propter exiſtentiam ſui hæredis, quæ habet locum etiam in ſuo ignorante, vt C.de ſu & le.apud hoſtes.& ſup.de mil.teſt.ex militari.§ ſi.cum l.ſeq. & ex hoc ſe-
1 quitur ꝙ tranſmittat ſecundum Dyn.† Eſt ergo hic expreſſum ꝙ exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis. In tex. ibi, quærere.ſ.interim. In tex.ibi, nihil.quaſi dicat eſſe iniquū
2 & ideo tranſmittit ius quod habebat. † No.primo quod ventre præterito interim inſtitutus adire non poteſt propter duas regulas.prima, quia interim pendent vires teſtamenti: ſecunda, quia inſtituti expectant præteritos, & hoc in prima parte. Secūdo no. quod ſi venter non eſt præteritus, quia re vera nihil erat in ventro, ſed putabatur eſſe, quod aut eſt inſtitutus ſuus, aut emancipatus, aut omnino extraneus. ſi quidem eſt inſtitutus ſuus, tunc exiſtentia ſui hæredis facit eum hæredem ſola veritate inſpecta, & ideo ſi interim decedit, tranſmittit, vt in verbo ſed ſi vacuo. ſi vero eſt inſtitutus emancipatus, vt interim non poteſt adire, tamē decedens tranſmittit. & eſt ſpeciale, vt hæreditas non adita trāſmittatur, & ad hoc ſemper alleg & concord. infra de contra tab. illud.§.fi.cum l.ſeq.& ad Carbon. l. ſcriptus, & ad Sill.qui poſthumos. & vbicunque eſt impedimentum circa aditionem, quod non procedit ex iſto teſtamento, ſed extrinſecus ex diſpoſitione legali, vbi fit tranſmiſſio, ne quis lædatur auctorita.legis, vt no. glo.in d.l.illud, & Dyn.in d.l.ſcriptus, Iaco.de Bel. in ſua diſpu. plenius in auth.de Trien.& ſemiſſe. Tertio caſu ſi eſt inſtitutus omnino extraneus, & re vera venter erat vacuus. Idem eſt dicendum circa tranſmiſſionem. ſed ſi re vera venter erat plenus, & prorſus extraneus nihil tranſmittit interim, ſed emancipatus tranſmitteret contraria, & hoc intendit hæc l. conclude ex prædictis ꝙ hæreditas non adita, & bonorum poſſ. non petita quan-
3 doque tranſmittitur, & ad hoc alleg. Quæro an hæreditas non adita, vel bonorum poſſ.non petita tranſmittatur? glo. dicit ꝙ regula eſt ꝙ non, quæ tamen regula fallit in caſibus in glo. notatis, & ſic gl.expedit ſe per regulam, & exceptionem a regula, & idē dicit plenius, & clarius, inf.de contra.l.illud §.fin. cum l.ſeq. In glo.certe ibi, C.de his, qui ante aper. tab. ibi eſt ꝑ duplicem fauorem.ſ.tranſmittentis, quia erat de liberis, & eius, in quem fit tranſmiſſio, qui ſiſr erat de liberis.eſt. n. eis hæreditas quaſi debita, & ideo de facili tranſmittitur ad eos, argu. C. de impo.lu. deſ.l.1.circa medium, & adde quod no. per gl in l.apud, quæ dicit idem in parentibus, & tene menti. geminus ergo fauor operatur in prædictis irregularem tranſmiſſionem. In ea.glo.ibi, cū antiquioribus, ibi loquitur in iure deliberandi, quod eſt annale, non in perpetua tranſmiſſione. In ea.gloſ.apud hoſtes. illud eſt propter exiſtentiam ſui hæredis, per quam fit acquiſitio ipſo iure, & licet ſit acquiſitio commutabilis, tamen tranſmittitur, facit quod no. C.de cura.fur.l.fi.ad fi. In ea.gl.ſi infanti.ſed ibi ſpeciale, cum decedit infans, vt pater adeat iure patrio, vt ibi patet. adde tamen hic, quod no.de bo.quæ lib.l.nō ſolum, in prin.per glo. Rai. & Cyn. In ea.glo.cui.ſed regulariter contra.ratio huius regulæ eſt, quia ius adeundi non eſt in bonis noſtris, vt ꝗ. ad legem Falc. pretia rerum, circa medium, & quia conſiſtit in voluntate, quæ non tranſmittitur, vt l.quæro.§ loca.nec committitur alteri, vt ꝗ.eo. Paulus, & no.in ſimili.ꝗ.de arbit.ſicuti, & adde quod habes in l. Pantonius, in prin.inf.eod.

L E X LXXXIV.

Si metus cauſa. Aditio facta per metum abſtenſionem non impedit.h.d. Arbitrium ergo, quod non eſt liberum, ſed coactum, non obligat quem hæreditati, & adde quod no. ſup.eo.l.6.§. Celſus.

L E X LXXXV.

1 *Hæres eius qui per abſentiam adire non potuit, reſtituitur in integrum ad adeundum.*
2 *Abſens debet procuratorem dimittere in actibus neceſſarijs, in voluntarijs vero actibus non tenetur dimittere procuratorem.*
3 *Procuratorem non tenetur quis dimittere in arduis, & præiudicialibus.*

Pantonius. Impeditus adire, vel bonorum poſſeſſionē petere propter iuſtam abſentiam, ſi decedit interim, ius petendi reſtitu. ad adeundum, & petendum bono-
1 rum poſſeſſionem eius hæredi relinquit.h.d.† Vel aliter, hæres eius qui per abſentiam adire non potuit, reſtituitur in integrum ad adeundum. h.d. In hoc dico aliter quam Bart.quia non dico quod reſtituatur ex perſona defuncti, in cuius perſona non fuit conſummata læſio, ſed reſtituitur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta, &c. ſecundum gl.quæ eſt in l.1. C.de reſt.mili. & etiam Bar.h.d.vel reſtituitur ex clauſula ſpeciali, qua reſtituuntur præſentes læſi ob abſentiam alterius, vt ſup.quib.ex ca.ma.l.1.vnde dicit hic Cy. quod hæres habet beneficium hic ex ſua perſona, non ex perſona defuncti. No.quod iſte Pantonius hæres inſtitutus aberat ex cauſa probabili, & donec vixit, non fuit læſus, quia præſeruauit ſibi ius adeundi, ſed læſio fuit ſolum reſpectu tranſmiſſionis, quia mero iure non tranſmittit hæreditatem non aditam. Item nec tranſmittitur ius ratificandi bonorum poſſeſſionem petitam, & ideo eſt opus remedio reſt.in integrum, & probat iuriſcon. hoc eſſe verum per reſcriptum Imperatoris. quod reſcriptum loquitur in abſentia probabili, & neceſſaria, dum loquitur in legato. Item loquitur in abſentia probabili tantum, dū loquitur in filio concluſio eſt quod loquitur generaliter in qualibet iuſta abſentia. Item loquitur generaliter, ſiue læſio ſit conſummata, ſiue non conſummata in vita hæredis ſcripti. Oppo.& vr̄ quod beneficium reſtitutionis in integ. tranſmitti nō poſſit, & arguo ſic. Ius, quod quis non habet, non tranſmittit. ſed Pantonius nūquam habuit ius reſtitutionis in integ. quia dum vixit erat tutus iure communi, ergo nihil tranſmittit. Reſpondeo, verum eſt ꝙ erat tutus iure cōi quantū ad adeundum: tñ ꝑ abſentiam læſus eſt reſpectu exercitij.i.reſpectu actus adeundi & per conſequens reſpectu tranſmittendi. iſta ergo læſio eſt hic cauſa reſtitutionis indulgendæ. & adde quod no. in l.cum quidam, in princ. ſup.eo. Vel aliter, hæres Pantonij non reſtituitur ex perſona Pantonij, ſed ex clauſula generali, quia æquum eſt eum reſtitui, ne abſentia defuncti noceat hæredi. vel aliter, hæres Pantonij reſtituitur, ne abſentia defuncti noceat hæredi, vel etiam dic aliter, hæres Pantonij reſtituitur ex clauſula, qua reſtituitur, præſens, qui læditur ꝑ abſentiam. nam alterius hæres præſens læditur ꝑ abſentiam Pantonij. Iſta tertia ſo.non placet, quia tūc eſt verum quod præſens qui læditur propter abſentiam, reſtituitur qñ læſio cōcernit ſolum ius abſentiæ, & ideo ex perſona abſen. neceſſe eſt ꝙ petatur reſtitutio, & hoc eſt qđ dicit hic Dyn. quod beneficium reſti. in integrum tranſmittitur ad hæredes ex perſona defuncti. Secundo opp.de leg.j.C.de reſti. mili. a cōtrario ſenſu. nam ibi dr̄ quod ita demum reſtituitur in integrum hæres hæredis, ſi primus hæres fuit excluſ. per abſentiam. ergo ſecus, ſi non fuit excluſ. Solu. vbi aliquis fuit excluſus, reſtituitur hæres eius ex perſona defuncti, in cuius perſona fuit læſio īchoata, & conſummata. ſed vbi non fuit quis exclu. reſtituitur hæres ex clauſula generali. & in hoc eſt differentia quæ dicit non conſiſtit in reſti. concedenda, ſed in ea petenda. Nam debet circa medium petitionis diſtingui, & vide quod ibi no per Cy. Vel ſolue quod illa l.j loquitur de rigore: hæc l. loquitur de æquitate, & ſic non obſtat. Tertio opp. iſte abſens potuit dimittere procur. ergo imputet ſibi, ſi non dimiſit, vt ſup de in integ. reſt.l.fi.& l.j. de di-
2 uer.& tempo.præſcr.† Sol.quidam ſunt actus voluntarij, & in ſic non tenetur quis dimittere procura. vt hic. quidam ſunt actus neceſſarij, tunc tenetur quis dimittere procura. vt in contrario. Vel aliter, hic non tenebatur dimittere procura. qui erat ignorans. Item quia hæreditas non adı̄ per procur. vt inſ.eo. Pau. Itē
3 quia in arduis, & præiudicialibus non tenet̄ quis dimittere procura. vt ſup pro ſoc. idemque. Quæro verum illud, quod dr̄ hic
a in abſente, habeat locum in minore, a gl.hic vr̄ dicere quod ſic, quam no. Item tenet Iac.de Are.ſup.de vul.ſub.qui dos, & l qui duos, de reb.dub. Idem tenet Iac. But.in l.j.de reſt. mili. Idem tenet Io. And.de proba.c.in præſentia.& Bar.hic, ſed Iac.de Bel in ſua diſpu. no.ꝯ & male.ex hoc nō.quod vbicunque minor non tranſmittit hæredi, qui ſui facilitate non adiuit, quod tranſmittitur in integrum reſti.& illud no.vnde regula quæ eſt in §.in nouiſſimo, quod hæreditas non adita non tranſmittitur, fallit propter iuſtam abſentiam, vbi tranſmittitur beneficium reſtōnis, per quod peruenitur ad ipſam hæreditatem. Item fallit eodem modo, vbi hæreditas eſt delata minori, quod eſt no. & reſponde ad l.ſi infann.§ 1 vbi dicit quod perinde eſt, ac ſi hæreditas nō eſſet delata, quod illud eſt verum mero iure, ſed non eſt perinde conſiderato beneficio reſt.in integ.

ADDITIO.

a In minore. Vide late Fran. Are.in conſ. 161.& Lud Ro.in conſ.58.

1 *Accuſatione pendente contra memoriam defuncti, hæres, cui liquet de innocentia, poteſt hæreditatem adire.*
2 *Negatiua iſta accuſati, vel inquiſiti, me non eſſe culpabilem, quo probetur.*

§.Rei perduellionis. Negatiua coarctata cadit in plenam cognitionem
1 per intellectū, & per ſenſum corporis, ad hoc allegatur.† Vel ſic, pen-

pendente accuſatione ꝯ memoriã defuncti hæres, cui liquet de innocentia põt hæredi.adire. In gl.non dicit ibi, ſed Hugo dicit. hæc vera. And.de Pil In ea.gl.certa die,& hora no quod ſi accuſatio,vel inquiſitio continet diem,& horam,& probatur ꝯ de illa die,& hora, quod per hoc liquet de innocentia. vnde debet
2 reus abſolui, vt no.C.qui accuſare non poſſ.l.i.ad Syllan.† In ea. gl.alibi no.qualiter probetur illa negatiua. ſ.accuſatum, vel inquiſitum non eſſe culpabilem,quia probatur probata abſentia a loco,& tempore delicti. Nam propter anguſtationem loci, & tẽporis poteſt negatiua liquide probari.vt hic, & no ſup.eo.cum falſum.& C.de contra.& conſt.optimam, in fi.& dicit hic Bart. expreſ.quod vbi in accuſatione, vel inquiſitione deducitur dies, liquido debet probari de die ſecundum Bar.

§.Pro hærede. Poteſt quis teſtando hæredi. adire, & quaſi contrahere.h.d. Et facit ad no ĩ l.hæredes pa.§.fi.ſup.de te. Vel ſic,ille qui teſtatur de re hæreditaria hæreditatis ſibi relicta,videtur gerere pro hærede,quod ẽ no. & concor. C.eo.ſi auia,& no.ĩ.ad Treb.cog.§ ſed ſi miles. Not. hic quod vltimæ voluntati quaſi contractus poteſt permiſceri.

L E X LXXXVI.

Cum demum bonis. Tũc filius vr̃ immiſcere hæditati pr̃næ, qñ extraneus vr̃ adire.h.d. Vel ſic,immixtio requirit animum,& ſine animo non procedit immixtio.h.d. In tex.inf.remoto.i.circumſcripto. No.ſuum, & extraneum æquiparari in geſtione pro hærede.Iac.de Are. & Cy.quæ regula alibi melius non inuenitur.

§.Pupillus. Reſtitutio in integrum actiones confuſas in primo ſtatu reponit.h.d.

L E X LXXXVII.

1 *Geſtio pro hærede pendet ex animo,& magis inſpicitur opinio,quam quod eſt in veritate.*
2 *Subſtantia aditionis ſtat in conſenſu, & error in dominio non impedit conſenſum,nec vitiat aditionem hæreditatis.*
3 *Hæreditas licet non habeat veram poſſeſſionem,dicitur tamen habere qualemqualem poſſeſſionem.*

1 Gerit. †Geſtio pro hęrede pendet ex animo, & magis inſpicitur opinio,q̃ ꝙ eſt in veritate.h.d.Dyn. & Cyn.
2 No.quod†ſubſtantia aditionis ſtat in conſenſu, & quod error ĩ dominio non impedit conſenſum, nec vitiat aditionem hæredi
3 tatis.†Secundo no.quod licet hæreditas non habeat veram poſſeſſionem,dr̃ tñ habere qualẽqualem poſſ. & vide quod habes in l.cum miles, ex quib.cau.ma. & vide quod no.de libe.& poſthu.in ſuis. Item not.hic qđ magis inſpicitur opinio, q̃ veritas. quod eſt verum in his,quæ perficiuntur ſola opinione: ſecus in his,quæ requirunt adminiculũ veritatis,vt ſup eum quidam. §. ꝙ dr̃,& l.inter omnes.§.recte,de ſur.& l fin de cri.expi.hæ. & de hoc tangitur hic per Dy.& facit ĩ.de hære.inſt.l.quo loco.§.ſi iã mortuo.Bar.repetit hanc l.& tractauit in ea, vtrum aditio hæreditatis inducatur per animum ſolum non declaratum per verba,nec per facta. Secundo tractauit per q̃ verba declaretur iſte animus.Tertio tractauit,per q̃ facta declaretur animus adeundi. Quarto tractauit,vtrũ per nõ facere,puta per non reſtituere dotem,vel per non reſtituere debitũ inducat̃ pr̃ſumptio aditio hæreditatis.Quinto tractauit vtrum per ponere res ĩ inuentario tutor videatur adire nomine infantis , quæ omnia vide hic plene per Bar.& vide etiam eum in l.peculium.§.ſicut, de pec.leg.

L E X LXXXVIII.

Si pupillus. Sublata cauſa fideiuſſionis per reſtitutionem in integrum, liberantur fideiuſſores . h.d.In tex.ibi,ab eo.tanquam ab hærede: & ideo reſoluta cauſa reſoluitur effectus.

L E X LXXXIX.

1 *Hæreditas non poteſt adiri per procuratorem,ſeu per miniſtrum,quia conſiſtit in actu inſeparabili a perſona, id eſt in propria voluntate.*

1 Per procuratorem. †Hæreditas non poteſt adiri per procuratorem, ſeu p miniſtrum,quia conſiſtit in actu inſeparabili a perſona.i.in propria voluntate. hoc primo. item immutatione dominij mutatur ius rei.h.d.ſecundo.& no.bene.In tex.ibi, procuratorem generalẽ, vel ſpecialem. Dyn. In tex.quia.nec ob quod fuerint caſtrenſia, quia &c. No quod aditio hæreditatis non poteſt fieri per miniſtrum,nec per organum a propria perſona ſeparatum . Itẽ quia in aditione hæreditatis non verſatur aliquid miniſterij , ſecus in bono.poſſeſ.& Trebellianica reſtitutione. & facit ſup. eodem l. aditio,quæ dicit quod aditio hæreditatis non conſiſtit in opera , & ideo nõ fit per operanũ,vel miniſtrũ, quicquid glo.dicat,iſta eſt vera concluſio. Adde tñ quod not.C.qui ad.ad bo.poſſ.l.i. Itẽ adde quod habes in l.mulier. §.ex aſſe,de iure do. tractat etiã hic gl.de intellectu l.quidã,cum ſi & dic, vt ibi. & concluſio eſt qđ hæreditas non quæritur per procuratorem,qñ eſt inſtitutus dominus: ſecus,ſi ſit inſtitutus procur.domini contemplatione.

L E X XC.

1 *Abſtenſio præſumitur ſimulata, ſi abſtinens reperitur poſtea omnia bona poſſidere, quamquam titulo per interpoſitam perſonam quæſito.*
2 *Poſſeſſio ſimulata ex pluribus præſumitur.*
3 *Mercator timens aduerſam fortunam, ſi clam fecerit donationes bonorum ſuorum, tales donationes præſumuntur ſimulatæ, nec officiunt creditoribus.*

1 Si is qui. †Abſtenſio præſumit̃ ſimulata, ſi abſtinens reperit̃ poſtea oĩa bona poſſidere q̃q̃ titulo per interpoſitã perſonam quæſito.h. d. no. Vel ſic, titulos acquiſitua clam,& gñalis poſſeſſio faciunt præſumi fraudẽ , & ſimulationẽ.h.d. Iſta l.dẽt declarari p quatuor oppo. Et primo vr̃ ꝙ fraus ſequens non tollat abſtenſionẽ præcedentem. vt i vr̃ ob. ſ. eo l.ſi ſeruum.§.fi.Sol.dicit gl.intelligas, ꝙ hic fraus præceſ abſtenſionem,ibi aũt fraus fuit ſecuta.dñt doct.ꝙ iſta glo eſt ꝯ tex.Nã ex eo ꝙ dicit,ſe abſtinuit,& poſtea dicit mercatus, apparet,ꝙ fuit poſt abſtenſionem , & ideo rñde ad ꝯ, ꝙ aut abſtentio præceſſ. vere,& non ſimulate,& tunc loquit̃ l.ꝯria,aut abſtentio præce-
2 dens fuit ſimulata,& tunc loquit̃ hæc l.† præſumit̃ autem ſimulatio ex pluribus Primo ex generali poſſeſſio.vt l.emptor.§. Lucius, quæ in fraud. cred. Secundo ex titulo clandeſtino: quia clã emit p interpoſitã.pſonã vt l.non æſtimo,de adm.tu. Tertio,qa in continenti,arg.l.ſi ventri.§.fi.de priu.cred. Secundo opp.& vr̃ ꝙ iſte qui abſtinuit,non poſſ. tanquam hęres conueniri,qa non poſſidet vt hæres,ſed titu.pro emptore. vnde vr̃ ꝯ l.i.C. de repud hær Sol.ibi emit & abſtinuit bona fide,hic in fraudem,& ſimulate,& ſic non ob Tertio opp.de l.pe.inf.tit.i.Solu.vt præcedens contrarium.Quarto opp.de lege i.C.de pact.vbi dr̃ ꝙ emptor hęreditatis non tenetur creditoribus.Sol. hic non tenetur, quia emptor,ſed quia hæres Deinde concludendo diſtingue,vt no Cyn.in d.l.i.de re.hæred. Et eſt iſta l.in argu.ad tria. Primum contra delinquentes,qui ante delictum fecerunt quandam tacitam.i.occultam vendi.omnium bonorum ſuorum. nam poſtea ſecuto delicto talis venditio tanquam ſimulata non officit fiſ-
2 co,a & præſumitur ſimulatio, quia clam, & quia poſtea reperitur poſſidere,vt l.ſicut §. ſuperuacuum,quib.mod.pig.vel hyp.
3 ſolu.† Secundo eſt argu.contra mercatorem,qui timens aduerſam fortunam clam fecit donationes bonorum ſuorum,vt tales donat.præſumantur ſimulatæ,nec officiant creditorib. Ter-
b tio eſt arg.contra poſſeſſorem,b qui metuens conueniri petitione hæreditatis,acquirit titulum a quodã,qui non habet ius nec in proprietate,nec in poſſeſſione,ꝙ talis titulus,qui præſumitur fraudulentus,non officiat agenti petitione hæred.& de hoc no. per Gul.de Cu.de per.hæ.l.cogi,quod tene menti.

ADDITIONES.

a Fiſco. De quo dic,vt plene declarat Bar.in l.poſt contractum,de do & Sal. in l.ſi quis poſt hoc.C.de bo.dam.& Pet.de Anch.in conſ.119.
b Poſſeſſore. Adde vt per Lud.Rom.in conſ.347.

L E X XCI.

1 *Nepos qui eſt in poteſtate aui, non poteſt adire iuſſu patris ſui,ſed requiritur iuſſus aui,& hoc caſu etiam debet eſſe in iudicio authoritate aui,& non patris.*

1 Filiusfa. †Nepos qui eſt in poteſtate aui, non poteſt adire iuſſu patris ſui,ſed requiritur iuſſus aui hoc dicit. & per hanc l. dico,quod nepos debet eſſe iudicio auctorita. aui. & non patris , in cuius poteſtate non eſt.In tex.patris.in cuius poteſta.non erant,ſed aui. Dyn. In tex.nihil actum.quia adierunt iubent.eo,in cuius poteſtate non erant.Dy. Et no.in hac l.quod filiusfamil. non poteſt iuſſum interponere circa id,quod
a ipſe citra iuſſum alterius non poteſt facere a ſed contra.infr. de manu.vin.apud filium, vbi filiusf.interponit auctoritatẽ circa id, quod ipſe facere non poſſ. Solu. hic eſt eadem ratio prohibet.in perſona ſua,& filij ſui,ſcilicet quia ipſe , & filius ſuus ſunt in alterius poteſtate,& iuſſ. debet fieri ab eo , qui habet in poteſtate ſup.eo.l.ſi quis mihi bo.§.iuſſus.ſed in l contraria ratio impedimenti,quæ erat perſona ſui ipſius,ſcilicet approbatio cauſę ſuę, non erat in perſona alterius , quia de facto alterius cognoſcere poteſt; non tamen pro ſuo, vt l.i. de offic. proconſul.ſecundum Andream de Piſis. Bald.

ADDITIO.

a Facere. Facit quod voluit Lud.Ro.in conſ.512. ꝙ non valet donatio facta per filium cum conſenſu patris,cum habet auum.

L E X XCII.

Pater. Error mandantis vitiat actum,vel ſic.eadem certitudo debet ineſſe iubẽti,quæ deberet ineſſe , ſi per ſe actum explicaret:& dic de hoc vt dixi ſup eo ex ſemiſſe & ratio iſtius l.eſt per l.in totum omnia,de reg.iur.

§ Mutus. Aditio hæreditatis verborum expreſſionem non exigit.h d.cum §.ſeq. Et no hæreditatem adiri nutu,& per ſcripturam.& facit quod ſi in memoriali hęredis reperit̃,quod ipſe adiuit hæreditatem,quod iſta eſt ſufficiens probatio.& facit de negoc.geſt.l.Neſennius Item in iſto §. tene menti gl quæ dicit quod duo nomina disiunctiue poſita verbo ſingularis numeri pluraliter copulantur.

L E X XCIII.

Qui ſuperſtitis. Hæreditas viuentis repudiari non poteſt.h.d.decretaliam dicit,ꝙ interpo-

terpoſito iuramento tenet renunciatio in cap. 2.de pact.lib.6.In materia feudorum dic,vt in tit.ſi de feudo controuer.fuerit,col. 10.Item facit ad no.in c.ſi quando,de preb.lib.6.

LEX XCIIII.

1 *Hæreditatis repudiatio poteſt probari per verba, & per actus,& per indicia voluntatis.*

2 *Hæres permittendo perire rem hæreditariam,videtur nolle adire.*

1 Recuſari. †Repudiatio hæreditatis poteſt probari per verba & per actus,& indicia voluntatis. h. d. No. aliquid declarari non ſolum verbis, ſed factis. & dicit hic 2 Iac.de Are. † quod hæres permittendo perire rem hæreditariam vr nolle adire,arg.l.2.C.de infan. expoſitis.& l.fin.ꝟ.pro derelicto. Bar. remittit ad no per eum in l.gerit.ſup.eo.Hec l.facit ad excuſationem libelli,qui ſic formatur. dicit talis, quod ꝯxit matrimonium cum Berta per verba de præſenti opponebatur de ineptitudine libelli, quia matrimonium ꝯhitur per conſenſum,& nõ per verba, vt ꝟ.de reg. iu.l.nuptias certe defenditur libellus,quia contrahit per verba de præſenti, i. per conſenſum, qui declara- a tur per verba a per l. iſtam cum ſua gl. ſecundum Iac.de Ra.& Cy.facit ad idem, quod no.de act.& obl.l.non figura.

ADDITIO

a verba. Et hoc idem refert & ſequitur Fran.Aret.hic.

LEX XCV.

Qui ſe. Veritas præfertur opinioni.h.d.Vel ſic.licet quis putet ſe nihil agere, tñ valet quod agit.h.d. no.ſm gl.Et eſt arg.quod ſi quis credit non ꝯhere matrimonium,quia credit eã, cum qua profert verba matrimonij eſſe coniugatam,cũ re ve- a ra ſit ſoluta, a quod illud matrimonium ꝯſiſtit de iure.Item ſi quis credit ſe pupillum,& ideo non tenere matrimonium: tñ ſi ꝯtrahit.& re vera eſt adultus,matrimoniũ tenet.& caſus eſt hic no.

ADDITIO.

a Soluto Et hanc concluſionem Bal. pro vera refert Franc.Aret.hic tenere Cyn.& Barto. & adde Fed.de Sen.in conſ.ſuo 11.de percutiente laicum credente eum eſſe clericum, quod per hoc non incurritur ſententia excommunicationis.

LEX XCVI.

1 *Hæreditatem adiens ex ſecundo teſtamento, quod putat valere, videtur primo teſtamento renunciare.*

2 *Error nocet in lucro quærendo.*

3 *Excluſio,quæ fit per lapſum termini, fortior eſt quam ea,quæ fit per repudiationem.*

1 Clodius. Clodianus.† Ille qui dat hæreditatem ex ſecũdo teſtõ.quod putat valere, vr primo teſtõ renũciare ſm Pap.& male.& ideo reprehendit a Paulo.h.d. ſm gloſ. No.quod iſte Clodianus fecit duo teſtamenta,primum vtile,ſecũdum inutile, & in vtroq; teſtõ ſcripſit eundẽ hęredem ſcriptũ. hæres putans primum teſtm̃ reuocatum per ſm de facto adiuit 2 ex teſtõ ſcdo. dixit Pap. quod non valet iſta aditio a ex teſtõ inutili, & in hoc dixit bene. Item dixit quod ſi denuo vult adire ex teſtõ, quod non poteſt,quia vr repudiaſſe. & in hoc dixit male.nam cum eſſet certus de iuribus primi teſtamenti, non potuit ex eo adiri, vel repudiari ſecundum Pau.nec ob. Paulo ſententia in contrarium lata,quia fuit male pronũciatum. & eſt ſimile.ſup.de mil. l.Aemilius. Vel dic quod fuit bene pronunciatum. Nam iudex non fuit motus ex repudiatione,ſed quia ſcriptus hæres interim deceſſerit ſecundum Iaco.quicquid dicatur de pronunciatione, ſnĩa Pauli eſt tenenda ſecundum Iac.de Ra. ſed Iac.de Are.di- a ſtinguit,aut hrs errauit in iure:& tunc eſt vera ſnĩa Papin.† quia error nocet in lucro quærendo. & eſt gl.or.in l.filium.ſup.eo.& ad hoc ſi quid in fra.pa.l.ſi patronus.aut errauit in facto;& tunc eſt vera ſnĩa Pauli ſm Iac. de Are. & ſic ſecundum hoc quis vr repudiare, quod ignorat ſibi competere iuris errore,quod non placet Iac.de Ra.& ſic intelligitur. ſup.de pet.hęr. legitima,ſm eum Idem tenet Pet.& Cyn.non ob. ꝟ.de bon.poſſ.in bonorũ, vbi nocet error iuris,& quod no.C.de iur.& fac.ign.ſi emanci- 3 pata,† quia fortior eſt excluſio,quæ fit per lapſum termini,quã ea quæ fit per repudiationem, vt infr.ad Treb facta §.ſi quis bonorum,& quod ibi no.per Iaco.de Are.Bal dicit quod excluſio, quæ fit rõne temporis,non procedit ratione voluntatis præſumptæ,ſed ratione negligentiæ. & ideo tunc nocet iuris error,quia non requiritur conſenſus: & adde quod no.in l quæ fideicommiſſ. de leg.1.Extra opponitur, & vr quod inutilis aditio cõuertatur in aditionem vtilem, vt inſ.de ꝯtabul.l. non tm̃.§.pen.Sed dic quod ibi conuertitur bonorum poſſeſſio vtilis in aliam vtilẽ. at hic inutilis aditio fuit. & ideo non conuertitur in vtilem ſecundum quoſdam,vel hic errans non habuit animum, ſed ibi habuit animum ſm Cy.In gl.ergo.ibi,ſm Io.& ſic no.quod diuerſa rõ põt mouẽre iudicẽ, quod mouerit cõſultorẽ.cũ quo habitũ eſt ꝯſiliũ de qõne iuã alia rõ mouit hic iudicẽ,quod moueret Papi.iuriſconſultũ de qõne,quod tene mẽti ſm aliã op.quia hic male fuit iudicatũ,apparet quod iudex nõ dẽt ſequi ꝯſilium,quantęcunq; auctoritatis ſit conſulens,nec debet inhærere auctoritati,ſed veritati.

ADDITIO.

a Additio. Adde And.in conſ.184.

LEX XCVII.

Quæ neptis. Contra vnum ex plurib.hæredib.adeũtẽ dant,& competunt actiones in ſolidum. h.d.Dy.&Cy.No.quod actio diuiſa inter plures hæredes per leg.12. tab.& per ſnĩam ſubſequentem,& ẽt per cau.intercedentem cohæredib. abſtentis conſolidatur in perſona vnius, qui ſolus poſſidet hæreditatem , & quod tranſit contra eum actio in factum ex re iudicata;quod eſt no & facit inſ.de re iud. ex contractu.

LEX XCVIII.

Ariſto. Si vnus ex hæredibus cõtra aditionem reſtituitur cohæredi volenti totum accreſcit.

Quemadmodom teſtamenta aperiantur. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Petenti cuilibet probabile intereſſe debet fieri copia inſpicienda,vel deſcribenda vltima voluntatis.*

2 *Qui petit copiam teſtamenti,non ſibi debet edi totum teſtamentum,ſed illa particula,quam edi intereſt.*

1 OMnibus. †Cuilibet petenti probabile intereſſe dẽt fieri copia inſpiciendæ & deſcribendæ vltimæ volũtatis.h.d. In tex. ibi,omnib.quorum intereſt. & veriſimile eſt quod calumniandi animo nõ poſtulent.Dy. verba ergo gñalia reſtringunt ad legitimos petitores, vt l.pen.ꝟ.de exti.& quod no.in l.1.§.item nunciato, de ope.no.nunci. per Iac.de Are.No.quod oĩs ille,cuius ius,vel cã pendet ex teſtõ,vel recepit aliquid adminiculũ ex eo,põt petere ſibi edi.Quæro,hic qualiter probet intereſſe iſtius petentis.dñt quidam quod probat p a iurm, a vt l.theſaurus,ad exhi.ſed Iac.de Rau. dicit quod non ſufficit iurm tm̃,ſed requirunt alię coniecturæ,vt ꝟ.ad Car.l.3 §.cauſæ.Præterea vocandi ſunt,quorũ intereſt.quib.vocatis teſtm̃ aperiri debet,ar.qui.ex cau.in po.ea.l.2.& ꝟ.de inſt.l.ſi pupillus.§.proſcribere.& rñdet ad l.theſaurus,quia ibi loquit, qñ non tẽdit ad præiudicium alienum.vnde probatur ſolo iurõ. hic autem tẽdit ad alienum præiudicium,quia de iure eius aduerſarius informatur.vnde non ſufficit iuramẽtum ſolum ſm Iac.de Rauẽ.& Cy. 2 †Adde quod non de toto teſtõ debet fieri copia, ſed de illa particula,quod edi intereſt,vt in c.contingit,de fid.inſtr.& l.fi.de preci.impe.offe.& ibi per Iac.& Cy. Secundo quæro,vtrum procurator, qui hoc petit,admittatur ad iurandum de calumnia? gloſ.ponit hic opinionem,veritas vr quod admittatur. non ob.auth.principales,quia ibi loquitur in ordinario iudicio:ſed hic non proceditur in forma iudicii, ſed de pleno officio iudicis ſecundum Dy. & glo.ſentit. & hoc eſt no.quod in iſtis petitionibus, vbi petuntur inſtrumenta edi,non eſt ſeruandus ordo iudiciorum.

ADDITIO.

a Per iuramentum. Vide Lud.Rom.in conſ.83.

1 *Contradictio vnius teſtis non impedit aperturam teſtamenti,ſed reddit ſcripturam ſuſpectam.*

2 *Teſtamenti apertura antequam fiat,debent teſtes citari,& venire ad cognoſcenda ſigilla.*

3 *Inſtrumentum quomodo poteſt reprobari per teſtes inſtrumenti.*

4 *Nuncius ſi referat ſe citaſſe,& pars negat ſe citatam,non creditur parti,ſed relationi nuncii.*

1 §.Si quis neget. † Contradictio vnius teſtis non impedit aperturam teſtamenti:ſed red- 2 dit ſcripturam ſuſpectam.h.d.† No.quod antequam fiat apertura teſtamenti facti in ſcriptis,debent teſtes citari & venire ad cognoſcenda ſigilla.& ſi aliquis ex teſtibus neceſſarijs contradicit ſigillo,redditur ſcriptura ſuſpecta.Ratio eſt, quia plenus numerus teſtium requiritur ad cognitionem, vt C. de teſti.ſi vnus.& quia iſta eſt ſcriptura priuata,quæ de facili ad ſuſpitionem adducitur,& etiam propter nimiam ſolemnitatem, quæ requiritur I teſtamentis, eſt tamen no. quod ſi iſtud ſigillum apprehenſum eſſet proprium ſigillum negan. magis præſumitur pro ſigillo, quod pro negante.ita dicit hic gl.& probatur de re.alie.non alie.diſtrahente,& extra,de proba.c.tertio loco,& extra,de appe.c.ſignificante,& ſup.de procu.l.ſi procuratorem. Sed Iaco.de Are.dicit quod ſigillum teſtis nihil operatur, niſi illud recognoſcant teſtes. vnde mortuis teſtibus ante publicationem non poterit fieri publicatio,vt C.de teſta.l.publicati.nec obſtant hic ll.allegatæ, quia loquuntur de ſigillis illius, qui principaliter obligatur, & hoc videtur probari.inf.eo.cum ab initio,& l.2.inf.eod.& C eodem.l.2.tamen ſi teſtis negat, poterit probari contra eum,quod ipſe ſigillarit ſecundum Iacob.de Rauen.& Cyn.& adde,quod not. C.de edict.diui Adria.tollen.l.edicto, in gloſ. ſignorum. Deinde no.hic,quod vno de teſtibus neceſſarijs teſtamenti contradicente redditur teſtamentum ſuſpectum. & ſic colligũt hic quidam,quod vox vnius inducit ſemiplenã probationem. Sed quid in alio inſtrumento nunquid vox vnius faciat vacillare

inſtru-

a inſtrum. Dicunt quidam, quod non, ſ. quia vox vnius quaſi vox nullius, arg. C. de teſti. iuriſiurandi. §. ſi. ſic etiam ad inſtrum. quod hic eſt ſpeciale propter maiorem ſolemnitatem, & hęc fuit opinio ſolemnis gl. cum alibi non teneat, vt C. de fal. l. ſi quis decurio, ſecundum Cy. Tu dic, ꝙ quędam ē ſcriptura quę propriam h. nitiē ex auctoritate ſcribentis, vt ſcriptura tabell. Quędam ē ſcriptura, quæ requirit adminiculum confirmationis teſtium. Primo caſu refert, aut ſcriptura impugnatur per teſtem, qui a eſt de numero, & ſubſta inſtr., & tunc vacillat, arg. iſtius §. aut per teſtem, qui eſt de numero, tamen non eſt de ſubſtantia, puta in inſtro emptionis notarius appoſuit 6. teſtes, & vnus eorum ꝯdicit, tunc non vacillat fides inſtr. propterea aut teſtis non eſt de numero, & per ꝯñs nec de ſubſtantia, quia non eſt deſcriptus in inſtro, & tunc non ſufficit vnus teſtis ad infringendam fidem inſtr., imo nec ſufficiunt duo ſm gl. ſed requiruntur ad minus 3. vt no. in l. de inuſ. ſtipu. §. item verborum. ſed Bar. hic ſm Iac. Bu. dicit duos etiam non deſcriptos ſufficere, ſi tantæ ſint auctoritatis, & ita bonæ famæ, quod ſit veriſimile, quod verum deponant: ſed ſi notarius eſſet mult. bonæ famæ, magis præſumeretur pro inſtro, & ideo ſecundum Bar. debent eſſe aduocati cauti hincinde, vt faciāt articulos de legalitate, & fama ſm Bar. per 3. autem teſtes non eſt dubium, ꝙ inſtrum reprobatur: ſed tamē ille qui reprobat, debet eſſe cautus, vt faciat articulum concludentem ꝯ illud inſtrm, & ſit articulus coarctatus in loco, & tempore. vt extra, de fide inſtr.

b Cum Ioannes Heremita. Bar. Secundo caſu principali, quando ſcriptura acquirit adminiculum viuæ vocis, tunc ſi aliquis ex illis, quorum vox deſideratur, ꝯdicit, redditur ſcriptura ſuſpecta, & ita loquitur hic. quis autem erit effectus iſtius ſuſpitionis inductæ ex vno teſte, non aperitur hic. & credo, ꝙ ad impediendū poſſeſſorium talis ſuſpitio nō ſufficiat, vt no. in l. edicto, in gl. ſi, ſi gnorum. Quid ſi teſtis non dicit non eſſe verum, ſed dicit nō recordor? Reſpōdeo ſi inſtrm eſt publicum, ſtatur inſtro: ſed ſi eſt ſcriptura priuata indigens ꝯfirmatione ex dicto teſtis, tunc non

3 ſufficeret, & hoc ſentit gl. hic. † Tertio quæro, quomodo per teſtes inſtrm pōt inſtrumentum reprobari? nā ſi quilibet dicat, non interfui, quilibet eſt in ſuo dicto ſingularis, ergo non probat. reſpondet Bar. quod nō eſt ſingularis in dicto, nec in ratione dicti, imò habet conteſtes, licet ſit ſingularis in ſenſitiua cognitione. nā hoc ſemper eſt quia per proprium ſenſum teſtis cognoſcit, non per alienum. tamen per hoc teſtis non dr̄ ſingularis, vt not.

4 C. de teſt. l. teſtium. ſm Bar. † Vltimo inducitur iſte tex. in ar. ad

c quæſtionem, ſi nuncius refert ſe citaſſe, c & pars negat ſe citatā, vtrum iſta citatio facit vacillare relationem nuncii? dicendū eſt quod non, quia in propria cauſa non ſtatur negationi, & hoc extra, de ap. cum parati. Item ſi notarius ſcripſit dictum teſtis ſub vna forma, & teſtis dicit ſe aliter dixiſſe, quam ſit ſcriptum, an credatur notario, vel teſti, & an ex hac ſcriptura notarius vacillet, Iac. de Are. dixit hoc, quod debet perpendi ex qualitate perſonarum, & de hoc per Cy. hic referendo eum, & per eundem. C. de fal. l. ſi quis decurio, quam omnino vide.

ADDITIONES.

a Quod non. Adde D. Alex. de Imol. in conſ. 44. in 4. parte.

b Cum Ioannes. Vbi vide Fel. 13. col. verſ. ſecunda concluſio, & quod ibid. dixi in apoſt. & Dy. in conſ. 46. in fi.

c Citaſſe. Vide Paul. de Caſt. in conſ. 185.

LEX II.

1 *Teſtamentum vocatur inſtrumentum.*

2 *Teſtamentum non eſt ſolius hæredis, ſed cæterorum, quibus quid eſt relictum in inſtrumento teſtamenti.*

3 *Inſtrumentum teſtamenti dicitur publicum.*

1 Tabularum. Dicit hic glo. † No. teſtamentum vocari inſtrm, & ſic actus, de quo conficitur inſtrm, appellatur inſtrm. facit C. de dona. l. 1. & ſup. de pact. l. poſtq. & de proba. l. ſi Chirographum & facit ad ſtatutū, ꝙ ꝯ executio

2 nem inſtri non poſſit opponi. † Secundo no. ꝙ teſtm non eſt ſolius hęredis, ſed cæterorū etiam, quib. quid eſt relictum in inſtro teſtamenti. dicit gl. quod eſſe alicuius ſor dr̄ dupliciter. ſ. proprietate, & vtilitate. quo ad proprietatem eſt ſolius hęredis. quo ad vtilitatem eſt quorumlibet, quorū intereſt. ſimile in cauſa vniuerſitatis, quę non ē ſingulorū proprietate, ſed vtilitate, quę redundāt in ſingulos, qꝛ ſinguli aliquod commodum percipiunt, vt dicit gl. de vſu nemoris pro beſtias hominū villę, & dicit glo. in l. ſicut, quod cui vni. no. & hoc caſu qꝛ ſinguli cōmodū perciunt.

a tur, non ſunt illi de vniuerſitate teſtes idonei. † Tertio no. quod

3 inſtrm teſtamenti dr̄ publicum ſm gl. duob. modis. Vno modò id eſt ſcriptum per manum publicam, & tunc teſtm ſcriptū manu priuata non eſt publicum, nec probat niſi publicetur, vt C. de teſta. publi. C. quemadmo. teſta. aper. l. 2. & dixi. ſ. eo. l. 1. Secundo dr̄ publicū. ſ. ad publicam vtilitatem reſpiciens, ſeu publicum fauorem habens. ſ. ſol. mat. l. 1. & J. eod. vel negare. & ita accipit hic. & ſ. de liber. & poſthu. Gallus. §. quid ſi is. in glo. que incipit, alias &c. Quęrit hic gloſſ. vtrum ille cui nihil eſt in teſtamento relictum, poſſit agere ad inſpiciendū? & dicit gl. quod ſic, vt poſſit videre, an ſit ſibi aliquid relictū, vel non. ego dico, qꝛ poteſt agere, vt edat iudici, p quē inſpiciat. an ſit ſibi aliqd relictū: ſi ſibi nihil eſt relictū, nō eſt neceſſe, q iudex adeat, cū appareat ſua non intereſſe, vt ext. de fi. inſtr. pungi. fiet ergo editio iudici, nō parti, de neceſſe dico, & ita intelligo gl. poſſet ēt eſſe caſus, ſ quo ipſa pars deberet inſpicere, puta filius prēteritus, vt poſſit agere de nullitate. & ex hoc no. ꝙ ēt non nominatus in inſtro pōt petere copiam inſtrumenti pro ſuo intereſſe, quod eſt no.

ADDITIO.

a Idonei. Vide Fely. in c. ſi licitus, el 2. in 1. col. in ver. in ca. gl. in fi. de ſimo. & Franc. Are. in l. 1. §. municeps, de acq. poſſ. & d. Alex. de Imol. in conſ. 43. in 4. parte.

1 *Teſtamentum proprie non dicitur illud, quod eſt falſum, vel nullum: idem in ſententia nulla.*

2 *Statutum dicens, quod contra executionem ſententiæ non poſſint opponi, niſi quædam exceptiones, intelligi debet proprie de ſententia, quæ eſt aliqua.*

1 § Teſtamentum. † Proprie nō dr̄ teſtm id, ꝙ eſt falſum, vel nullum, ſed improprie, & abuſiue ſic, & ideo eius editio petēt. h. d. No. hic arg. ꝙ proprie non dr̄ ſniā illa, q̄ eſt nulla ipſo iure, ſed improprie, & abu-

a ſiue a ſic. idē in ꝯctu, qa non proprie dr̄ ꝯtus ille. qui eſt ipſo iure nullus: ſm gl. diſputat de hoc in l. 1. §. 1. de pac. ꝯ & facit J. de re iu.

2 l. 4. §. condemnatū. † Et eſt arg. ꝙ ſi ſtatutū dicit, ꝙ ꝯ executionē ſnię non poſſint opponi, niſi quædā exceptiones, ꝙ ꝯ intelligit proprie de ſniā, q̄ eſt aliqua, & dixi ſ. de teſta. mil. l. diuus, & ibi per Bar. & per eundem in l. 1. §. 1. ꝙ vi aut clam. Quæro, hic vtrū pro teſtō falſo hēat locū hoc edictū? dicit gl. aut eſt teſtm falſum, ꝙ ſi eſſet verū, eſſet ſolemne. tunc hēt locum edictū. aut eſt falſum, & non ſolemne, tunc hēt locum hoc edictū. rō dūe, quia ſi eſt ſolemne, petit edi, vt aduerſarius redarguat de falſo: ſed ſi non eſt ſolemne, non pōt redargui de falſo, & ſic non intereſt petentis, nec rōne commodi, nec vindictæ ſm Bar. iſtud eſt verum, ſi vitium ſit patens: ſecus, ſi latet, vt J. de fal. ſi quis legatum. dicit hic Cy. ſm Ricar. Mal. ꝙ qꝛ eſt falſum, & nullum ēt ſi eſſet verum, ꝙ non tenet aduerſarius crimine falſi, ſed crimine ſtellionatus. & dic. vt no. Cy. de ſepul. viol. l. 1. & Iac. Bu. in l. Lucius, de inia. Secundo quærit gl. an pro teſtō imperfecto habeat locum hoc edictū? gl. dicit ꝙ ſic. & ex iſta gl. no. ꝙ tabellio cogit publicare inſtrm ēt non ſolemne. hoc dēt intelligi de imperfectione reſpectu ſolēnitatis: ſecus, ſi eſt imperfectum eo, ꝙ rogatus non fuit cōpletus, quia teſtator primo obiit, vt ſup. de teſta. l. is qui, & lex ea, de teſt. mil. l. Lucius, & l. fidei commiſſa. §. 3. de leg. 3.

ADDITIO.

a Et abuſiue. Vide quod dictum fuit ad Bart. in l. 4. §. condemnatum. infra de re iudic.

§ Si plura. Siue plures ſint ſcripturæ eiuſdem teſtamēti, ſiue plures ſcripturę plurium teſtamentorum, oīum dēt fieri editio. h. d. ſecundum coēm lec. & dicit Bar. ꝙ licet primum teſtm reuocet per ſecundum: tn̄ notarius rogatus de primo cogit de eo cōficere publicum inſtrm, & reſtituere per iſtum tex. ex hoc ſequit quod notarius cogitur conficere quodlibet inſtrm, de quo eſt rogatus, licet partes diſceſſerint ab alio inſtro, vel pœnituerint. No. ſ gl. quod pluralitas chartarum non propterea demonſtrat pluralitatem factorum.

1 *Petens edi teſtamentum debet facere fidem de morte teſtatoris.*

2 *Notarius viuo teſtatore, non debet reddere inſtrumentum teſtamenti hæredi.*

3 *Probatio præſumptiua tunc ſufficit, vbi agitur de modico præiudicio.*

1 § Si dubitetur. † Petens edi teſtm dēt facere fidem de morte teſtatoris: nam ſi teſtator

a viuit, edi non debet. h. d. † No. ꝙ viuo teſtatore notarius non debet reddere inſtrm teſti hæredi. dicit Bar. quod teſtatori deberet notarius reddere, ſicut multi faciunt, qui voluit teſtamenta apud ſe. facit ſup. de teſt. vnum, & facit C. de teſt. cumulum. Secūdo no. ꝙ debet conſtare de morte. Quæro aūt cui incumbat probatio? tex. vr̄ dicere, ꝙ affirmanti viuere. glo. dicit ꝙ eſt præſumptio, ꝙ quis viuat per centum annos. & ideo incumbit probatio neganti aliquem viuere ſm gl. & ita eſt verum quo ille, q fundat intentionem ex morte, debet probare de morte. & ſemper allegamus iſtam gl. ad hoc. Sed circa hoc quæritur, qualis probatio ſufficiat de morte? Reſpondet gl. ꝙ ſufficit probatio ſemiplena, & præſumptiua ēt per vnū teſtē. & alibi dicit ꝙ ſufficit, p famā, vt no. C. ſol. ma. ſi quidem eſt. Odofr. dicit quod aut quærit de mortuo de recenti & proximo, & tūc talem eſſe mortuū debet probari per teſtes, aut de mortuo de longinquo, tūc ſufficit

3 probari per famam. ita dicit Odofr. & Cyn. Bar. † dicit ꝙ vbi tractatur de modico præiudicio, tunc ſufficit præſumptiua probatio, vt in iſta glo. ſed vbi tractatur de magno præiudicio, tunc debet probari plene, vt C. de repu. auc. hodie & facit J. de adul.

a nuiles. §. pen. Qualiter autem teſtis reddat rationem de morte, dicit Barto. vt quia vidit eum mortuum, vel portari ad ſepeliendum.

ADDITIO.

a Morte. Vide quæ habentur per eū in conſ. 55. & in conſ. 34. in 1. vol.

dum, iſta diſtinctio Bar.eſt vera. tñ quandoque propter difficultatem probationis non exigenda tam clara probatio, vt ſi quis dicatur deceſſiſſe in partibus longinquis, vel in bello.argu.eius quod no.in l.qui ex liberis,in prin.de ſecun.tabul. & vide quod no.Inn.in c.cum cauſam,de iur.cal. Deinde habes quandam gl. quæ dicit, ꝙ in inſtrumentis debent apponi ſigna conſueta per tabellionem,& ꝙ illa poſſunt inſpici per eum,cuius intereſt,ſicut ipſa ſcriptura.facit quod no.in l.i. de pub.iu.§.item lex,& C. de aſſeſſo.l.nemo. Deinde dicit hic Iac. de Ra.ſuper verbum ſigiller, ꝙ ille cui fit copia, inſpicit,& ſcribit,& ſigillat,& ꝙ contra eum ex tali exemplo fit plena probatio ſecundum Barto.& eſt caſus C.de fide inſtrum.auth.ad hoc.

1 *Inſpectio cui conceditur, etiam lectio conceditur.*

2 *Inſtrumentum debet plene edi a tabellione cum die. & conſule.*

1 §.Inſpectio †Cui conceditur inſpectio, conceditur lectio. h.d.& eſt iſte ver.ar. quod nõ vr̃ inſpexiſſe dicta teſtium ille, qui non legit ad intellectum. vnde non dr̃ percunctaſſe quod eſt no. Allegatur etiam iſte ver.quod, quãdo conceditur alicui aliquod præambulum. conceditur & ꝙ ex eo ſequitur.In tex.ibi,inſpici no.iſtum tex in ar. ꝯ tabelliones, qui oſtendunt diem,& conſulem. quem edere non debent quod.n. a 2 non debet eum,non debet inſpici,vt tex.dicit hic.†Quæro hic ſi a tabellione hæres, vel legatarius petit inſtrm̃ teſtamenti,an debet edi eum die,& conſule.& vr̃ quod non,vt hic.Sed contrariũ eſt verũ,quia ab eo petitur.vt poſſit inde fundari probatio,quæ non poſſet fieri ſine die, & conſule. Item quia tabellio tenetur ad hoc ratione publici officij.ſicut argentarius.& ideo debet plene tabellio edere,vt l.prætor.§.1.de edend.ſupr.non ob. iſte tex. quia loquitur in eo, qui conueniebatur ratione poſſeſſionis inſtrumenti, non ratione publici officij ſecundum Bar. intellige hoc de tabellione,qui fuit rogatus de teſtamento,non de tabellione,cui eſt teſtamentum productum,vt l.1.§ diem, de edend. ſup.quia ille non debet edere diem & conſulem.

§.Vtrum autẽ Ad editionem faciendam debet cõpetens terminus aſſignari.h. d. Bal.

§.Si quis non. No hic ꝙ ꝯ eum qui confitetur ſe habere tabulas,datur hoc edictum: ſed ꝯ negãtem datur interdictum de tab.exhib Ratio dñæ eſt,quia hoc edicto tribuenitur per iudicis officium,argu.iſ. ad l.Falci.l. pen. §.ſi in quo lis non conteſtat. nec mora iudicialis ſeruatur,vt no. in rub. de interro.actio.& in confitentem dari debuit,arg ſ.de re iud.a diuis.§ pen.ſed interdictum de tabu exhib.cum ei competat actio in factum, vt inſti.de inter.§. ſi. exigit formam iudicialem,& ideo requirit contradictionem per negationem, vel allegationem cauſæ,quare non debet exhiberi,quæ facit lit.conteſt.vt l.2.in prin.de iu.ca C.& de iud.rem non nouam.

LEX III.

1 *Scriptum ſi quid eſt in charta mea, pro eo mihi competit actio ad exhibendum.*

Ipſi tamen. In gl.quia,ibi,quod eſt ſpeciale,immo dic, vt nota per Cy C.ad exhi.inſtrumenta, & 1 dixit Iac.de Rau. †vbi quid eſt ſcriptum in charta mea,non eſt dubium,quin mihi competat actio ad exhi.ſed in charta aliena, non.& ratio, quia actio ad exhib.competit ei, cuius intereſt ratione iuris,quod habet in re,vel ad rem,vel quia eſt ſibi debita, vt ſup.ad exhib.l.3.& cum literæ cedant chartæ,vt inſti. de re.di. §.literæ,non habeo ius in re,nec ad rem. ergo . &c. & ideo datur actio in factum, vt amplietur facultas probantis, vt C. de hæred.quoniam,ſecundum Iaco.de Rau. & Cyn. & adde quod no.in l.quoniam,in princ de eden. ſup.

LEX IIII.

Cum ab Initio. Ibi,cogat.Nota teſtes cogendos.& ſic eſt arg.quod Archidiaconus bene poteſt cogere doctores ad iurandum de idoneitate ſcholaris a doctorandi.

ADDITIO.

a Scholaris.Vide Fel.in c.nemo,in verſ.item opponitur, de ſimo.vbi an teſtimonium doctoris de peritia ſcholaris ſit credendum.

LEX V.

Vel negare. Dic vt dixi in l.2.in prin.ſup.eo.

LEX VI.

1 *Plures delegati ſi tulerunt ſententiam,appellandum eſt coram omnibus,ſi omnes inueniuntur, vel coram maiori parte,ſi maior pars inuenitur, vel ſi nemo inuenitur,coram honeſta perſona.*

Sed ſi maior pars. Ibi, intenta. hoc non notat miniſterium iuris, ſed accidentiã facti Din. No.in l.cum ab initio,ſuper verbo officium,ar.quod ex officio ſuo iudex poteſt mittere pro teſtibus,& recipere eos. Item ex glo.no.ꝙ licet cauſa ſit ſummaria, teſtes tñ debent eſſe citati.& iurati.adde tñ quod not.ſ.de his quib. vt indi.l. poſt legatum,§.his ve o.† 1 Secundo no.argu.ex his trib.ll. ſimul iunctis, quod ſi plures delegati tulerunt ſententiam, appellandum coram omnibus, ſi omnes inueniuntur, vel coram maiori parte, ſi maior pars inuenitur,& non omnes, vel ſi nemo inuenitur,coram honeſtis perſonis.vt l. ſed & ſi quis ex ſignatorib.ſ. eo.quod dic,vt in c. 1.de app.in clem.

LEX VII.

1 *Iudex poteſt mittere officialem ſuum ad recipiendum teſtem extra territorium.*

2 *Teſtis non debet dimittere propria facta propter aliena.*

3 *Ordo præpoſteratur propter neceſſitatem.*

1 Sed ſi quis. No. ꝙ † iudex põt mittere officialẽ ſuũ ad recipiendũ teſtẽ extra territorium. Vel dic, ꝙ dẽt committere iudici illius terræ, ꝙ recipiat iuratũ & dictum illius teſtis.& iſtud eſt verius.& dicit gloſ.no.hic ꝙ ad officium iſtius iudicis recipientis non pertinet aliud, q̃ ipſa receptio,reliqua.n.debẽt expediri p ipſum cõmittentem,qđ eſt no.†Secundo no.ꝙ nõ dẽt teſtis dimittere ſua facta pp aliena.& ꝙ officiũ teſtis non dẽt ſibi eſſe dãnoſum. Tertio nõ teſtes hñt publicum officium.ſ. auctoritate, non adminiſtratione.Nã tũc mulier nõ a poſſet eſſe teſtis, a ꝙ eſt falſum rñ,vt ſup.de teſta l.qui teſtã §. 3 mulier. ppea dicit ſane intellige ſm Cy.† Item no.hic pp neceſſitatem ordinem præpoſterari,vt ibi dum dicit,tunc deinde. &c. & ſic ſ.de inſti.teſt l.ſi quis filio,verſic.niſi forte.& hoc faciunt iudices frequenter, quando periculum eſt in mora,quia incipiunt a præcepto, & poſtea iuſtificant ipſum per examinationẽ cauſæ,vt no.in l.pupillo.§.memi.de ope.no.nunc.

ADDITIO.

a Teſtis.Vide eundem Bald.in l.ſcio.ſupra de teſti & quod ibidem dixi in apoſtill.

LEX X.

Si in duobus Ibi,illud. quod fit naturaliter, perinde eſt ac ſi fieret hominis artificio.& allegatur ad quæſtionem de equo per ſe currente ad brauium ſecũdum Cyn Si tabulæ.no.quod admittitur interdum incerta petitio, tamen non admittitur incerta probatio,nec incerta condẽnatio & ideo no.in l.1 §.ſi quis argentum,depo.

LEX XII.

a Si quis No. quod non dicitur percunctatus dicta teſtium, qui vidit exemplum,niſi viderit originale.a

ADDITIO.

a Originale.Quod dictum ſingulare ſequitur Ang. in l.præcedenti,& Lud. Ponta.in ſing.ver.teſtes publica.& ver.poſt dicitis,& limita vt ſing.per lo.de Imo hic.quod verum,niſi copia ſit manus eiuſdem notarij.

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Relicta ex teſtamento, non debentur ab inteſtato regulariter.*

1 PRætor voluntates. Not. quod prætor tuetur voluntates defunctorum.†Secundo no quod relicta ex teſtamento non debentur ab inteſtato regulariter. fallit propter fraudem ominen. ex teſtõ, & detinenitum ab inteſtato & hoc ſtatuit edictum prætoris.& adde quod no.ſup in rub.vbi dr̃, quod pp tria inducitur hoc edictum.alij dicunt quod propter vnum:ſed alia duo venerũt extẽſione iuriſconſultorũ,nõ ex iure.

§.Quid ergo. Ibi,compellendus. No ꝙ compellẽdus eſt ſeruus obedire domino.& iſta compulſio nõ vitiat aditionem,quia eſt compulſio probabilis,& neceſſaria propter inobedientiam ſerui,vt no.C.de hær.inſt. cum proponas. Item no. quod dominus non poteſt prætendere inobedientiã ſubditi,quia habet ius cogendi de facto.tamen quandoque reſtituitur, vt inf.eo.l.excuſatus.

§.Sin autem. No.quod ignorans non dicitur fraudem committere,niſi ſimulet ignorãtiam. Et dicit Cy.no.quod ſcientia,non ignorantia obligatur.vbi tamen quis tenetur ſcire,ibi ignorantia præſumitur ſimulata, vt hic,& in l.quod te,ſi certum per.& facit ad quæſt terminus non currit ignoranti: tamen ſi quis ſimulet ignorare,quod debet ſcire hoc ſibi non patrocinatur.

§.Si proponatur. Teſtator vulgariter ſubſtituendo videtur dare licentiam omittendi ex inſtitutione.h.d.In tex.& ſubſtitutus cohæredi,vel ſibijpſi cauſa mutata.Cy.& facit iſte §.ad no.in l.Pap.§.quarta, de inoffic.teſtam.& de lib.& poſthu.l.ſi filius hæres.

§ Sui ſunt. Suus hæres eſt ipſo iure hæres, & de iure ciuili tenetur ex teſtamento;ſed de iure prætorio ſi omittit ex teſtamento. non tenetur ex teſtamento, ſed ex hoc edicto hoc dicit. In tex.ib . facit.quo ad ius ciuile. No.iſtum §. qui facit quod filius ſit hæres ipſo iure,& reus creditorib. quod dic vt ſ.de acquir.hære.neceſſarijs.Secundo no.quod filius abſtinens ex teſtamento, venit ab inteſtato per ius prætorium. q.d ꝙ per ius ciuile non poſſit adire ab inteſta. cum eo iure ſit hæres ex teſtamento.Cy.de hoc dic,vt l.qui ſe patris. C.vnde libe.

Conditio

1 *Conditio poteſtatiua non cenſetur conditio.*

1 **§. Qui ſub conditione.** †No. quod condõ poteſtatiua non cenſetur conditio. & argum. huius §. dicit alibi Gul. quod ei, qui eſt creditor ſua conditione poteſtatiua, quæ pendet ex ſua libera poteſtate, ita currit præſcriptio, ac ſi creditum eſſet purum. Sed gl. dicit quod iſte tex. habet locum quo ad hoc edictum, nec habet locum alibi. Extra opp. contra iſtum §. & videtur quod iſte §. ſtare non poſſit. nam iſte ab inteſtato adire non poteſt, niſi prius repudiauerit ex teſtamento, vt ſup. tit. 1. illud, & l. necis. §. hæres. ſed repudiare non poteſt pendente conditione, vt ſup. de acquiren. hæredi. l. is qui hæres, &c. Reſponde quædam eſt conditio, quæ non requirit actum extrinſecum; & talis non ſuſpendit actum, vt ſi volueris. & habetur pro pura, vt hic. Quædam requirit actum extrinſecum, vt date Io. & ſimilia, & talis ſuſpendit actũ, vt in contrario. Cy. tu dic, vt no. ſup. de hære. inſti. iam du. & l. Cornelius. & adde quod no. ſup. ead. l. ſi quis ſub conditione. Extra no. ex iſto §. arg. quod licet teſtator ponat conditionem poteſtatiuam; non tamen videtur permittere abſtinere. alias iſte §. non videtur procedere, vt ſup. ea. l. §. ſi proponatur, & adde inf. eo. l. quia autem.

1 *Ille dicitur in fraudem poſſidere, qui non poteſt iuſtam cauſam ſuæ poſſeſſionis oſtendere.*

§. Non quęrimus. Colorata, vel improba poſſeſſio non eſt melioris conditionis, quam ea, quæ habet iuſtum titulum. Item vbi non eſt fraus,
1 ceſſat hoc edictum. h. d. vſque ad ver. & non poſſideat.† No. qđ ille dicitur in fraudem poſſidere, qui non poteſt iuſtam cauſam ſuæ poſſeſſionis oſtendere. No. quod quælibet poſſeſſio ſine iuris, ſiue facti, dummodo ſit gratuita poſſeſſio, aſtringit vniuerſalem poſſidentem ex hoc edicto. Item no. quod habẽs alium tit. probabilem, & iuſtum, excuſatur a fraude. & facit infra de di. & & tempo. præ. l. an vitium. §. ex facto. Item no. quod ſufficit primum hæredem adire, vt legata habeantur, licet hæres hæredis non adeat, vt hic ibi, ſed ex cauſa, &c.

1 *Paria ſunt poſſeſſionem dimittere, & in fraudem non incipere poſſidere.*

§. Etſi non poſſideat. Qui in fraudem deſinit vel omittit poſſidere, vt alius poſſideat, tenetur hoc edicto. h. d. In tex. ibi, incipere. ſed vt
1 alius prædo poſſidet.† No. hic ibi, non minus delinquere, quod paria ſunt poſſeſ. dimittere, & in fraudem non incipere poſſidere. & eſt optimum argu. quod ſicut priora beneficia vacant per
a poſſ. ſecundi a beneficij, ita vacant, ſi poteſt adipiſci poſſeſ. ſecundi beneficij, & non vult, quia ſunt paria.

ADDITIO.

a Secundi. Adde Lud. Rom. in conſ. 355.

---

§. Si quis per. Qui accepta pecunia a legitimo, omittit hæreditatem in fraudem, tenetur ad pręſtationem legatorum. h. d. & per hoc quod dixi accepta pecunia, ſoluuntur omnia contraria. In tex. ibi, omiſerit accepta pecunia: alias non conueniretur, vt inf. eo l. ſi quis. Dy. In tex. ad legitimum. qui poteſt ab inteſtato venire. Dy. In tex. perueniat. No. quod verbum perueniat, eſt directum. In tex. tenebitur. ſ. omittens excuſſo primo legitimo, qui tenet bona, inf. l. proxima. Dy. Cy. & hic adde l. ſi quis ſup. de exc. tuto.

LEX II.

1 *Hæreditatem deuolui faciens ad ſubſtitutum accepta pecunia, vel in fraudem, tenetur ad præſtationem legatorum, excuſſo primo ſubſtituto, eodemque poſſeſſore.*

2 *Oppoſitorum natura eſt, vt ſe inuicem perimant, non vt inuicem ponant.*

3 *Excuſſio vbi eſt neceſſaria, ibi ſunt neceſſaria duo iudicia ſubordinata.*

1 **Licet.** † Qui accepta pecunia facit hæreditatem deuolui ad ſubſtitutũ, tenetur legatarijs excuſſo primo ſubſtituto eodemque poſſeſſore. h. d. Et no. in iſta l. fraudulentum
2 habere beneficium ordinis & excuſſionis. †In tex. hæreditatem, quia natura oppoſitorum eſt, vt ſe ad inuicem perimant, non vt
3 inuicem ponant, vt ſup. de acq. hær. ſuit quæſtionis. † No. in iſta l. quod vbi neceſſaria eſt excuſſio, ibi ſunt neceſſaria duo iudicia ſubordinata. & eſt arg. contra illos, qui dicunt quod pendente iudicio hypothecariæ poteſt fieri excuſſio. nam hoc non videtur verum, cum ſit præpoſtere actum, arg. huius l. ſed ipſi dicunt ꝙ excuſſio venit per modum cuiuſdam declarationis, quæ poteſt fieri pendente iudicio, arg. de pig. act. ſi rem. § fi. In glo. abundat. hæc vera. In ea. gl. bono modo. vel hic non fuit precium hæreditatis, ſed omiſſionis ſecundum Iac. de Are. & And. de Piſ.

LEX III.

Si pecuniam. Si inſtitutus, & ſubſtitutus omittãt participata fraude, tenetur vterque legatarijs. h. d. In tex. ibi, ipſe. ſ. inſtitu. Dy. in tex. veſtrum. non ob. ſupra in l. 1. §. ſi proponatur, quia illud debet intelligi non interueniẽte colluſione. nam teſtator non videtur permittere, vt colludatur, vt hic. No. etiam in l. noſtra, quod ſubſtitutus colludendo ac dando pecuniam inſtituto pro repudiatione, non dicitur adire ex ſubſtitutione vulgari.

LEX IIII.

Si quis pecuniam. Nimia gratia ęquipollet ſimoniæ ad hoc allegatur. æquipollet tamen quo ad quid non per omnia, vt hic patet. In tex. ibi, dum vult præſtituit. i. dum vult deferre. & gratiam facere. In tex. ibi indignandum. No. quod lex indignatur, quando voluntas defuncti circumuenitur. In text. ibi. actioni. ſcilicet, ex teſtamento pro legato. In tex. ibi, poſſeſſionem. qui participauit in fraudem. No. quod qui facit gratis, non tenetur, vbi ille qui facit accepta pecunia, tenetur.

§ Quamquam. Legatarius cuius fraude eſt repudiata hęreditas, tenetur ad pręſtationem fideicommiſſi a ſe relicti. h. d. In tex. ibi, omittatur hæreditas. intellige de tali legatario, qui potuit ſuccedere, cui ſucceſſit ab inteſt. ſecundum Iac. de Are. & Cy.

§. Si quis. Qui vendit hęreditatem non tenetur tanquam fraudulentus, ſed tanquam verus hæres. hoc dicit. Vel dic, ex capite, quod conſiderat fictionem, non debet agi contra illum, qui poteſt conueniri ex capite, in quo veritas ipſa repræſentatur. hoc dicit.

LEX V.

Excuſatus. Nõ dr̃ fraudem committere, qui fraudem excludit, nec qui facit quicquid poteſt, cũ plus non poſſit. h. d. In tex. per quemcunque caſum. puta quia erat in fuga, de con. ſi. l. emp. quo ſæpe. §. ſi quis amico.

LEX VI.

1 *Fraus non excludit Falcidiam.*

2 *Teſtator licet formaliter ſibi prouideat ab inteſtato, non propterea dat licentiam abſtinendi ex teſtamento.*

Quia autem. Licet legata ſint repetita ab inte. non vt̃ ꝓpterea per teſtatorem permiſſa licẽtia abſtinendi, niſi permittatur nominatim, & legata quæ debentur tanquam ex teſtõ, prius ſunt ſoluenda. quam ea, quæ debentur tanquam ab inteſtato. h. d. no. gl. vero alleg. hunc tex. in hac forma, quod ponitur in grauamine, non releuat h. d. quod eſt arg. ꝙ cum clauſulæ non obſtantium, quæ ponuntur in literis Papę, ponuntur ad grauandum, & affirmandum gratiam, ꝙ nũquam operantur diminutionem, ſeu leſionem. In tex. ibi, legata. i. relicta tanquam in teſtõ Dyn. In tex. ex ſuperfluo. dodrante. Di. In tex. ibi, fideicommiſſa. i. relicta tanquam ab intest. nam teſtator quædam reliquerat ex teſtõ, & quædã alia ab inte. In tex. ad omittere ex teſtõ hæreditatis. Dy. No. ꝙ ſi teſtõr quædam legata reliquit ex teſtõ, quædam alia fideicommiſſa ab inteſt. & hæres inſtitutus in fraudem legatorum adijt ab inteſ. ꝙ tenetur ad legata teſtamenti ex hoc edicto, ad legationem inteſtati tenetur mero iure ſine adminiculo huius edicti. & modus ſoluendi iſta relicta eſt, vt cauſa teſtati pręcedat in executione cauſam inteſta-
1 ti, Falc. ſemper ſalua. † Secundo no. ꝙ fraus non excludit Falci-
2 diam. † Tertio no. quod licet teſtator formaliter ſibi prouideat ab inte. non propterea dat licentiam abſtinendi ex teſtõ. ex quo collige quod clauſula inteſtati nullo modo impedit exiſtẽtiam ſui hæredis ex teſtamento. Item no. quod aliud eſt loqui conditionaliter, aliud permiſſiue, vt in ver. plane.

§. Quid enim. Ordo Iul. habet locum, vbi in agendo concurrit cauſa teſtati, & inteſtati: ſed vbi ſola cauſa inteſtati inſpicit omnes, legatarij, ſeu fideicõmiſſarij ſunt æquales. h. d. In tex. ſuſpitio. no. colluſionem probari per ſuſpitionem, & indicia.

§. Sin autem. Ad euidentiam præmitte quod habes ſup. eo. l. 1. §. non quærimus.

§. Non ſimpliciter. Vbicunq; ſit mentio de cauſa, ibi cauſa eſt inſpiciẽda, & examinanda. concord. ſup. de tranſ. l. cum hi. §. ſi prætor.

§. Si patronus. Factum bona fide a Princ. ratione caſus emergentis non debet reputari factum mala fide. ad hoc allegatur. caſus emergens fuit hic, & per ius accreſcendi tota portio cohæredis peruenit ad patronum, qui prius ſine fraude repudiauerat.

LEX VII.

Quidam Titium. Pręlegata per hoc edictũm nõ conſeruãtur. hoc dicit. Vel ſic. participans in fraudem non agit ex fraude.

LEX VIII.

Si quis ſub conditione. Illud, quod venit per modum conditionis, obligationem non parit. & per conſequens peti non poteſt. h. d. Et no. de condi. & demon. a teſtatore. In contra. facit de leg. 1. fideicom. §. cum eſſet. ſed ibi video, quia verba executiua conditionis relata ſunt ad poteſtatem eius, cui debet impleri. vnde habet implicitam diſpoſitionem: ſed hic loquitur in mera conditione, quæ non habet diſpoſitionem implicitam.

LEX X.

Si non ſolus. Poſſidens cum doloſo in fraudem creditorum conuenitur ſimul cum eodẽ. h. d.

In

In tex. aſpernari. Nota. quod non debet quis dedignari ſentire damnum, vnde ſentit lucrum. In tex. hoc autem. ſ. vt vterque teneatur pro parte. Dyn.

§. Cum ſubſtitutus. Si inſtitutus, & ſubſtitutus repudiant in fraudem legatorum, non poteſt ſubſtitutus petere legata relicta ſibi ab inſtituto h. d. Nec ob. J. eo. in teſtamento. §. ſi. quia ſibi ſubſtitutus repudiauit bona fide, hic in fraudem, & J eo. quidam Titium. In tex. J. vniuerſa. No. quod ille, qui repudiat vniuerſum, non debet admitti ad partem vniuerſi.

§. Si duo. Si inſtitutus, & ſubſtitutus repudiant in fraudem legatorum, vnuſquiſque tenetur ſuis legatarijs in ſolidum, & interdum ſubſtitutus tenetur omnib. In tex. vtraque. no. hic de iſta dictione, & ſup. man. creditor. §. duobus. No. hic tres caſus, aut poſſidet inſtitutus, & ſubſtitutus, & loquitur principium, & finis. aut poſſidet ſolus inſtitutus. & loquitur ver. ſed vtrum. vſque ibi. item ſi ſolus, aut poſſidet ſolus ſubſtitutus, & loquitur ver. item ſi ſolus vſque ad ver. nam ſi ambo.

§. Si ab inſtituto. Si inſtitutus, & ſubſtitutus repudiant in fraudem legatorum, & vterque poſſidet, legatario vtriuſque vterque tenetur in ſolidū: ſed debet alter eligi. hoc dicit & continuatur cum §. præ. quod ibi erant diuerſi legatarij inſtituti, & ſubſtituti, hic idem legatarius ab vtroque. Bal.

§. Heredem. Ex dolo defuncti deſcendit obligatio in hæredem, ſi in hæredem deſcendit res aliqua: ſecus, ſi nihil in eum deſcendit. In tex. niſi propter dolū. ſolum ſine aliqua rei præuentione.

L E X XIII.

Et ſi non totam. Etiam minima poſſeſſio idē operatur quod vniuerſalis poſſeſſio. quod eſt no. iſta l. eſt arg. quod ille, qui non poſſidet omnes res beneficij, ſed aliquas res illius beneficij, intelligatur eſſe in poſſeſſione beneficij.

L E X XIIII.

Si quis omiſſa. Licitum eſt omittere hæreditatem, nec poteſt quis cogi adire, niſi per fideicommiſſum vniuerſalem. hoc dicit. In tex. ibi, hæreditatibus. id eſt, in vniuerſali fideicommiſſo. In tex. beneficium, ſcilicet cogendi hæredem adire. Bald.

L E X XX.

In eadem. Legatarius inſtituti, & ſubſtitutus non debent in eadem re concurrere, nec faciunt ſibi partem per concurſum, quod eſt no. In tex. vendicabit. No. quod dominium tranſit recta via legatorum, quæ conſeruantur ex hoc edicto.

L E X XXI.

Si filius. Pater ad quē peruenit hæreditas ratione patriæ poteſtatis, tenetur ex hoc edicto. h. d.

L E X XXII.

Si in teſtamento. Per hoc edictum non conſeruatur directa inſtitutio. h. d. & probatur hic aperte ꝙ inter cohæredes nulla eſt naturalis obligatio, contra gl. quæ eſt l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ignor. quę male loquitur. In iſto etiam prin. inſtitutio eſt etiam minus fauorabilis, quam ſint legata. Item probatur hic quod iſta verba abſolute prolata, ſi hæres erit, intelliguntur obtinere ex teſtamento, non ab inteſtato. In tex. cum enim. No. optimam rationem ſecundum And. de Piſ. In tex. pure dare ad hāc rationem facit l. ſeruus alienus, cum l. ſeq. ſup. de cond. inſti. In tex. ibi. quare ſupra eſt inſtitutio ſola, hic fauor libertatis cum inſtitutione concurrens: tamen idem eſt vtrobique.

§. Si quis hoc. Subſtitutus omittens iuſta ratione, nō in fraudem, petit legata ſibi data ab inſtituto, qui repudiauit in fraudem hoc dicit. In tex. ibi, implicari. No. quod qui repudiauit vniuerſi. poteſt alio iure venire ad partem vniuerſi.

L E X XXIII.

Si filius. Soror quæ cōuenitur ad legata hoc edicto. quia cenſetur hæres teſtamentaria, non confert dotē. hoc dic fauorabiliter. Eodem ergo priuilegio nititur fictio, & veritas. vnde fictus hæres ex teſtamento habet priuilegia veri hæredis, vt non conferat. Nec dotem. no. quod introductum contra me poſſum inducere pro me ad retentionem. ad quod l. ſi filius. §. ſi. de interrog. act. Iac. de Are.

L E X XXIIII.

1 *Dolus tutoris nocet pupillo, quatenus ex eo peruenit ad pupillum.*

1 Si dolo. † Dolus tutoris nocet pupillo, quatenus ex eo peruenit ad pupillum. h. d. & habet gloſ. quæ non eſt alibi. & præmitte ad euidentiam, quod omittens ex teſtamento, & adiens ab inteſtato minimam rem poſſidendo tenetur in ſolidum, quod a te relictum eſt, vt ſup. eo. & ſi non totam. hoc fallit in minore, qui omiſit dolo tutoris, qui non tenetur, niſi quatenus poſſidet. h. d. hæc l. ſecundum Cyn. In tex. perinde. dat tamen cum quodam temperamento fauore minoris ætatis. Gloſ. opp. de l. nec interdicto, de regu. iur. ex dolo tutoris non tenetur pupillus. Reſpon. gl. aut dolus tutoris incidit delicto, aut contractui, aut alicui actui, qui nō eſt delictum, nec contractus. Primo caſu loquitur l. contraria. Secundo loquitur l. illud, de eui. & l. Polla, quæ loquitur in iudicio, vbi quaſi contrahitur. Tertio caſu loquitur hic. ergo iſte tertius caſus eſt, quando dolus incidit quaſi contractui, quia adeundo ab inteſtato quaſi contrahit, vt l. apud Iulian. qui. ex ca in poſ ea. Vltimo dic, vt, no. in l. meminerint. C. vnde vi. & de ſacroſan. eccl. l. iubemus.

L E X XXVI.

r *Honor eſt commodo præferendus.*

a *Honeſtum bonum, præfertur bono vtili.*

1 Iulianus. † Honor eſt commodo præferendus, & qui nō præfert, reputatur doloſus. h. d. iſta l. etiā dicit, quod pater non debet honorem ſuum dare filio: imò debet ſe ipſum præferre filio. Item dicit hæc l. quod onus inſtitutionis eſt titulus honorabilis valde. & concor. quod no. in l. filium. inf. de leg. præ. Iſta l. etiam in ver. denique, dicit quod qui honorem ſuum præfert, eſt laudandus, non vituperandus. In tex. vt arbitrium. in fraudem legatorum. In tex. ibi, aliena etiam filij ſui In tex. denique hic conuertit terminos, quia ſup. pater erat inſtitutus filia ſubſtituta: hic econuerſo. In tex. contra votum parentū eſt ſibi quærere, & tandem in morte relinquere filio, nō autem per prius, vel pariter quærere filio, quam ſibi. vnde dicit hic Iaco. de Rauē. quod pater emit aliquos reditus pro ſe. & filio, quod cū pater viuit, omnes reditus ſunt patris, & poſt mortem patris filij, arg. huius literæ, & idem Cyn. No. etiam in hac l. quod datio ſubſtituti vulgaris non confert arbitrium iniquum, vel inhoneſtum, ſed honeſtum ſic. Vltimo no. † quod honeſtum bonū
a præfert bono vtili vnde Seneca. ꝙ nihil eſt bonum, niſi honeſtum.

L E X XXVII.

Mater. Mater omittens propriam inſtitutionem, & adiens ex ſubſtitutione filiæ præſumitur in dolo. h. d. Vel ſic, non videtur pater in dolo, qui non vult filium emancipare, ſed potius ab inteſtato poſſidere. & intellige quod filius erat inſtitutus ſub conditione emancipationis.

L E X XXVIII.

Si ſeruum. In itinius iſte § allegatur, quod fideicommiſſum vniuerſale conſeruatur per auctorem
a ex cauſa, ſicut conſeruantur a hoc edictum ſecundum Oldr. & de hoc no. ad Treb. ita tamen. §. quotiens.

A D D I T I O.

a Conſeruatur. An. in conſ. 183.

L E X XXX.

Qui omiſſa. Poſſeſſio tituli inter viuos non pertinet ad hoc edictum. & iſta l parua eſt gloſſ. Iſtius totius libri.

Ad Syllanianum. *Rubr.*

L E X PRIMA.

1 *Iniuria quæ infertur alicui ad domum, maior eſt, quam ſi alibi inferatur.*

CVm aliter. Quæro in qua ſignificatione ponat hoc vocabulum domus? dicit hic ꝙ ponit in materiali ſignificatione. ſ. pro domo, quæ debet eſſe tutiſſimum refugium cuique, vt ſ. de
1 in ius voca. plerique, de iniu. lex Corn § domo. † Nam maior eſt iniuria, & grauior, quæ infertur alicui ad domum, q̄ ſi alibi inferat, vt ibi patet. Iaco. de Aret. exponit domus, i. agnatio. vnde illi dicit de eadem domo, qui ſunt in eadem agnatione. facit. C. ſi rector prouin. & C. ſi quacunq. prædi. ptāte, & quod ibi per Cyn. hæc expoſitio non placet hic, quia non cuilibet de eadem agnatione proſpicitur per ſenat. vt J. patet. & ideo exponitur tertio domus, i. familia ſimul habitans ſm Bar. facit ſ. de excu. tut. diximus §. ſi & l tria onera, de ali. & cib. leg. cum vnus, in prin & inf. eo. l §. ſi iur. & facit ad ſtatutum, ꝙ illi de domo compellant ad ſoluendum condemnationem, ſi aliquis de domo condemnetur, de quo Bar. remittit ad notata per ſe in l. prōnunciatio, de verb. ſignific.

§. Domini appellatione. No. hic quod nomen domini verificatur etiam in nuda proprietate. concor. inſ. de verbo. ſign. recte dici. & ſic no. pro libello, in quo quis dixit ſe dominum, quod ſufficit ſibi probare nudam proprietatem. ad hoc facit l. indebiti. §. ſed ſi nummi, de cond. indeb.

§. Qui ſeruum. Bonæfidei poſſeſſor non cōtinetur appellatione domini, nec vſuſfructuarius, licet dicamus quod vſufructuarius habeat dominium vſuſfructus formalis Et dicit hic Bar. ꝙ bonæfidei poſſeſſor hr̄ loco domini in hoc, vt non poſſet ſe negare dominum: ſed non in hoc,

hoc, vt poſſit agere tanquam dominus, facit ad ſta. de inſultante
aliquem in re alterius, quod non ſufficit probare de poſſeſſio-
a ne. facit ſup. de rei. l. 2. §. locum.

ADDITIO.

a De poſſeſſione. Vide d. Alex. de Imol in conſ. 5. in 4. p. r.

---

1 *Stante ſtatuto, quod ſi quis de magnatibus occidit popularem, quod eius bona deuaſtentur, non deuaſtabuntur bona obligata, ſi aliquem occiderit.*
2 *Creditores præferuntur pœnis fiſcalibus.*
3 *Vxor quæ habet omnia bona mariti pro dote obligata, poteſt defendere quod non fiat vaſtum in aliqua re mariti.*

a **§. Seruus.** †Inducitur ad q̃ő. ſtatuto cauetur ꝙ ſi quis de
magnatib. occidit popularem q̃ő omnia ſua
bona deuaſtentur. modo quæritur, an occidendo deuaſtabuntur
bona obligata? hic eſt arg. quod ſic ſecundum Iac. de Aret. nam
hic ſeruus pignoratus torquetur, & etiam ſupplicium de eo ſu-
mitur, non obſtante ꝙ ſit pignoratus. Cy. dicit ꝙ de hoc eſt ma-
2 gna q. & non dicit plene. Bar. tenet ꝫ, †quia creditores præferunt
pœnis fiſcalib. vt C. de poe. fiſc. creditores præferri. l. 1. lib. 10. & de
iu. fi. quod placuit non ob. iſte § quia hic loquitur in re pignora-
ta, in qua vindicta exercetur pp delictum ipſius rei, quia erat res
animata. erat enim ſeruus, qui deliquerat. ſed propter delictum
tertij non poſſet generari præiudicium creditori ſecundum Bar.
3 ſi hoc eſt verum, ſequitur † quod vxor, quæ habet omnia bona
mariti obligata pro dote, poteſt defendere, quod nõ fiat vaſtum
a in aliqua re mariti: quod eſt menti tenendum. a

ADDITIO.

a Tenendum. Adde Lud. Ro. in conſ. 128.

---

1 *Ille qui eſt ſub eodem tecto, & poteſt opem ferre, & non fert, non punitur.*

§. Serui appellatione. Iſte §. allegatur quod in
legatis conditio exiſtens
non trahitur retro, contra no. per Dyn. in c. 1. in fi. de re. iur. lib. 6.
ſm Bart. In tex. ibi, ne videantur. no. hic verbum, quod excludit
etiam fictionem, vt non fingatur retro ſecundum Barto. In tex.
ſed ex eo. Ille, qui ſtatim eſt manumittẽdus, hr̃ pro manumiſſo.
& ſic eſt arg. quod qui eſt rebanniendus, hr̃ pro bannito, vt non
poſſit offendi, quod no. In tex. ibi, poſſe offendi. eſt quædam puni
tio. vnde tex. valde facit ad hoc argu. & no. non eſſe feſtinandum
a ad tormenta. † In text. ibi, ſub eodem tecto. no. quod qui eſt ſub
eodem tecto, & poteſt opem ferre, & non fert, non punitur. ſic
enim exponitur eodem tecto. .i. ſi ſit in tali loco, quod potuit o-
pem ferre. & facit iſte finis huius §. quod ſi video duos rixantes
adinuicem, & poſſum opem ferre, ne vnus occidat alium, & nõ
facio, quod quamuis occidat alium, quod non teneor. & hic eſt
caſus pro hoc gl. in l. culpa, de reg. iur. & notatur per Dy. in cap.
non eſt ſine culpa, de reg. iur. lib. 6. Bar. Item ex iſto tex. apparet,
quod licet aliqui ſint in eodem loco, & hoc probetur, non per
hoc probatur, ſi vnus committit maleficium, quod alter ſit par-
ticeps maleficij, vel fautor, niſi probaretur aſſociatio, vel quod
a ſteterit cum eo armatus, a vt no. Inno. in c. continentiam, de cle
rico percuſſore.

ADDITIO.

a Armatus. Adde d. Alex. de Imol. in l. is qui opem, de fur. vbi dicit verum, etiam ſi ſtat a longe. & adde eundem Bal. in l. non ideo. 4. col. C. de accu. & in l. 1. 2. col. C. de ſer. fu. & in l. raptores, in x. colũ. ver. vnum ad ſe, C. de Epiſc. & Cler. & in tit. de benef. fra. in 1. c. per illum tex. & Lud. Roma in conſ. 117. & Fely. in c. ſicut dignum, circa med. 2. col. de homi.

---

§. Domini appellatione: Facit pro pluribus
dominis vnius ca-
ſtri, qui habent plures vaſallos indiuiſos, vt quilibet domini ap-
pellatione contineantur ſecundum Bar.

LEX II.

1 *Pœna quæ imponitur vaſallo, ſi offendat dominum, illa imponitur ſi offendat filium, vel nepotem eius.*
2 *Caſtrum patris prodeſt filiis, & nepotibus, ſiue ſint in poteſtate, ſiue emancipati.*
3 *Stante ſtatuto, quod ſi quis inſultauerit aliquem ad domum ſuam, puniatur tali pœna, quod inſultans filium ad domum patris ſui, dicatur inſultare filium ad domum ſuam, idem in vxore.*
4 *Statutum recipit interpretationem probabilem, & neceſſariam.*

Domini appellatione. Ibi, filijfa. arg. quod ſi-
cut vaſalli tenentur iu-
uare dominum, & ita filios, vt hic, & vxores, vt inf. ead. l. §. ſi iur.
1 idem dicit Cy. † Item no. hic arg. quod illa pœna, quæ imponitur
vaſallo, ſi offendat dominum, illa imponitur ſi offendat filium,
2 vel nepotem eius ſecundum Bar. † Item eſt arg quod libra, ſeu
caſtrum pr̃is proſit filijs & nepotib. ſiue ſint in poteſtate, ſiue
emancipati: non aũt proſit alijs, qui in eadem familia ſunt, vt aſſi
nis, familiaribus, & alijs ſecundum Bartol. de filijs & nepotibus
eſt glo. ord. in l. 2. C. qui ætat. lib. 10. quæ non eſt alibi. In text. non
ſunt. quid ergo de filijs naturalibus tantum? videtur idem ratio-
ne inſeparabilis cognationis. nam vt gloſſ. no. dicit. natura enim
repelli non poteſt. ad hoc infra de accuſ. l. hos accuſare. §. omni-
bus, ibi dum dicit, natura communis eſt. & vide per Cy. C. ad l.
3 Iul. ma. l. quiſquis. † Item iſte §. eſt in argum. ad ſtatutum, ſi quis
inſultauerit aliquem ad domũ ſuã, ꝙ inſultans filiũ ad domum
patris, dicat̃ inſultare filiũ ad domũ ſuã. idem in vxore. & hic eſt
caſus. illi tñ qui dñt ꝙ ſtatutum non recipit interpretationem, di
4 cerent ꝫ. † ſed veritas eſt ꝙ ſtatutũ recipit interpretationem pro-
babilem, & neceſſariam. nam vbi aliquod vocabulũ ponitur in
ſtatutis, quod eſt a iure certo modo interpreta. iſta eſt interpre-
tatio probabilis, & neceſſaria, vt no. C. de leg. l. 1. & ideo ſtatutũ
bñ recipit iſtã interpretationẽ. & facit ꝗ. eod. §. hæc aũt. ibi, & ait
Sextus. In tex. non putamus. q̃a translatus in alteram familiam.

§. De matris. Filius non eſt de domo matris. hoc pro-
bat iſte §. Vel ſic. filius rei maternæ nõ
dicitur dominus, donec viuat mater.

§. Si pater ab hoſtibus. Iſte §. facit tria reſpõ-
ſa. Primũ eſt, quando
filius fuit interfectus viuo patre apud hoſtes. Secundum q̃ñ fuit
interfectus mortuo patre. ſeruo tñ non erat relicta libertas. Ter-
tium eſt, quando fuit interfectus mortuo patre, & erat relicta li
bertas. & in iſto tertio caſu, qui ponitur in ver. idem Scæuola, di
ſtinguit tempora, aut filius deceſſit ante aditam hæreditatẽ, aut
poſt. ſi ante, quia expirat libertas, torquentur ſerui. ſi poſt, non
torquentur, qui iam liberi. Sed contra hoc opponitur: quia exi-
ſtentia ſui hæredis confirmat libertatem, vt l. cum quaſi. §. ſed
& ſi quis. de fideic. li. So. dicit gl. hic non erat ſuus, ſed emancipa
tus. Extra opp. licet eſſet emancipatus, non tamen perit legatũ,
& libertas, quia tranſmittit hæreditatem paternam. vnde pote-
rit adiri ex tranſmiſſione: reſpondeo doct. inducunt iſtum text.
ratione finis iſtius literæ, quod emancipatus hæreditatem pater-
nam non tranſmittat. & ſic hodie etiam eſt differentia inter
ſuum, & emancipatum quo ad tranſmiſſionem. non ob. de his,
qui ante aper. tab. l. 1. C. quia ibi eſt ſpeciale de liberis ad libe-
ros, vt dixi ſup. de acq. hære. l. l. ventre.

§. Si pater necatus. Illi qui ſeruiunt membro, ſer
uiunt capiti. ad hoc allegeris
iſtum §. vnde filius eſt membrum, & pater caput, & princeps fa
miliæ ſuæ.

a **§. Si vir.** Virtus matrimonij eſt vnitiua, & facit vnam do-
mum viri, & vxoris. a h. d. In gloſ. no. ergo. ibi, pro
alio. dicit Cy. etiam ſi partes vellent, vnus non poteſt eſſe teſtis
pro alio, non ratione domeſticitatis, ſed reuerentiæ ſecundum
Iac. de Are. ſed an ſocer erit teſtis in cauſa generi? hic eſt arg. ꝙ
non. alibi videtur quod ſic, vt l. 3. §. l. Iulia. ſup. de teſti. Cy. de con
cubina conſocij allegat. l. Aſſuranis, de ver. oblig.

ADDITIO.

a Vxoris. Adde idem per do. Bart. Soc. in conſ. 186. incip. viſa, ver. ſecunda ratio, circa fi. in 2. parte.

---

1 *Syndici qui tenentur denunciare maleficia, non tenentur denunciare clandeſtina, quæ ſciri non poſſunt.*
2 *Tempus ſtatutum ad denunciandum maleficia non currit a die commiſſi delicti, ſed a die delicti publicati. iſtud idem procedit in villis, & caſtris.*

1 **§. Occiſorum.** †Clam vocare. ar. ad ſtatutum ꝙ ſyn-
dici quando tenent̃ denunciare male
ficia, quod non teneantur denunciare clandeſtina, quæ ſciri non
poſſunt. pro hoc ꝗ. quod vi aut clam, competit. §. ſepulchrum.
imo eſt l. ſemper. ſm Cyn. pro hoc. ꝗ. eo. ſi quis in graui. § ſi ma
2 ritus. & ideo dicit † Ia. de Are ꝙ tempus ſtatutum ad denunciã-
dum maleficia, non currit a die delicti commiſſi, ſed a die deli-
cti publicati, ex quo ſciuit, vel ſcire potuit, vt l. annulus, de ca-
lum. & de ædi edi. cum ſex, ſm Iac. de Are. Item facit pro villis,
& caſtris, quæ tenentur emendare damna data, & curare, ne ho
a micidia fiant in ſuis ſtratis, ꝙ damnum ſit datum clam, a quod
non teneantur. Cy. Item non tenentur, ſi non cepere malefacto
rem, qui deliquit in confinio, ita ꝙ ſtatim tranſiuit in aliud ter
ritorium, ita quod non potuit capi etiam ſumma diligentia ad-
hibita ſecundum Bar. quæ ſunt no. In tex. factum. ſub. quæritur.
Dyn. In tex. nullo modo. hic reſpondet Dyn. In tex. vel fautores.
No. de fautoribus & de conſocijs. & vide quod no. inf. de parri-
cid. ſi ſciente, & in c. 1. de pœnis, in Clem.

ADDITIO.

Clam. Adde Lud. Rom. in conſ. 7.

---

§. Si ſibi. No. hic quod ſeruus tenetur iuuare dominum,
ne ſtrangulet ſeipſum. & iſtud non eſt iniuriam
facere, ſed opem ferre & eſt arg. quod ſi quis capit aliquem, vt
non ſæuiat in ſe, vel in alterum, ꝙ iſte nõ facit iniuriam, nec po
teſt de hoc accuſari, immo debet commendari. & facit pro tra-
mezantibus ad excuſationem eorum.

1 *Conſtare prius debet de maleficio, quam aliquis torqueatur pro reperiendo malefactorem.*

1 **§. †Item illud.** † Prius debet conſtare de maleficio,
quam aliquis torqueatur pro reperien
3 ri. † Item not. hic, ꝙ tempus dicitur eſſe facti, & in facto conſiſtere. In tex. mea eſt. uerbum eſt, eſt nota temporis præſentis, & facit infr. de l. l. l. e. ab Aurelio, §. teſtamento. & eſt argum. quod licet dictum teſtis trahatur retro ad tempus iuramenti. quo ad ſolemnitatem, non tamen quo ad facti demonſtrationem. Vnde ſi teſtis loquitur per uerbum Eſt, quod eſt præſentis temporis, nihil probat in præterito. Item eſt argumen. ad ſtatutum, quo cauetur, quod qui eſt in banno, ſecuritatem det, ut exeatur de banno, ut non extendatur ad eos, qui poſtea fuerint poſiti in
a banno a ſecundum Iacob. de Aret. Nota ergo, quod ea quæ cõtinent certi temporis demonſtrationem, retro non fingunt quo ad tempus.

A D D I T I O.

a Banno. Adde Ang. in conſ. 57.

L E X VIII.

1 *Succedentes ab inteſtato videntur ſuccedere tacito iudicio teſtatoris.*

Conficiuntur. † Not. in iſto prin. quod interdũ codicilli fiunt poſt teſtamentũ. & tũc confirmatio præcedit confirmabile. interdum fiunt ante teſtamentum. & tunc confirmabile præcedit confirmationẽ. Interdum fiunt diſiunctiue in teſtamento, ut ſi non ualet, &c. tunc codicilli non confirmantur ex teſtamento, ſed ab inte. Interdũ fiunt codicilli ſine ullo teſtamento præcedente, uel ſequente,
1 uel ſimul facto, & iſti codicilli ſunt mere ab inte. † Secundo not. quod ſuccedentes ab inte. uidentur ſuccedere tacito iudi-
a cio teſtatoris. a dicit gl. quod hæc eſt fictio, & non poteſt probari contrarium, ubi nullum factum eſt teſtamentũ, quod eſt not. dignum. ex quo collige, ꝙ licet teſtator uenientem ab inteſtato reputet indignum: tamen ubi nullum factum eſt teſtm̃, talis ſuccedit ab inteſtato, quia non admittitur probatio in cõtrariũ.

A D D I T I O.

a Teſtatoris. Adde do. Alex. de Imo. in conſ. 146. in ſecunda parte.

1 *Codicillari non poteſt, qui non poteſt teſtari.*
2 *Teſtis, ſeu teſtium numerus dicitur eſſe facti.*

1 §. Codicilli. † Ille qui non poteſt teſtari, non poteſt codicillari, quod verum eſt, ſi eſt in poten-
2 tia iuris. ſecus, ſi facti. h. d. † Et no. quod teſtis ſeu teſtium numerus dicitur eſſe facti, quod tene menti, & tractat hic Bar. de teſtamento ruſtici, & etiam de codicillis, vtrum requiratur obſeruãtia legum, & de intellect. legis fin. C. de teſtamen. & dicit ipſe, quod l. illa habet locum etiam omni conſuetudine circumſcripta, quia in aliquo ſunt ruſtici priuilegiati per l. illam, quod non videtur verum, quia ibi Imperator non ſine cauſa facit mentionem de conſuetudine. vnde videtur, quod requiratur conſuetudo alias in teſtamento ruſtici debet ſeruari ſolemnitas legum. nam in teſtando debent conſulere peritores. alij dicunt, qđ vbi eſt conſuetudo, non habet locum illa l. quia conſuetudo poteſt facere, quod valeat teſtamentum etiam coram duobus teſtibus, vt C. de teſt. ſi non ſpeciali. quod no.

1 *Confirmatio codicillorum includitur in confirmatione teſtamenti.*

1 §. Si poſt. † Teſtamentum. in confirmatione teſtament includitur confirmatio codicillorum. hoc dicit. Vel ſic, factum tempore inhabili, ratione ſuperuenientis cõfirmationis trahitur ad tempus habile. eſt hic caſus, in quo valet diſpoſitio de rebus alienis, licet aliquis diſponat de alieno: ſi tamen cõfirmationis tempore ſit ſuum, valet diſpoſitio. h. d. In tex. ibi, ita, id eſt poſt confirmationem codicillorum. Dyn. In tex. ibi, valet tuitione prætoria. In tex. ibi, nec ſimilis. vide, quod no. ꝭ de ſecun. tab. l. 1. §. exigit In tex. ibi, de alienis. de mente huius verſic. eſt ſumpta ratio auth. ingreſſi. C. de ſacroſanc. eccleſ. In tex. ibi, dicimus, poſtquam allegauit pro, & contra, nunc decidit quæſtionem. In tex. ibi, valent. no. quod l. poſthumus, de iniuſto teſtamento, habet locum etiam in codicillis, ſicut in teſtamento. & idem dico in l. filio præterito. Quæro in iſto §. quot teſtes requirantur in literis confirmationis? glo. C. eodem l. prima, dicit, quod quinque, & idem no. infra, de ſecund. tab. qui ex libe
a ris. § teſtamento. alibi vero no. † quod duo a ſufficiunt, vt no. ſupra de teſtamen. l. hæredes palam. § ſed & ſi no. So. & concordat ſic. Aut volo declarare voluntatem alias valentem. & tunc duo ſufficiunt. vt in glo. §. ſed & ſi totam. aut volo alias inutilem confirmare, & tunc requiruntur quinque teſtes, vt in gloſſ. contraria. Cyn. quod no.

A D D I T I O.

a Duo. Adde Io. de Ana. in conſ. 57.

5 *Fictio ordinata ad confirmandum, non trahitur ad impugnandum.*

§. Si miles. Licet quædam ſe habeant tempore confirmationis vt paria, ſi tempore compoſitionis habeant ſe, vt prius, & poſterius, conſideratur tempus compoſitionis, vt iudicetur, vt prius, & poſterius, & facit ad quæſtionẽ de ſtatutis, facta ſunt duo ſtatuta contraria diuerſis temporibus. deinde fuerunt confirmata eodem tempore iſta ſtatuta cũ aliis, dicit Guil. de Suza quod neutrum valet, quia repognant, vt l. vbi repugnantia. de regu. iur & ſic conſiderauit tempus confirmationis, non tempus compoſitionis. Din. tenuit contrariũ, quia conſideratur tempus compoſitionis, & ſic vltimum valet argumento huius §. de hoc per Cyn. in l. a C. de teſtamen. iure. In tex. ibi, certe. hic determinat quæſtionem, & no. tempus ma-
5 gis priuilegiatum conſiderari & hoc dicit. † fictio ordinata ad confirmandum, non trahitur ad impugnandum. hoc dicit iſte § no. & ſubtiliter inducendo.

§. Si ei. Seruo. Codicilli iunguntur cum teſtamento, & faciunt ceſſare regulam Catonianam. h. d.

§. Si quis certi. Non dicitur vltimum id, poſt quod eſt poſſibile aliud fieri viuo teſtatore. hoc dic. & no. Vel ſic, confirmatio coarctata in quibuſdam, cætera infirmare videtur. hoc dicit. Vel ſic. Viuo teſtatore nulla ſua voluntas dicitur voluntas.

L E X IX.

Ariſto. Dubitans de ſtatu non codicillatur, niſi ſit miles. hoc dicit notabiliter.

L E X X.

Quod per. Codicilli non poſſunt confirmare teſtamẽtum. vel ſic, acceſſorium non poteſt confirmare principale. vel ſic, confirmati ab altero ſignum eſt cuiuſdam dependentiæ. vel ſic, omne confirmans debet eſſe maioris auctoritatis quam id, quod confirmatur ab eo. Item non poteſt eſſe quid cauſa ſuæ cauſæ. hoc dicit tex. & gloſſa.

L E X XI.

Qui graui. Cauſa inteſtati ſciſſa ſcindũtur legata ab inteſtato relicta. hoc dicit. concor. infra eodẽ l. ſed cum, ea, & l. is qui.

L E X XIII.

Illud.

§. Tractari. In tex. ibi, dolo. & dubitatur, an iſte poſſit agere contra venientes ab inteſt. & petere

de vulg. ſubſtitutio. l. ex facto. §. Iulianus Longinus. † No. cui admittetur principale, admittitur acceſſorium. & adde quod no. ſup. fam. ercisc. conſequenter. §. 1.

L E X LXXXIII.

1 *Exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis.*
2 *Ventre præterito interim inſtitutus adire non poteſt.*
3 *Hæreditas non adita, & bonorum poſſeſſio non petita non tranſmittitur regulariter.*

Ventre. Hæreditas non adita non tranſmittitur ad ſuum hæredem, quando nō potuit adiri interim pp ius adeundi ſuſpenſum ex diſpoſitione legali. h. d. & etia facit l. iſta. Primo examinat, an poſſit hæreditas adiri, vel bonorum poſſeſſio peti miſcendo filium, & extraneum. Secũdo ſeparat filium in poteſtate ab emancipato. Et tertio ponit de iure tranſmittẽdi. In textu ibi, poteſt. ſ. per natiuitatem poſthumi. Dv. In tex hæreditas. ergo interim non poteſt adiri, nec bonorum poſſeſſ. ſecundum tab. peti. In textu ibi, teſtentis. idemque inſtitutus eſſet. Item idem eſſet, ſi pater deceſſit inteſtatus, vt l. illud, ſi pars hæredi. peta. In tex. ibi, intelligitur propter exiſtentiam ſui hæredis, quæ habet locum etiam in ſuo ignorante, vt C. de ſu & le. apud hoſtes, & ſup. de mil. teſt. ex militari. § ſi. cum l. ſeq. & ex hoc ſe-
1 quitur φ tranſmittat ſecundum Dyn. † Eſt ergo hic expreſſum φ exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis. In tex. ibi, quærere. ſ. interim. In tex. ibi, nihil. quaſi dicat eſſe iniquũ
2 & ideo tranſmittit ius quod habebat. † No. primo quod ventre præterito interim inſtitutus adire non poteſt propter duas regulas. prima, quia interim pendent vires teſtamenti: ſecunda, φ inſtituti expectant præteritos, & hoc in prima parte. Secũdo no. quod ſi venter non eſt præteritus, quia re vera nihil erat in ventro, ſed putabatur eſſe, quod aut eſt inſtitutus ſuus, aut emancipatus, aut omnino extraneus. ſi quidem eſt inſtitutus ſuus, tunc exiſtentia ſui hæredis facit eum hæredem ſola verita. inſpecta. & ideo ſi interim decedit, tranſmittit, vt in verſ. ſed ſi vacuo ſi vero eſt inſtitutus emancipatus, vt interim non poteſt adire, tamẽ decedens tranſmittit. & eſt ſpeciale, vt hæreditas non adita trãſmittatur, & ad hoc ſemper alleg. & concord. infra de contra tab. illud. §. ſi. cum l. ſeq. & ad Carbon. l. ſcriptus, & ad Sill. qui poſthumos. & vbicunque eſt impedimentum circa aditionem, qđ non procedit ex iſto teſtamento, ſed extrinſecus ex diſpoſitione legali, vbi ſit tranſmiſſio, ne quis lædatur auctorita. legis, vt no. glo. in d. l. illud, & Dyn. in d. l. ſcriptus, Iaco. de Bel. in ſua diſpu. plenius in auth. de Trien. & ſemiſſe. Tertio caſu ſi eſt inſtitutus omnino extraneus, & re vera venter erat vacuus. Idem eſt dicendum circa tranſmiſſionem. ſed ſi re vera venter erat plenus, & prorſus extraneus nihil tranſmittit interim, ſed emancipatus tranſmitteret contraria, & hoc intendit hæc l. conclude ex prædictis φ hæreditas non adita, & bonorum poſſ. non petita quan-
3 doque tranſmittitur, & ad hoc alleg. Quæro an hæreditas non adita, vel bonorum poſſ. non petita tranſmittatur? glo. dicit φ regula eſt φ non, quæ tñ regula fallit in caſibus in glo. notatis, & ſic gl. expedit ſe per regulam, & exceptionem a regula, & idẽ dicit plenius, & clarius, inf. de contra. l. illud §. fin. cum l. ſeq. In glo. certe ibi. C. de his, qui ante aper. tab. ibi eſt ſ. p duplicem fauorem. ſ. tranſmittentis, quia erat de liberis, & eius, in quem fit tranſmiſſio, qui ſ. erat de liberis. eſt. n. eis hæreditas quaſi debita, & ideo de facili tranſmittitur ad eos, argu. C. de impo. lu. deſ. l. 1. circa medium, & adde quod no. per gl in l. apud, quæ dicit idem in parentibus, & tene menti. geminus ergo fauor operatur in prædictis irregularem tranſmiſſionem. In ea. glo. ibi, cũ antiquioribus, ibi loquitur in iure deliberandi, quod eſt annale, non in perpetua tranſmiſſione. In ea. gloſ. apud hoſtes. illud eſt propter exiſtentiam ſui hæredis, per quam ſit acquiſitio ipſo iure, & licet ſit acquiſitio communicabilis, tamen tranſmittitur, facit quod no. C. de cura. fur. l. ſi. ad ſi. In ea. gl. ſi infanti. ſed ibi ſpeciale, cum decedit infans, vt pater adeat iure patrio, vt ibi patet. adde tamen hic, quod no. de bo. quæ lib. l. nõ ſolum, in prin. per glo. Rai. & Cyn. In ea. glo. cui. ſed regulariter contra. ratio huius regulæ eſt, quia ius adeundi non eſt in bonis noſtris, vt ↄ. ad legem Falc. pretia rerum, circa medium, & quia conſiſtit in voluntate, quæ non tranſmittitur, vt l. quam ē loca. nec committitur alteri, vt ↄ. eo. Paulus, & no. in ſimili. ē de arbit. ſicuti, & adde quod habes in l. Pantonius, in prin. inf. eod.

L E X LXXXIV.

SI metus cauſa. Aditio facta per metum abſtenſionem non impedit. h. d. Arbitrium ergo, quod non eſt liberum, ſed coactum, non obligat quem hæreditati, & adde quod no. ſup. eo. l. 6. §. Celſus.

L E X LXXXV.

1 *Hæres eius qui per abſentiam adire non potuit, reſtituitur in integrum ad adeundum.*
2 *Abſens debet procuratorem dimittere in actibus neceſſarijs, in voluntarijs vero actibus non tenetur dimittere procuratorem.*
3 *Procuratorem non tenetur quis dimittere in arduis, & præiudicialibus.*

Pantonius. Impeditus adire, vel bonorum poſſeſſionẽ petere propter iuſtam abſentiam, ſi decedit interim, ius petendi reſtitu. ad adeundum, & petendum bono-
1 rum poſſeſſionem eius hæredi relinquit. h. d. † Vel aliter, hæres eius qui per abſentiam adire non potuit, reſtituitur in integrum ad adeundum. h. d. In hoc dico aliter quam Bart. quia non dico quod reſtituatur ex perſona defuncti, in cuius perſona non fuit conſummata læſio, ſed reſtituitur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta, &c. ſecundum gl. quæ eſt in l. 1. C. de reſt. mili. & etiam Bar. h. d. vel reſtituitur ex clauſula ſpeciali, qua reſtituuntur præſentes læſi ob abſentiam alterius, vt ſup. quib. ex ca. ma. l. 1. vnde dicit hic Cy. quod hæres habet beneficium hic ex ſua perſona, non ex perſona defuncti. No. quod iſte Pantonius hæres inſtitutus aberat ex cauſa probabili, & donec vixit, non fuit læſus, quia præſeruauit ſibi ius adeundi, ſed læſio fuit ſolum reſpectu tranſmiſſionis, quia mero iure non tranſmittit hæreditatem non aditam. Item nec tranſmittitur ius ratificandi bonorum poſſeſſionem petitam, & ideo eſt opus remedio reſt. in integrum, & probat iuriſcon. hoc eſſe verum per reſcriptum Imperatoris. quod reſcriptum loquitur in abſentia probabili, & neceſſaria, dum loquitur in legato. Item loquitur in abſentia probabili tantum, dũ loquitur in filio concluſio eſt quod loquitur generaliter in qualibet iuſta abſentia Item loquitur generaliter, ſiue læſio ſit conſummata, ſiue non conſummata in vita hæredis ſcripti. Oppo. & vr quod beneficium reſtitutionis in integ. tranſmitti nõ poſſit, & arguo ſic ius, quod quis non habet, non tranſmittit. ſed Pantonius nũquam habuit ius reſtitutionis in integ. quia dum vixit erat tutus iure communi, ergo nihil tranſmittit. Reſpondeo, verum eſt φ erat tutus iure cõi quantũ ad adeundum: tñ pp abſentiam læſus eſt reſpectu exercitij. i. reſpectu actus adeundi & per conſequens reſpectu tranſmittendi ita ergo læſio eſt hic cauſa reſtitutionis indulgendæ. & adde quod no. in l. cum quidam, in princ. ſup. eo. Vel aliter, hæres Pantonij non reſtituitur ex perſona Pantonij. ſed ex clauſula generali, quia æquum eſt eum reſonij, ne abſentia defuncti noceat hæredi. vel aliter, hæres Pantonij reſtituitur, ne abſentia defuncti noceat hæredi, vel etiam dic aliter, hæres Pantonij reſtituitur ex clauſula, qua reſtituitur, præſens, qui læditur pp abſentiam. nam alterius hæres præſens læditur pp abſentiam Pantonij. Iſta tertia ſo. non placet, quia tũc eſt verum quod præſens qui læditur propter abſentiam, reſtituitur qñ læſio cõcernit ſolum ius abſentiæ, & ideo ex perſona abſen. neceſſe eſt φ petatur reſtitutio, & hoc eſt qđ dicit hic Dyn. quod beneficium reſti. in integrum tranſmittitur ad hæredes ex perſona defuncti. Secundo opp. de leg. j. C. de reſti. mili. a cõtrario ſenſu. nam ibi dr̃ quod ita demum reſtituitur in integrum hæres hæredis, ſi primus hæres fuit excluſ. per abſentiam. ergo ſecus, ſi non fuit excluſ. Solu. vbi aliquis fuit excluſus. reſtituitur hæres eius ex perſona defuncti, in cuius perſona fuit læſio ĩchoata, & conſummata. ſed vbi non fuit quis excluſ. reſtituitur hæres ex clauſula generali. & in hoc eſt differentia quæ dicta non conſiſtit in reſti. concedenda. ſed in ea petenda. Nam debet circa medium petitionis diſtingui, & vide quod ibi no per Cy. Vel ſic dic quod illa l. j loquitur de rigore. hæc l. loquitur de æquitate, & ſic non obſtat. Tertio opp. iſte abſens potuit dimittere procur. ergo imputet ſibi, ſi non dimiſit, vt ſup de in integ. reſt. l. ſi. & l. j. de di-
2 uer. & tempo. præſcr. † Sol. quidam ſunt actus voluntarij, & ſic non tenetur quis dimittere procura. vt hic. quidam ſunt actus neceſſarij, tunc tenetur quis dimittere procura. vt in contrario. Vel aliter, hic non tenebatur dimittere procura. qui erat ignorans. Item quia hæreditas non adiē per procur. vt inf. eo. Pan. Itẽ
3 quia in arduis, & præiudicialibus non tenet quis dimittere procura. vt ſup pro loc. idemque. Quæro vtrum illud, quod dr̃ hic
a in abſente, habeat locum in minore, a gl. hic vĩ dicere quod ſic, quam no. Item tenet Iac. de Are. ſup. de vul. ſub. qui dos, & l qui duos, de reb. dub. Idem tenet Iac. But. in l. j. de reſt. mili. Idem tenet Io. Anl. de proba. c. in præſentia. & Bar. hic, ſed Iac. de Bel in ſua diſpu. no. ↄ & male. ex hoc nõ quod vbicunque minor non tranſmittit hæredi. qui ſui facilitate non adiuit, quod tranſmittitur in integrum reſt: & illud no. vnde regula quæ eſt in §. in nouiſſimo, quod hæreditas non adita non tranſmittitur, fallit propter iuſtam abſentiam, vbi tranſmittitur beneficium reſtõnis, per quod peruenitur ad ipſam hæreditatem. Item fallit eodem modo, vbi hæreditas eſt delata minori, quod eſt no. & reſponde ad l. ſi infanti. § ſ vbi dicit quod perinde eſt, ac ſi hæreditas nõ eſſet delata, quod illud eſt verum mero iure, ſed non eſt perinde conſideratio beneficio reſt. in integ.

ADDITIO.

a In minore. Vide late Fran. Are. in conſ. 161. & Lud. Ro. in conſ. 58.

1 *Accuſatione pendente contra me[illegible] defuncti, hæres, cui liquet de innocentia poteſt hæreditatem adire.*
2 *Negatiua iſta accuſatiũ, vel inquiſitum non eſſe culpabilem, q̃n probetur.*

§. Rei perduellionis. Negatiua coarctata cadit in plenam cognitionem
1 per intellectũ, & per ſenſum corporis, ad hoc allegatur. † Vel ſic, pen-

pendente accuſatione ꝯ memoriã defuncti hæres, cui liquet de
innocentia põt hæredi adire. In gl. non dicit ibi, ſed Hugo dicit.
hæc vera. And. de Pi. In ea. gl. certa die, & hora no. quod ſi accu-
ſatio, vel inquiſitio continet diem, & horam, & probatur ꝯ de
illa die, & hora, quod per hoc liquet de innocentia. vnde debet
2 tenſabſolui, vt no. C. qui accuſare non poſſ. l. 1. ad Syllan. † In ea.
gl. alibi no. qualiter probetur iſta negatiua. ſ accuſatum, vel in-
quiſitum non eſſe culpabilem, quia probatur probata abſentia a
loco, & tempore delicti. Nam propter anguſtationem loci, & tẽ
poris poteſt negatiua liquide probari. vt hic, & no ſup. eo. cum
falſum. & C. de contra. & conſt. optimam, in fi. & dicit hic Bart.
expreſ. quod vbi in accuſatione, vel inquiſitione deducitur dies,
liquido debet probari de die ſecundum Bar.

§. Pro hærede. Poteſt quis teſtando hæredi. adire, & quaſi contrahere. h. d. Et facit ad no. ĩ l. hæredes pa. §. fi. ſup. de te. Vel ſic, ille qui teſtatur de re hæreditaria hæreditatis ſibi relicta, videtur gerere pro hærede, quod ẽ no. & concor. C. eo ſi auia, & no. J. ad Treb. cog. § ſed ſi miles. Not. hic quod vltimæ voluntati quaſi contractus poteſt permiſceri.

L E X LXXXVI.

Cum demum bonis. Tũc filius vr̃ immiſcere hr̃ditati pr̃næ, qñ extraneus vr̃ adire. h. d. Vel ſic, immixtio requirit animum, & ſine animo non procedit immixtio. h. d. In tex. inf. remoto. i. circumſcripto. No. ſuum, & extraneum æquiparari in geſtione pro hærede. Iac. de Are. & Cy. quæ regula alibi melius non inuenitur.

§. Pupillus. Reſtitutio in integrum actiones confuſas in primo ſtatu reponit. h. d.

L E X LXXXVII.

1 *Geſtio pro hærede pendet ex animo, & magis inſpicitur opinio, quam quod eſt in veritate.*
2 *Subſtantia aditionis ſtat in conſenſu, & error in dominio non impedit conſenſum, nec vitiat aditionem hæreditatis.*
3 *Hæreditas licet non habeat veram poſſeſſionem, dicitur tamen habere qualemqualem poſſeſſionem.*

1 Gerit. † Geſtio pro hęrede pendet ex animo, & magis in-
ſpicitur opinio, q̃ ꝙ eſt in veritate. h. d. Dyn. & Cyn.
2 No. quod † ſubſtantia aditionis ſtat in conſenſu, & quod error ĩ
dominio non impedit conſenſum, nec vitiat aditionem hæredi
3 tatis. † Secundo no. quod licet hæreditas non habeat veram poſ-
ſeſſionem, dr̃ tñ habere qualẽqualem poſſ. & vide quod habes
in l. cum miles, ex quib. cau. ma. & vide quod no. de libe. & po-
ſthu. in ſuis. Item not. hic qđ magis inſpicitur opinio, q̃ veritas.
quod eſt verum in his, quæ perficiuntur ſola opinione: ſecus in
his, quæ requirunt adminiculũ veritatis, vt ſup. cum quidam. §.
ꝙ dr̃, & l. inter omnes. §. recte, de fur. & l. fin. de eri expi. hr̃. & de
hoc tangitur hic per Dy. & facit ſ. de hære. inſt. l. quo loco. §. ſi iã
mortuo Bar. repetit hanc l. & tractauit in ea, vtrum aditio hære-
ditatis inducatur per animum ſolum non declaratum per ver-
ba, nec per facta. Secundo tractauit per q̃ verba declaretur iſte
animus. Tertio tractauit, per q̃ facta declaretur animus adeundi.
Quarto tractauit, vtrũ per nõ facere, puta per non reſtituere do-
tem, vel per non reſtituere debitũ inducat̃ pſumpta aditio hæ-
reditatis. Quinto tractauit vtrum per ponere res ĩ inuentario tu-
tor videatur adire nomine infantis, quæ omnia vide hic plene
per Bar. & vide etiam eum in l. peculium. §. ſicut, de pec. leg.

L E X LXXXVIII.

Si pupillus. Sublata cauſa fideiuſſionis per reſtitutionem in integrum, liberantur fideiuſſores. h. d. In tex. ibi, ab eo. tanquam ab hærede: & ideo reſoluta cauſa reſoluitur effectus.

L E X LXXXIX.

1 *Hæreditas non poteſt adiri per procuratorem, ſeu per miniſtrum, quia conſiſtit in actu inſeparabili a perſona, id eſt in propria voluntate.*

1 Per procuratorem. † Hæreditas non poteſt adiri per procuratorem, ſeu p mi-
niſtrum, quia conſiſtit in actu inſeparabili a perſona. i. in propria
voluntate. hoc primo. item immutatione dominij mutatur ius
rei. h. d. ſecundo. & no. bene. In tex. ibi, procuratorem generalẽ,
vel ſpecialem. Dyn. In tex. quia nec ob quod fuerint caſtrenſia,
quia &c. No quod aditio hæreditatis non poteſt fieri per mini-
ſtrum, nec per organum a propria perſona ſeparatum. Itẽ quia
in aditione hæreditatis non verſatur aliquid miniſterij. ſecus in
bono. poſſeſ. & Trebellianica reſtitutione. & facit ſup. eodem l.
aditio, quæ dicit quod aditio hæreditatis non conſiſtit in opera,
& ideo nõ ſit per operatũ, vel miniſtrũ, quicquid glo. dicat, ita
eſt vera concluſio. Adde in quod not. C. qui ad. ad bo. poſ. l. 1. Itẽ
adde quod habes in l. mulier. §. ex aſſe, de iure do. tractat etiã hic
gl. de intellectu. l. quidã, cum ſi. & dic, vt ibi. & concluſio eſt qđ
hæreditas non quæritur per procuratorem, qñ eſt inſtitutus do-
minus: ſecus, ſi ſit inſtitutus procur. domini contemplatione.

L E X XC.

1 *Abſtenſio præſumitur ſimulata, ſi abſtinens reperitur poſtea omnia bona poſſidere, quamquam titulo per interpoſitam perſonam quæſito.*
2 *Poſſeſſio ſimulata ex pluribus præſumitur.*
3 *Mercator timens aduerſam fortunam, ſi clam fecerit donationes bonorum ſuorum, tales donationes præſumuntur ſimulatæ, nec officiunt creditoribus.*

1 Si is qui. † Abſtenſio præſumit̃ ſimulata, ſi abſtinens re-
perit̃ poſtea oia bona poſſidere q̃q̃ titulo per in-
terpoſitã perſonam quæſito. h. d. no. Vel ſic, titulus acquiſitus
clam, & gñalis poſſeſſio faciunt præſumi fraudẽ, & ſimulatio-
nẽ. h. d. Iſta l. dẽt declarari p quatuor oppo. Et primo vr̃ ꝙ fraus
ſequens non tollat abſtenſionẽ præcedentem. vñ vr̃ ob. ſ. eo l. ſi
ſeruum. §. fi. Sol. dicit gl. intelligas, ꝙ hic fraus præceſ. abſtenſio-
nem, ibi aũt fraus fuit ſecuta. dñt doct. ꝙ iſta glo. eſt ꝯ tex. Nã ex
eo ꝙ dicit, ſe abſtinuit, & poſtea dicit mercatus, apparet, ꝙ fuit
poſt abſtenſionem, & ideo tñde ad ꝯ. ꝙ aut abſtentio præceſſ.
vere, & non ſimulate, & tunc loquit̃. l. ꝯria, aut abſtentio præce-
a dens fuit ſimulata, & tunc loquit hæc l. † præſumit̃ autem ſimu
latio ex pluribus Primo ex generali poſſeſſio. vt l. emptor. §. Lu
cius, quæ in fraud. cred. Secundo ex titulo clandeſtino: quia clã
emit p interpoſitã, pſonã vt l. non æſtimo, de adm. tu. Tertio, qa
in continenti, arg. l. ſi ventri. §. fi. de priu. cred. Secundo opp. & vr̃
ꝙ iſte qui abſtinuit, non poſſ. tanquam hęres conueniri, qa non
poſſidet vt hæres, ſed tñ tu. pro emptore. vnde vr̃ ob l. 1. C. de re-
pud. hær Sol. ibi emit & abſtinuit bona fide, hic in fraudem, & ſi
mulate, & ſic non ob. Tertio opp. de l. pe. inf. tit. 2. Solu. vt pręce-
dens contrarium. Quarto opp. de lege 1. C. de pact. vbi dr̃ ꝙ em-
ptor hęreditatis non tenetur creditoribus. Sol. hic non tenetur,
quia emptor, ſed quia hæres. Deinde concludendo diſtingue, vt
no Cyn. in d. l. 1. de re. hæred. Et eſt iſta l. in argu. ad tria. Primum
contra delinquentes, qui ante delictum fecerunt quandam taci
tam. i. occultam vendi. omnium bonorum ſuorum. nam poſtea
ſecuto delicto talis venditio tanquam ſimulata, non officit fiſ-
2 co, a & præſumitur ſimulatio, quia clam, & quia poſtea reperi-
tur poſſidere, vt l. ſicut §. ſuperuacuum, quib. mod. pig. vel hyp.
3 ſolu. † Secundo eſt argu. contra mercatorem, qui timens aduer-
ſam fortunam clam fecit donationes bonorum ſuorum, vt ta-
les donat. præſumantur ſimulatæ, nec officiant creditorib. Ter-
b tio eſt arg. contra poſſeſſorem, b qui metuens conueniri petitio-
ne hæreditatis, acquirit titulum a quodã, qui non habet ius nec
in proprietate, nec in poſſeſſione, ꝙ talis titulus, qui præſumitur
fraudulentus, non officiat agenti petitione hæred. & de hoc no.
per Gul. de Cu. de pet. hær. l. cogi, quod tene menti.

A D D I T I O N E S.

a Fiſco De quo dic, vt plene declarat Bar. in l. poſt contractum, de do. & Sal. in l. ſi quis poſt hoc. C. de bo. dam. & Pet. de Anch. in conſ. 19.
b Poſſeſſore. Adde vt per Lud. Rom. in conſ. 347.

L E X XCI.

1 *Nepos qui eſt in poteſtate aui, non poteſt adire iuſſu patris ſui, ſed requiritur iuſſus aui, & hoc caſu etiam debet eſſe in iudicio authoritate aui, & non patris.*

1 Filiusfa. † Nepos qui eſt in poteſtate aui, non poteſt adi-
re iuſſu patris ſui, ſed requiritur iuſſus aui. hoc di
cit. & per hanc l. dico, quod nepos debet eſſe iudicio auctorita.
aui. & non patris, in cuius poteſtate non eſt. In tex. patris. in cu-
ius poteſta. non erant, ſed aui. Dyn. In tex. nihil actum. quia adi-
uerunt iubent. eo, in cuius poteſtate non erant. Dy. Et no. in hac
l. quod filiusfamil. non poteſt iuſſum interponere circa id, quod
a Ipſe citra iuſſum alterius non poteſt facere. a ſed contra. infr. de
manu. vin. apud filium, vbi filiusf. interponit auctoritatẽ circa id,
quod ipſe facere non poſſ. Solu. hic eſt eadem ratio prohibet. in
perſona ſua. & filij ſui, ſcilicet quia ipſe, & filius ſuus ſunt in al-
terius poteſtate, & iuſſ. debet fieri ab eo, qui habet in poteſtate
ſup. eo. l. ſi quis mihi bo. §. iuſſus. ſed in l. contraria ratio impedi-
menti, quæ erat perſona ſui ipſius, ſcilicet approbatio cauſę ſuę,
non erat in perſona alterius, quia de facto alterius cognoſcere
poteſt; non tamen pro ſuo, vt l. 1. de offic. proconſul. ſecundum
Andream de Piſis. Bald.

A D D I T I O.

a Facere. Facit quod voluit Lud. Ro. in conſ. 512. ꝙ non valet donatio facta per filium cum conſenſu patris, cum habet auum.

L E X XCII.

Pater. Error mandantis vitiat actum, vel ſic. eadem certitudo debet ineſſe iubẽti, quæ deberet ineſſe, ſi per ſe actum explicaret: & dic de hoc vt dixi ſup. eo. ex ſemiſſe. & ratio iſtius l. eſt per l. in totum omnia, de reg. iur.

§ Mutus. Aditio hæreditatis verborum expreſſionem non exigit. h. d. cum §. ſeq. Et no hæreditatem adiri nutu. & per ſcripturam. & facit quod ſi in memoriali hęredis reperit̃, quod ipſe adiuit hæreditatem, quod iſta eſt ſufficiens probatio. & facit de negoc. geſt. l. Neſennius. Item in iſto §. tene menti gl. quæ dicit quod duo nomina diſiunctiue poſita verbo ſingularis numeri pluraliter copulantur.

L E X XCIII.

Qui ſuperſtitis. Hæreditas viuentis repudiari non poteſt. h. d. decretalia tñ dicit, ꝙ inter-

terpo-

terpoſito iuramento tenet renunciatio in cap. a.de pact.lib.6.In materia feudorum dic,vt in tit.ſi de feudo controuer.fuerit,col.to. Item facit ad no.in c.ſi quando,de præb.lib.6.

L E X XCIIII.

1 *Hæreditatis repudiatio poteſt probari per verba, & per actus,& per indicia voluntatis.*

2 *Hæres permittendo perire rem hæreditariam, videtur nolle adire.*

1 Recuſari. †Repudiatio hæreditatis poteſt probari per verba & per actus, & indicia voluntatis . h. d. No. aliquid declarari non ſolum verbis, ſed factis . & dicit hic
a Iac.de Are. † q hæres permittendo perire rem hæreditariam vr nolle adire,arg.l.a.C.de infan.expoſitis,& l. fin. J. pro derelicto. Bar. remittit ad no per eum in l.gerit.ſup.eo.Hæc l.facit ad excuſationem libelli, qui ſic formatur . dicit talis, q ꝯxit matrimonium cum Berta per verba de præſenti opponebatur de ineptitudine libelli, quia matrimonium ꝯhitur per conſenſum,& nõ per verba, vt J.de reg.iu.l.nuptias certe defenditur libellus,quia contrahit per verba de præſenti, i. per conſenſum , qui declara-
a tur per verba a per l. iſtam cum ſua gl. ſecundum Iac.de Ra.& Cy.facit ad idem, quod no.de act.& obl.l.non figura.

A D D I T I O.

a verba.Et hoc idem refert & ſequitur Fran.Aret.hic.

L E X XCV.

Qui ſe. Veritas prefertur opinioni.h d.Vel ſic.licet quis putet ſe nihil agere, tñ valet q agit.h.d. no.ſm gl.Et eſt a q ſi quis credit non ꝯhere matrimonium.quia credit eã, cum qua profert verba matrimonij eſſe coniugatam,cũ re ve-
a ra ſit ſoluta, a q illud matrimonium ꝯſiſtit de iure. Item ſi quis credit ſe pupillum,& ideo non tenere matrimonium: tñ ſi ꝯtra hit,& re vera eſt adultus,matrimoniũ tenet.& caſus eſt hic no.

A D D I T I O.

a Soluto Et hanc concluſionem Bal. pro vera refert Franc. Aret. hic tenere Cyn.& Barto. & adde Fed.de Sen.in conſi.ſuo 11.de percutiente laicum credente eum eſſe clericum, quod per hoc non incurritur ſententia excommunicationis.

L E X XCVI.

1 *Hæreditatem adiens ex ſecundo teſtamento, quod putat valere, videtur primo teſtamento renunciare.*

2 *Error nocet in lucro quærendo.*

3 *Excluſio,quæ fit per lapſum termini, fortior eſt quam ea,quæ fit per repudiationem.*

1 Clodius. Clodianus.† Ille qui dat hæreditatem ex ſecũdo teſtõ,q putat valere, vr primo teſtõ renũciare ſm Pap.& male.& ideo reprehendit a Paulo.h d. ſm gloſ. No.q iſte Clodianus fecit duo teſtamenta,primum vtile,ſecũdum inutile, & in vtroq; teſtõ ſcripſit eundẽ hæredem ſcriptũ. hæres putans primum teſtũ reuocatum per ſm de facto adiuit
a ex teſtõ ſcdo. dixit Pap. q non valet iſta aditio a ex teſtõ inutili, & in hoc dixit bene . Item dixit q ſi denuo vult adire ex teſtõ, q non poteſt,quia vr repudiaſſe. & in hoc dixit male.nam cum eſſet certus de iuribus primi teſtamenti, non potuit ex eo adiri, vel repudiari ſecundum Pau.nec ob. Paulo ſententia in contrarium lata,quia fuit male pronũciatum. & eſt ſimile.ſup.de mil. l.Aemilius. Vel dic quod fuit bene pronunciatum. Nam iudex non fuit motus ex repudiatione,ſed quia ſcriptus hæres interim deceſſerit ſecundum Iaco.quicquid dicatur de pronunciatione, ſnia Pauli eſt tenenda ſecundum Iac.de Ra.ſed Iac.de Are.di-
a ſtinguit,aut hrs errauit in iure:& tunc eſt vera ſnia Papin.† quia error nocet in lucro quærendo. & eſt gl.or.in l.filium.ſup.eo.& ad hoc ſi quid ir fra.pa.l.ſi patronus.aut errauit in facto,& tunc eſt vera ſnia Pauli ſm Iac. de Are. & ſic ſecundum hoc quis vr repudiare , quod ignorat ſibi competere iuris errore,quod non placet Iac.de Ra.& ſic intelligitur. ſup.de per.hær. legitima,ſm eum Idem tenet Per.& Cyn.non ob. J.de bon.poſſ.in bonorũ, vbi nocet error iuris,& quod no.C.de iur.& fac.ign.ſi emanci-
3 pata,† quia fortior eſt excluſio,quæ fit per lapſum termini,quã ea quæ fit per repudiationem, vt inſt.ad Treb facta §.ſi quis bonorum,& quod ibi no.per Iaco.de Are.Bar dicit quod excluſio, quæ fit rõne temporis,non procedit ratione voluntatis præſumptæ,ſed ratione negligentiæ. & ideo tunc nocet iuris error,quia non requiritur conſenſus: & adde quod no. in l.quæ fideicommiſſ. de leg.3.Extra opponitur, & vr q inutilis aditio cõuertatur in aditionem vtilem,vt inf.de ꝯtabul.l. non tñ.§.pen.Sed dic q ibi conuertitur bonorum poſſeſſio vtilis in aliam vtilẽ. at hic inutilis aditio fuit. & ideo non conuertitur in vtilem ſecundum quoſdam,vel hic errans non habuit animum , ſed ibi habuit animum ſm Cy.In gl.ergo.ibi,ſm Io.& ſic no.q diuerſa rõ põt mouere iudicẽ. q̃ mouerit cõſultorẽ.cũ quo habitũ eſt ꝯſiliũ de q̃one nã alia rõ mouit hic iudicẽ,q̃ moueret Papi.Iuriſconſultũ de q̃ne,q tene mẽti ſm aliã op.q.a hic male fuit iudicatũ,apparet q iudex nõ dẽt ſequi ꝯſilium,quantæcunq; auctoritatis ſit conſulens,nec debet inhærere auctoritati,ſed veritati.

A D D I T I O.

a Additio.Adde And.in conſi.184.

L E X XCVII.

Quæ neptis. Contra vnum ex plurib.hæredib.adeũtẽ dant,& competunt actiones in ſolidum. h.d. Dy.&Cy.No.q actio diuiſa inter plures hæredes per leg.12. tab.& per ſnĩam ſubſequentem,& et per cau.intercedentem co hæredib. abſtentis conſolidatur in perſona vnius, qui ſolus poſſidet hæreditatem , & quod tranſit contra eum actio in factum ex re iudicata;quod eſt no & facit inf.de re iud. ex contractu.

L E X XCVIII.

Ariſto. Si vnus ex hæredibus cõtra aditionem reſtituitur cohæredi volenti totum accreſcit.

Quemadmodum teſtamenta aperiantur. Rubr.

L E X P R I M A.

1 *Petenti cuilibet probabile intereſſe debet fieri copia inſpicienda, vel deſcribenda vltima voluntatis.*

2 *Qui petit copiam teſtamenti,non ſibi debet edi totum teſtamentum, ſed illa particula,quam edi intereſt.*

1 OMnibus. †Cuilibet petenti probabile intereſſe dẽt fieri copia inſpiciendæ & deſcribendæ vltimæ volũtatis.h.d. In tex. ibi,omnib quorum intereſt. & veriſimile eſt q calumniandi animo nõ poſtulent.Dy.verba ergo gñalia reſtringunt ad legitimos petitores, vt l.pen.J.de extr.& q no.in l.1.§.item nunciatio, de ope.no.nunci. per Iac.de Are.No.q oĩs ille,cuius ius,vel cã pendet ex teſtõ,vel recepit aliquid adminiculũ ex eo,põt petere ſibi edi.Quæro,hic qualiter probet intereſſe iſtius petentis.dñt quidam q probari p
a iurm, a vt l.theſaurus,ad exhi.ſed Iac.de Rau. dicit q non ſufficit iurm tñ,ſed requirunt aliæ coniecturæ, vt J.ad Car.l.3 §.cauſæ.P. ceterea vocandi ſunt,quorũ intereſt.quib.vocatis teſtũ aperiri debet,ar.qui.ex cau.in po.ea.l.2.& J.de inſt.l.ſi pupillus.§.proſcribere.& rñdet ad l.theſaurus,quia ibi loquitur, qñ non tẽdit ad præiudicium alienum.vnde probatur ſolo iuro. hic autem tẽdit ad alienum præiudicium,quia de iure eius aduerſarius informatur.vnde non ſufficit iuramẽtum ſolum ſm Iac.de Rauẽ.& Cy.
2 †Adde q non de toto teſtõ debet fieri copia, ſed de illa particula.q̃ edi intereſt,vt in c.contingit,de fid.inſtr.& l.fi.de preci. impe.offe.& ibi per Iac.& Cy. Secundo quæro.vtrum procurator, qui hoc petit,admittatur ad iurandum de calumnia? gloſ.ponit hic opinionem,veritas vr quod admittatur. non ob.auth.principales,quia ibi loquitur in ordinario iudicio:ſed hic non proceditur in forma iudicij, ſed de pleno officio iudicis ſecundum Dy. & glo.ſentit. & hoc eſt no.quod in iſtis petitionibus, vbi petuntur inſtrumenta edi,non eſt ſeruandus ordo iudiciorum.

A D D I T I O.

a Per iuramentum. Vide Lud.Rom.in conſ.83.

1 *Contradictio vnius teſtis non impedit aperturam teſtamenti,ſed reddit ſcripturam ſuſpectam.*

2 *Teſtamenti apertura antequam fiat,debent teſtes citari,& venire ad cognoſcenda ſigilla.*

3 *Inſtrumentum quomodo poteſt reprobari per teſtes inſtrumenti.*

4 *Nuncius ſi referat ſe citaſſe,& pars negat ſe citatam,non creditur parti,ſed relationi nuncii.*

1 §.Si quis neget. † Contradictio vnius teſtis non impedit aperturam teſtamenti:ſed red
2 dit ſcripturam ſuſpectam.h.d.† No.quod antequam fiat apertura teſtamenti facti in ſcriptis,debent teſtes citari & venire ad cognoſcenda ſigilla.& ſi aliquis ex teſtibus neceſſarijs contradicit ſigillo,redditur ſcriptura ſuſpecta.Ratio eſt, quia plenus numerus teſtium requiritur ad cognitionem, vt C. de teſti.ſi vnus.& quia iſta eſt ſcriptura priuata,quæ de facili ad ſuſpitionem adducitur,& etiam propter nimiam ſolemnitatem, quæ requiritur I teſtamentis, eſt tamen no. quod ſi iſtud ſigillum apprehenſum eſſet proprium ſigillum negan. magis præſumitur pro ſigillo, q̃ pro negante.ita dicit hic gl.& probatur de re.alie.non alie.diſtrahente,& extra,de proba.c.tertio loco,& extra,de appe.c.ſignificante,& ſup de procu.l.ſi procuratorem. Sed Iaco.de Are.dicit quod ſigillum teſtis nihil operatur , niſi illud recognoſcant teſtes. vnde mortuis teſtibus ante publicationem non poterit fieri publicatio,vt C.de teſta.l.publicati. nec obſtant hic ll.allegatæ, quia loquuntur de ſigillis illius , qui principaliter obligatur , & hoc videtur probari.inf.eo.cum ab initio,& l.2.inf.eod.& C eodem.l.2.tamen ſi teſtis negat, poterit probari contra eum,quod ipſe ſigillauit ſecundum Iacob.de Rauen.& Cyn.& adde,quod not. C.de edict.diui Adria.tollen.l edicto, in gloſ.ſignorum . Deinde no.hic,quod vno de teſtibus neceſſarijs teſtamenti contradicente redditur teſtamentum ſuſpectum. & ſic colligũt hic quidam,quod vox vnius inducit ſemiplenã probationem. Sed quid in alio inſtrumento nunquid vox vnius faciat vacillare inſtru-

a inſtrumentum dicunt quidam, quod tantum quaſi vox valuit quaſi vox nullius, arg. C. de teſt. iuriſiurandi. §. 1. ſic reſoluit ad l. illam, quod hic eſt ſpeciale propter maiorem ſolemnitatem, & hęc fuit opinio loquentis gl. cum alias non tenent, vt C. de fal. l. ſi quis decurio, ſecundum Cy. Tu dic, ꝙ quędam ē ſcriptura quę propriam vim habet ex auctoritate ſcribentis, vt ſcriptura tabell. Quędam ē ſcriptura, quæ requirit adminiculum confirmationis teſtium. Primo caſu refert, aut ſcriptura infligitur per teſtem, quia eſt de numero, & ſubſtantia inſtr. & tunc vacillat, arg. iſtius §. aut per teſtem, qui eſt de numero, tamen non eſt de ſubſtantia, puta in inſtro emptionis notarius appoſuit 6. teſtes, & vnus eorum ꝯdicit, tunc non vacillat fides inſtr. propterea aut teſtis non eſt de numero, & per ꝯñs nec de ſubſtantia, quia non eſt deſcriptus in inſtro, & tunc non ſufficit vnius teſtis ad infringendam fidem inſtr. imò nec ſufficiunt duo ſm gl. ſed requiruntur ad minus 5. vt no. inſt. de inutilibus ſtipu. §. item verborum. ſed Bar. hic ſm Iac. But. dicit duos etiam non deſcriptos ſufficere, ſi tantæ ſint auctoritatis, & ita bonæ famæ, quod ſit veriſimile, quod verum deponant: ſed ſi notarius eſſet mult. bonæ famæ, magis preſumeret pro inſtro. & ideo ſecundum Bar. debent eſſe aduocati cauti hincinde, vt faciāt articulos de legalitate, & fama ſm Bar. per 3. autem teſtes non eſt dubium, ꝙ inſtrm reprobatur: ſed tamē ille qui reprobat, debet eſſe cautus, vt faciat articulum concludentem ꝯ illud inſtrm, & ſit articulus coarctatus in loco, & tempore, vt extra, de fide inſtr.

b cum Ioannes & Heremita. Bar. Secundo caſu principali, quando ſcriptura acquirit adminiculum viuæ vocis, tunc ſi aliquis ex illis, quorum vox deſideratur, ꝯdicit, redditur ſcriptura ſuſpecta, & ita loquitur hic. quis autem erit effectus iſtius ſuſpitionis inductæ ex vno teſte, non aperitur hic. & credo, ꝙ ad impediendū poſſeſſorium talis ſuſpitio nō ſufficiat, vt no. in l. edicto, in gl. ſi quorum. Quid ſi teſtis non dicat non eſſe verum, ſed dicit nō recordor? Reſpōdeo ſi inſtrm eſt publicum, ſtatur inſtro: ſed ſi eſt ſcriptura priuata indigens ꝯfirmatione ex dicto teſtis, tunc non

3 ſufficeret, & hoc ſentit gl. hic. † Tertio quæro, quomodo per teſtes inſtr. pōt inſtrumentum reprobari? nā ſi quilibet dicat, non interfui, quilibet eſt in ſuo dicto ſingularis, ergo non probat. reſpondet Bar. quod nō eſt ſingularis in dicto, nec in ratione dicti, imò habet conteſtes. licet ſit ſingularis in ſenſitiua cognitione: nā hoc ſemper eſt quia per proprium ſenſum teſtis cognoſcit, non per alienum. tamen per hoc teſtis non dr̄ ſingularis, vt nor.

4 C. de teſt. l. teſtium, ſm Bar. † Vltimo inducitur iſte tex. in ar. ad

c quæſtionem, ſi nuncius refert ſe citaſſe, c & pars negat ſe citatā, vtrum illa citatio facit vacillare relationem nuncij? dicendū eſt quod non, quia in propria cauſa non ſtatur negationi, & hoc extra, de ap. cum parati. Item ſi notarius ſcripſit dictum teſtis ſub vna forma, & teſtis dicit ſe aliter dixiſſe. quam ſit ſcriptum, an credatur notario, vel teſti, & an ex hac ſcriptura notarius vacillet, Iac. de Are. dixit hoc, quod debet perpendi ex qualitate perſonarum, & de hoc per Cy. hic referendo eum, & per eundem. C. de fal. l. ſi quis decurio, quam omnino vide.

ADDITIONES.

a Quod non. Adde D. Alex. de Imol. in conſ. 44. in 4. parte.

b Cum Ioannes. Vbi vide Fel. 13. col. verſ. ſecunda concluſio, & quod ibid. dixi in apoſt. & Dy. In conſ. 46. in fi.

c Citaſſe. Vide Paul. de Caſt. in conſ. 285.

LEX II.

1 *Teſtamentum vocatur inſtrumentum.*

2 *Teſtamentum non eſt ſolius hęredis, ſed cęterorum, quibus quid eſt relictum in inſtrumento teſtamenti.*

3 *Inſtrumentum teſtamenti dicitur publicum.*

1 Tabularum. Dicit hic glo. † No. teſtamentum vocari inſtrm, & ſic actus, de quo conficitur inſtrm, appellatur inſtrm. facit C. de dona. l. 1. & iūp. de pact. poſſeſ. & de proba. l. ſi Chirographum & facit ad ſtatutū, ꝙ ꝯ executio

2 nem inſtri non poſſit opponi. † Secundo no. ꝙ teſtm non eſt ſolius hęredis, ſed cęterorū etiam, quib. quid eſt relictum in inſtro teſtamenti. dicit gl. quod eſſe alicuius dr̄ dupliciter. ſ. proprietate, & vtilitate, quo ad proprietatem eſt ſolius hęredis, quo ad vtilitatem eſt quorumlibet, quorū intereſt. ſimile in cauſa vniuerſitatis, quę non ē ſingulorū proprietate, ſed vtilitate, quę redundat in ſingulos, qñ ſinguli aliquod commodum percipiunt, vt dicit gl. de vſu nemoris & bellias hominū villę, & dicit glo. in l. ſicut, quod cui vni. no. & hoc caſu qñ ſinguli cōmodū partiuntur, non ſunt illi de vniuerſitate teſtes idonei.

3 † Tertio no. quod inſtrm teſtamenti dr̄ publicum ſm gl. duob. modis. Vno modò id eſt ſcriptum per manum publicam, & tunc teſtm ſcriptū manu priuata non eſt publicum, nec probat niſi publicetur, vt C. de teſta. publi. C. quemadmo. teſta. aper. l. 2. & dixi ſ. eo. l. 1. Secundo dr̄ publicū. ſ. ad publicam vtilitatem reſpiciens, ſeu publicum fauorem habens. ff. §. ſol. mat. l. 1. & ꝗ. eod. vel negare, & ita accipit hic. & ſ. de liber. & poſthu. Gallus. §. quid ſi is. in glo. quę incipit, alias &c. Quęrit hic gloſſ. vtrum ille cui nihil eſt in teſtamento relictum, poſſit agere ad inſpiciendū? & dicit gl. quod ſic, vt poſſit videre, an ſit ſibi aliquid relictū, vel non. ego dico, qđ poteſt agere, vt edatur iudici, per quē inſpiciatur, an ſit ſibi aliquid relictū: ſi ſibi nihil eſt relictū, nō eſt neceſſe, ꝙ iudex adeat, cū appareat ſua non intereſſe, vt ext. de ſi. inſt. pro nogit. fieri ergo edito iudici, nō parti, de neceſſe dico, & ita intelligo gl. poſſet ēt eſſe caſus, ī quo ipſa pars deberet inſpicere, puta filius pręteritus, vt poſſit agere de nullitate. & ex hoc no. q̄ēt non nominatus in inſtro pōt petere copiam inſtrumenti pro ſuo intereſſe, quod eſt no.

ADDITIO.

a Idem. Vide Fely. in c. dilectus, el 2. ima. col. in ver. In ea gl. in fi. de ſimo. & Franc. Aret. in l. 1. §. municeps, de acq. poſſ. & d. alex. de Imol. in conſ. 43. in 4. parte.

1 *Teſtamentum proprie non dicitur illud, quod eſt falſum, vel nullum, idem in ſententia nulla.*

2 *Statutum dicens, quod contra executionem ſententiæ non poſſint opponi, niſi quædam exceptiones, intelligi debet proprie de ſententia, quæ eſt aliqua.*

1 §. Teſtamentum. † Proprie nō dr̄ teſtm id, ꝙ eſt falſum, vel nullum, ſed improprie, & abuſiue ſic, & ideo eius editio petit. h. d. No. hic arg. ꝙ proprie non dr̄ ſniā illa, q̄ eſt nulla ipſo iure, ſed improprie, & abu-

2 ſiue a ſic. idē in ꝯtu, qa non proprie dr̄ ꝯtus ille. qui eſt ipſo iure nullus. ſñ gl. diſputat de hoc in l. 1. §. 1. de pac. & facit ꝗ. de re iu.

a l. 4. § ꝯdemnatū. † Et eſt arg. ꝙ ſi ſtatutū dicit, ꝙ executionē ſniæ non poſſint opponi, niſi quædā exceptiones, ꝙ ꝯ intelligi proprie de ſniā, q̄ eſt aliqua, & dixi ſ. de teſta. mil. l. diuus, & ibi per Bar. & per eundem in l. 1. §. 1. ꝙ vi aut clam. Quæro, hic virū pro teſto falſo hēat locū hoc edictū? dicit gl. aut eſt teſtm falſum, ꝙ ſi eſſet verū, eſſet ſolemne. tunc hēt locum edictū. aut eſt falſum, & non ſolemne, tunc hēt locum hoc edictū nō dr̄, quia ſi eſt ſolemne, petit edi, vt aduerſarius redarguat de falſo: ſed ſi non eſt ſolemne, non pōt redargui de falſo, & ſic non intereſt petentis, nec rōne commodi, nec vindictæ ſm Bar. iſtud eſt verum, ſi vitium ſit patens: ſecus, ſi latet, vt ꝗ. de fal. ſi quis legatum. dicit hic Cy. ſm Ricar. Mal. ꝙ qñ eſt falſum, & nullum ēt ſi eſſet verum, ꝙ non tenet aduerſarius crimine falſi, ſed crimine ſtellionatus, & dic, vt no. C. de ſepul. viol. l. 3. & Iac. Bu. in l. Lucius, de inta. Secundo quærit gl. an protello imperfecto habeat locum hoc edictū? gl. dicit, ꝙ ſic & ex iſta gl. no. ꝙ tabellio cogit publicare inſtrm ēt non ſolemne. hoc dēt intelligi de imperfectione reſpectu ſolēnitatis: ſecus, ſi eſt imperfectum eo, ꝙ rogatus non fuit cōpletus, quia teſtator prius obiit, vt ſup. de teſta. l. his qui, & lex ea, de teſt. mil. l. Lucius, & ff. de fideicommiſſa. §. 1. de leg. 3.

ADDITIO.

a Ecabuſque. Vide quod dictum fuit ad Bart. in l. 4. §. condemnatum. infra de re iudic.

§. Si plura. Siue plures ſint ſcripturæ eiuſdem teſtamēti, ſiue plures ſcripturę plurium teſtamentorum, oīum dēt fieri editio. h. d. ſecundum cōem lec. & dicit Bar. ꝙ licet primum teſtm reuocet per ſecundum: tñ notarius rogatus de primo cogit de eo cōficere publicum inſtrm, & reſtituere per iſtum tex. ex hoc ſequit quod notarius cogitur conficere quodlibet inſtrm, de quo eſt rogatus, licet partes diſceſſerint ab alio inſtro, vel pœnituerint. No. ī gl. quod pluralitas chartarum non propterea demonſtrat pluralitatem factorum.

1 *Petens edi teſtamentum debet facere fidem de morte teſtatoris.*

2 *Notarius viuo teſtatore, non debet reddere inſtrumentum teſtamenti hæredi.*

3 *Probatio præſumptiua tunc ſufficit, vbi agitur de modico præiudicio.*

1 §. Si dubitetur. † Petens edi teſtm dēt facere fidem de morte teſtatoris: nam ſi teſtator

a viuit, edi non debet. h. d. † No. ꝙ viuo teſtatore notarius non debet reddere inſtrm teſti hæredi. dicit Bar. quod teſtatori deberet notarius reddere, ſicut multi faciūt, qui voluit teſtamenta apud ſe facit ſup. de teſt. vnum, & facit C. de teſt. [illegible] Secū-

2 do no. ꝙ debet conſtare de morte. Quæro aūt cui incumbat probatio? tex. vr̄ dicere, ꝙ affirmanti viuere. glo. dicit ꝙ eſt præſumptio, ꝙ quis viuat per centum annos. & ideo incumbit probatio negantī aliquem viuere ſm gl. & ita eſt verum quo ille, q fundat intentionem ex morte, debet probare de morte. & ſemper allegamus iſtam gl. ad hoc. Sed circa hoc quæritur, qualis probatio ſufficiat de morte? Reſpondet gl. ꝙ ſufficit probatio ſemiplena, & præſumptiua ēt per vnū teſtē. & alibi dicit ꝙ ſufficit per famā, vt no. C. ſol. ma. ſi quidem eſt. Odofr. dicit quod aut quærit de mortuo de recenti & proximo, & tūc talem eſſe mortuū debet probari per teſtes, aut de mortuo de longinquo, tūc ſuffi-

3 cit probari per famam. ita dicit Odofr. & Cyn. Bar. † dicit ꝙ vbi tractatur de modico præiudicio, tunc ſufficit præſumptiua probatio, vt in iſta glo. ſed vbi tractatur de magno præiudicio, tunc debet probari plene, vt C. de repu. aut. hodie. & facit ꝗ. de adul.

a miles. §. pen. Qualiter autem teſtis reddat rationem de morte, dicit Barto. vt quia vidit eum mortuum, vel portari ad ſepeliendum.

ADDITIO.

a Morte. Vide quæ habentur per eu. in conſ. 55. & in conſ. 34. in 1. vol.

dum, iſta diſtinctio Bar.eſt vera. tñ quandoque propter difficultatem probationis non exigenda tam clara probatio, vt ſi quis dicatur deceſſiſſe in partibus longinquis, vel in bello argu.eius quod no.in l.qui ex liberis, in prin.de ſecun.tabul. & vide quod no.Inn.in c.cum cauſam, de iur.cal. Deinde habes quandam gl. quæ dicit, quod in inſtrumentis debent apponi ſigna conſueta per tabellionem, & quod illa poſſunt inſpici per eum, cuius intereſt, ſicut ipſa ſcriptura.facit quod no.in l.i.de pub.iu.§.item lex, & C. de aſſeſſo.l.nemo. Deinde dicit hic Iac.de Ra.ſuper verbum ſigillet, quod ille cui ſit copia, inſpicit, & ſcribit, & ſigillat, & quod contra eum ex tali exemplo ſit plena probatio ſecundum Barto.& eſt caſus C.de fide inſtrum.auth.ad hoc.

1 *Inſpectio cui conceditur, etiam lectio conceditur.*

2 *Inſtrumentum non debet plene edi a tabellione cum die, & conſule.*

1 **§.Inſpectio** †Cui conceditur inſpectio, conced.ẽ lectio. h d.& eſt iſte ver.ar. quod nõ vr̃ inſpexiſſe dicta teſtium ille, qui non legit ad intellectum. vnde non dr̃ percunctaſſe quod eſt no. Allegatur etiam iſte ver.quod, quãdo conceditur alicui aliquod præambulum, conceditur & quod ex eo ſequitur. In tex.ibi, inſpici no.iſtum tex in ar. ꝯ tabelliones, qui oſtendunt diem, & conſulem. quem edere non debent quod n.

2 non debet edi, non debet inſpici, vt tex.d.cũ hic.†Quæro hic ſi a tabellione hæres, vel legatarius petit inſtrumentum teſtamenti, an debet edi cum die.& conſule: & vr̃ quod non, vt hic. Sed contrariũ eſt verũ, quia ab eo petitur, vt poſſit inde fundari probatio, quæ non poſſet fieri ſine die, & conſule. Item quia tabellio tenetur ad hoc ratione publici officij ſicut argentarius.& ideo debet plene tabellio edere, vt l.prætor.§.1.de edend.ſup.non ob.iſte tex. quia loquitur in eo, qui conueniebatur ratione poſſeſſionis inſtrumenti, non ratione publici officij ſecundum Bar. intellige hoc de tabellione, qui fuit rogatus de teſtamento, non de tabellione, cui eſt teſtamentum productum, vt l.1.§ diem, de edend. ſup quia ille non debet edere diem & conſulem.

§.Vtrum autẽ Ad editionem faciendam debet cõpetens terminus aſſignari h. d. Bal.

§.Si quis non. No hic quod ꝯ eum qui confitetur ſe habere tabulas, datur hoc edictum: ſed ꝯ negãtem datur interdictum de tab.exhib Ratio diuerſitatis eſt, quia hoc edicto ſubuenitur per iudicis officium, argu. ir.ſ. ad l. Falci.l. pen. §.fi.in quo lis non conteſtatur. nec mora iudicialis ſeruatur, vt no. in rub.ſ.de interro.actio.& in confitentem dari debuit, arg.J.de re iud.a diuo.§ pen.ſed interdictum de tabu exh b.cum ei competat actio in factum, vt inſti.de inter §. fi. exigit formam iudicialem, & ideo requirit contradictionem per negationem, vel allegationem cauſæ, quare non debet exhiberi, quæ facit lit.conteſt.vt l.a.in prin.de iu.ca C.& de iud.rem non nouam.

LEX III.

1 *Scriptum ſi quid eſt in charta mea, pro eo mihi competit actio ad exhibendum.*

Ipſi tamen. In gl.quia.ibi, quod eſt ſpeciale, immo dic, vt nota per Cy C.ad exhi.inſtrumenta, &

1 dixit Iac.de Rau. †vbi quid eſt ſcriptum in charta mea, non eſt dubium, quin mihi competat actio ad exhi.ſed in charta aliena, non.& ratio, quia actio ad exhib.competit ei, cuius intereſt ratione iuris, quod habet in re, vel ad rem, vel quia eſt ſibi debita, vt ſup.ad exhib.l.3.& enim literæ cedant chartæ, vt inſti. de re.di. §.literæ, non habeo ius in re, nec ad rem. ergo .&c.& ideo datur actio in factum, vt amplietur facultas probationis, vt C. de hæred.quoniam, ſecundum Iaco.de Rau.& Cyn.& adde quod no.in l.quoniam, in princ de eden. ſup.

LEX IIII.

Cum ab initio. Ibi, cogat. Nota teſtes cogendos.& ſic eſt arg.quod Archidiaconus bene poteſt cogere doctores ad iuramentum de idoneitate ſcholaris a doctorandi.

ADDITIO.

a Scholaris. Vide Fel.in c.nenio, in verſ.item opponitur, de ſimo.vbi an teſtimonium doctoris de peritia ſcholaris ... idonis.

LEX V.

Vel negare. Dic vt dixi in l.2.in prin.ſup.eo.

LEX VI.

1 *Plures delegati ſi tulerunt ſententiam, appellandum eſt coram omnibus, ſi omnes inueniuntur, vel coram maiori parte, ſi maior pars inuenitur, vel ſi nemo inuenitur, coram honeſta perſona.*

Sed ſi maior pars. Ibi, intenta. hoc non notat miniſterium iuris, ſed accidentiã facti Din. No.in l.cum ab initio, ſuper verbo officium: ar.quod ex officio ſuo iudex poteſt mittere pro teſtibus, & recipere eos. Item ex glo.no.quod licet cauſa ſit ſummaria, teſtes tñ debent eſſe citati, & iurati. adde tñ quod not.J.de his quib. vt indi.l. poſt le-

1 gatum, §.his verbis. Secundo no.argu.ex his tribus ll. ſimul iunctis, quod ſi plures delegati tulerunt ſententiam. appellandum coram omnibus, ſi omnes inueniuntur, vel coram maiori parte, ſi maior pars inuenitur, & non omnes, vel ſi nemo inuenitur, coram in honeſtis perſonis. vt l. ſed & ſi quis ex ſignatorib. J. eo.quod dic, vt in c.1.de app.in clem.

LEX VII.

1 *Iudex poteſt mittere officialem ſuum ad recipiendum teſtem extra territorium.*

2 *Teſtis non debet dimittere propria facta propter aliena.*

3 *Ordo præpoſteratur propter neceſſitatem.*

1 **Sed ſi quis.** No. quod †Iudex põt mittere officialẽ ſuũ ad recipiendũ teſtẽ extra territorium. Vel dic, quod dẽt committere iudici illius terræ, quod recipiat iuram & dictum illius teſtis.& iſtud eſt verius.& dicit gloſ.no.hic quod ad officium iſtius iudicis recipientis non pertinet aliud, quã ipſa receptio.reli-

2 qua n.debẽt expediri p ipſum cõmittentem, qđ eſt no.†Secundo no.quod nõ dẽt teſtis dimittere ſua facta pp aliena.& quod officiũ teſtis non dẽt ſibi eſſe dãnoſum. Tertio no.teſtes hr̃e publicum officium.ſ. auctoritate, non adminiſtratione. Nã tũc mulier nõ

a poſſet eſſe teſtis, a quod eſt falſum tñ, vt ſup.de teſta l.qui teſtã §.

3 mulier ppea dicit ſane intellige ſm Cy.† Item no.hic pp neceſſitatem ordinem præpoſterati, vt ibi dum dicit, tunc deinde, &c. & ſic ſ.de inu.teſt l.ſi quis filio, verſic.niſi forte.& hoc faciunt iudices frequenter, quando periculum eſt in mora, quia incipiunt a præcepto.& poſtea iuſtificant ipſum per examinationẽ cauſæ, vt no.in l.pupillo.§.memi.de ope.no.nunc.

ADDITIO.

a Teſtis. Vide eundem Bald.in l.ſcio.ſupra de teſti & quod ibidem dixi in apoſtill.

LEX X.

Si in duobus Ibi, illud. quod fit naturaliter, perinde eſt ac ſi fieret hominis artificio.& allegatur ad quæſtionem de equo per ſe currente ad brauium ſecũdum Cyn Si tabulæ no.quod admittitur interdum incerta petitio, tamen non admittitur incerta probatio, nec incerta condẽnatio & idem no.in l.1 §.ſi quis argentum, depo.

LEX XII.

a **Si quis** No. quod non dicitur percunctatus dicta teſtium, qui vidit exemplum, niſi viderit originale.a

ADDITIO.

a Originale. Quod dictum ſingulare ſequitur Ang. in l.præcedenti, & Lud. Pontan.in ſing.ver.teſtes publica.& ver.poſt dicitur, & limita vt ſing.per Io.de Imo.hic.quod verum, niſi copia ſit manu eiuſdem notarij.

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti. **Rub.**

LEX PRIMA.

1 *Relicta ex teſtamento, non debentur ab inteſtato regulariter.*

PRætor voluntates. Not. quod prætor tuetur voluntates

1 defunctorum.†Secundo no quod relicta ex teſtamẽto non debentur ab inteſtato regulariter. fallit propter fraudem omitten. ex teſtã, & detinentium ab inteſtato & hoc ſtatuit edictum prætoris.& adde quod no.ſup.in rub.vbi dr̃, quod pp tria inducitur hoc edictum.alij dicunt quod propter vnum: ſed alia duo veniũt extẽſione iuriſconſultorũ, nõ ex iure.

§.Quid ergo. Ibi, compellendus No quod compellẽdus eſt ſeruus obedire domino.& iſta compulſio nõ vitiat aditionem, quia eſt compulſio probabilis, & neceſſaria propter inobedientiam ſerui, vt no.C.de hær.inſt. cum proponas. Item no. quod dominus non poteſt prætendere inobedientiã ſubditi, quia habet ius cogendi de facto.tamen quandoque reſtituitur, vt inf.eo.l.excuſatus.

§.Sin autem. No.quod ignorans non dicitur fraudem committere, niſi ſimulet ignorãtiam. Et dicit Cy.no.quod ſcientia, non ignorantia obligatur. vbi tamen quis tenetur ſcire, ibi ignorantia præſumitur ſimulata, vt hic, & in l.quod te, ſi certum pet.& facit ad quæſ. terminus non currit ignoranti: tamen ſi quis ſimulet ignorare, quod debet ſcire hoc ſibi non patrocinatur.

§.Si proponatur. Teſtator vulgariter ſubſtituendo videtur dare licentiam omittendi ex inſtitutione.h.d. In tex.& ſubſtitutus cohæredi, vel ſibijpſi cauſa mutata.Cy.& facit iſte §.ad no.in l. Pap §.quarta, de inoffic.teſtam.& de lib.& poſthu.l.ſi filius hæres.

§ Sui ſunt. Suus hæres eſt ipſo iure hæres, & de iure ciuili tenetur ex teſtamento; ſed de iure prætorio ſi omittit ex teſtamento non tenetur ex teſtamento, ſed ex hoc edicto hoc dicit. In tex.ib . facit quo ad ius ciuile. No.iſtum §. qui facit quod filius ſit hæres ipſo iure, & reus creditorib. quod dic vt ſ.de acquir.hære.neceſſarijs. Secundo no.quod filius abſtinens ex teſtamento, venit ab inteſtato per ius prætorium. q.d quod per ius ciuile non poſſit adire ab inteſta. cum eo iure ſit hæres ex teſtamento. Cy.de hoc dic, vt l.qui ſe patris. C.vnde libe.

1 *Conditio poteſtatiua non cenſetur conditio.*

1 §.Qui ſub conditione. †No. quod condõ poteſtatiua non cenſetur conditio.& argum. huius §.dicit alibi Gul. quod ei, qui eſt creditor ſua conditione poteſtatiua, quæ pendet ex ſua libera poteſtate, ita currit præſcriptio, ac ſi creditum eſſet purum. Sed gl.dicit quod iſte tex. habet locum quo ad hoc edictum, nec habet locum alibi. Extra opp.contra iſtum §.& videtur quod iſte §.ſtare non poſſit.nam iſte ab inteſtato adire non poteſt, niſi prius repudiauerit ex teſtamento, vt ſup.tit.1. illud, & l.necis. §.hæres.ſed repudiare non poteſt pendente conditione, vt ſup de acquiren. hæredi.l.is qui hæres, &c. Reſponde quædam eſt conditio, quæ non requirit actum extrinſecum; & talis non ſuſpendit actum, vt ſi volueris. & habetur pro pura, vt hic. Quædam requirit actum extrinſecum, vt dare Io.& ſimilia, & talis ſuſpendit actũ, vt in contrario. Cy.tu dic, vt no.ſup.de hære. inſti.iam du. & l. Cornelius.& adde quod no.ſup ead.l.ſi quis ſub conditione. Extra no.ex iſto §.arg. quod licet teſtator ponat conditionem poteſtatiuam, non tamen videtur permittere abſtinere.alias iſte §. non videtur procedere, vt ſup.ea.l.§.ſi proponatur, & adde inf. eo.l.quia autem.

1 *Ille dicatur in fraudem poſſidere, qui non poteſt iuſtam cauſam ſuæ poſſeſſionis oſtendere.*

§.Non quęrimus. Colorata, vel improba poſſeſſio non eſt melioris conditionis, quam ea, quæ habet iuſtum titulum. Item vbi non eſt fraus,
1 ceſſat hoc edictum. h.d.vſque ad ver.& non poſſideat.† No.qđ ille dicitur in fraudem poſſidere, qui non poteſt iuſtam cauſam ſuæ poſſeſſionis oſtendere. No.quod quælibet poſſeſſio ſiue iuris, ſiue facti, dummodo ſit gratuita poſſeſſio, aſtringit vniuerſalem poſſidentem ex hoc edicto. Item no. quod habẽs alium tit. probabilem, & iuſtum, excuſatur a fraude.& facit infra de di.& & tempo.præ.l.an vinum.§.ex facto.Item no.quod ſufficit primum hæredem adire, vt legata habeantur, licet hæres hæredis non adeat, vt hic ibi, ſed ex cauſa, &c.

1 *Paria ſunt poſſeſſionem dimittere, & in fraudem non incipere poſſidere.*

§.Etſi non poſſideat. Qui in fraudem deſiuit vel omittit poſſidere, vt alius poſſideat, tenetur hoc edicto.h.d.In tex.ibi, incipere.ſed vt
1 alius prædo poſſidet.†No.hic ibi, non minus delinquere, quod paria ſunt poſſeſ.dimittere, & in fraudem non incipere poſſidere. & eſt optimum argu. quod ſicut priora beneficia vacant per
a poſſ.ſecundi a beneficij, ita vacant, ſi poteſt adipiſci poſſeſ.ſecundi beneficij, & non vult, quia ſunt paria.

ADDITIO.

a Secundi. adde Lud.Rom.in conſ.355.

§.Si quis per. Qui accepta pecunia a legitimo, omittit hæreditatem in fraudem, tenetur ad preſtationem legatorum.h.d.& per hoc quod dixi accepta pecunia, ſoluuntur omnia contraria. In tex.ibi, omiſerit accepta pecunia; alias non conueniretur, vt inf.eo l.ſi quis.Dy.In tex.ad legitimum.qui poteſt ab inteſtato venire. Dy.In tex.perueniat.No. quod verbum perueniat, eſt directum. In tex.tenebitur. ſcomittens excuſſo primo legitimo, qui tenet bona, inf.l.proxima.Dy. Cy.& hic adde l.ſi quis ſup.de exc.tuto.

LEX II.

1 *Hæreditatem deuolui faciens ad ſubſtitutum accepta pecunia, vel in fraudem, tenetur ad præſtationem legatorum, excuſſo primo ſubſtituto, eodemque poſſeſſore.*
2 *Oppoſitorum natura eſt, vt ſe inuicem perimant, non vt inuicem ponant.*
3 *Excuſſio vbi eſt neceſſaria, ibi ſunt neceſſaria duo iudicia ſubordinata.*

1 Licet.† Qui accepta pecunia facit hæreditatem deuolui ad ſubſtitutũ, tenetur legatarijs excuſſo primo ſubſtituto eodemque poſſeſſore. h.d. Et no.in iſta l.fraudulentum
2 habere beneficium ordinis & excuſſionis.†In tex.hæreditatem, quia natura oppoſitorum eſt, vt ſe ad inuicem perimant, non vt
3 inuicem ponant, vt ſup.de acq.hær.fuit quæſtionis.† No.in iſta l.quod vbi neceſſaria eſt excuſſio, ibi ſunt neceſſaria duo iudicia ſubordinata.& eſt arg.contra illos, qui dicunt quod pendente iudicio hypothecariæ poteſt fieri excuſſio. nam hoc non videtur verum, cum ſit præpoſtere actum, arg huius l.ſed ipſi dicunt ꝙ excuſſio venit per modum cuiuſdam declarationis, quæ poteſt fieri pendente iudicio, arg.de pig.act.ſi rem. § fi.In glo.abundat. hæc vera.In ea.gl.bono modo.vel hic non fuit precium hæreditatis, ſed omiſſionis ſecundum Iac.de Are. & And.de Piſ.

LEX III.

Si pecuniam. Si inſtitutus, & ſubſtitutus omittãt participata fraude, tenetur vterque legatarijs.h.d.In tex.ibi, ipſe.ſ.inſtitu.Dy.in tex.veſtrum.non ob.ſupra in l.1.§.ſi proponatur.quia illud debet intelligi non interueniẽte colluſione. nam teſtator non videtur permittere, vt colludatur, vt hic. No. etiam in l.noſtra, quod ſubſtitutus colludendo ac dando pecuniam inſtituto pro repudiatione, non dicitur adire ex ſubſtitutione vulgari.

LEX IIII.

Si quis pecuniam. Nunia gratia ęquipollet ſimoniæ ad hoc allegatur. æquipollet tamen quo ad quid non per omnia, vt hic patet. In tex. ibi, dum vult præſtitum. i. dum vult deferre, & gratiam facere. In tex.ibi indignandum. No. quod lex indignatur, quando voluntas defuncti circumuenitur. In text. ibi. actioni, ſcilicet, ex teſtamento pro legato. In tex. ibi, poſſeſſionem.qui participauit in fraudem. No. quod qui facit gratis, non tenetur, vbi ille qui facit accepta pecunia, tenetur.

§.Quamquam. Legatarius cuius fraude eſt repudiata hęreditas, tenetur ad pręſtationem fideicommiſſi a ſe relicti. h. d. In tex.ibi, omittatur hæreditas.intellige de tali legatario, qui potuit ſuccedere, cuã ſucceſſit ab inteſt.ſecundum Iac.de Are.& Cy.

§.Si quis. Qui vendit hęreditatem non tenetur tanquam fraudulentus, ſed tanquam verus hæres hoc dicit. Vel dic, ex capite, quod conſiderat fictionem, non debet agi contra illum, qui poteſt conueniri ex capite, in quo veritas ipſa repræſentatur.hoc dicit.

LEX V.

Excuſatus. Nõ dr̃ fraudem committere, qui fraudem excludit, nec qui facit quicquid poteſt, eſi plus non poſſit.h.d.In tex. per quemcunque caſum. puta quia erat in fuga, de contrah.emp.quo ſæpe.§.ſi quis amico.

LEX VI.

1 *Fraus non excludit Falcidiam.*
2 *Teſtator licet formaliter ſibi prouideat ab inteſtato, non propterea dat licentiam abſtinendi ex teſtamento.*

Quia autem. Licet legata ſint repetita ab inte.non vſ ꝓpterea per teſtatorem permiſſa licẽtia abſtinendi, niſi permittatur nominatim, & legata quæ debentur tanquam ex teſtõ, prius ſunt ſoluenda, quam ea, quæ debentur tanquam ab inteſtato.h.d.no. gl.vero alleg.hunc tex.in hac forma, quod ponitur in grauamine, non releuat.h.d.quod eſt arg. ꝙ cum clauſulæ non obſtantium, quæ ponuntur in literis Papę, ponuntur ad grauandum, & affirmandum gratiam, ꝙ nũquam operantur diminutionem, ſeu reſtõnem. In tex.ibi, legata.i. relicta tanquam in teſtõ Dyn.In tex.ex ſuperfluo.dodrante. Dy. In tex.ibi, fideicommiſſa.i. relicta tanquam ab inteſt. quam teſtator quædam reliquerat ex teſtõ, & quædã alia ab inte.In tex.id 10. mutere ex teſtõ hæreditatis. Dy. No.ꝙ ſi teſtõr quædam legata reliquit ex teſtõ, quædam alia fideicommiſſa ab inteſt.& hæres inſtitutus in fraudem legatorum adijt ab inteſ.ꝙ tenetur ad legata teſtamenti ex hoc edicto, ad legationem inteſtati tenetur mero iure ſine adminiculo huius edicti.& modus ſoluendi iſta relicta eſt, vt cauſa teſtati pręcedat in executione cauſam inteſta
1 ti, Falc.ſemper ſalua.† Secundo no. ꝙ fraus non excludit Falci-
2 diam.† Tertio no. quod licet teſtator formaliter ſibi prouideat ab inte.non propterea dat licentiam abſtinendi ex teſtõ.ex quo collige quod clauſula inteſtati nullo modo impedit exiſtentiam ſui hæredis ex teſtamento. Item no. quod aliud eſt loqui conditionaliter, aliud permiſſiue, vt in ver.plane.

§.Quid enim. Ordo Iul.habet locum, vbi in agendo concurrit cauſa teſtati, & inteſtati: ſed vbi ſola cauſa inteſtati inſpicit omnes, legatarij, ſeu fideicõmiſſarij ſunt æquales. h.d. In tex.ſuſpitio. no. colluſionem probari per ſuſpitionem, & indicia.

§.Sin autem. Ad euidentiam præmitte quod habes ſup.eo.l.1.§.non quærimus.

§.Non ſimpliciter. Vbicunq; fit mentio de cauſa, ibi cauſa eſt inſpiciẽda, & examinanda. concordã.ſup.de tranſ.l cum hi.§.ſi prætor.

§.Si patronus. Factum buna fide a Princ.tatione caſus emergentis non debet reputari factum mala fide. ad hoc allegatis. caſus emergens fuit hic, & per ius accreſcendi tota portio cohæredis peruenit ad patronum, qui prius ſine fraude repudiauerat.

LEX VII.

Quidam Titium. Pręlegata per hoc edictum nõ conſeruãtur. hoc dicit. Vel ſic. participans in fraudem non agit ex fraude.

LEX VIII.

Si quis ſub conditione. Illud, quod venit per modum conditionis, obligationem non parit & per conſequens peti non poteſt.h.d. Et no.de condi.& demon.a teſtatore.In contra.facit de leg.1.fideicom.§.cum eſſet. ſed ibi video. quia verba executiua conditionis relata ſunt ad poteſtatem eius, cui debet impleri.vnde habet implicatam diſpoſitionem: ſed hic loquitur in mera conditione, quæ non habet diſpoſitionem implicitam.

LEX X.

Si non ſolus. Poſſidens cum doloſo in fraudem creditorum conuenitur ſimul cum eodẽ.h.d.

In

In tex. aſpernari. Nota. quod non debet quis dedignari ſentire damnum. vnde ſentit lucrum. In tex. hoc autem. ſ. vt vterque te neatur pro parte. Dyn.

§. Cum ſubſtitutus. Si inſtitutus, & ſubſtitutus repudiant in fraudem legatorum, non poteſt ſubſtitutus petere legata relicta ſibi ab inſtituto. h. d. Nec ob. J. eo in teſtamento. §. ſi. quia ſibi ſubſtitutus repudiauit bona fide, hic in fraudem, & J eo. quidam Titium. In tex. J. vniuerſa. No quod ille, qui repudiat vniuerſum, non debet admitti ad partem vniuerſi.

§. Si duo. Si inſtitutus, & ſubſtitutus repudiant in fraudem legatorum, vnuſquiſq; tenetur ſuis legatariis in ſolidum, & interdum ſubſtitutus tenetur omnib. In tex. vtraque. no. hic de iſta dictione, & ſup. man. creditor. §. duobus. No. hic tres caſus, aut poſſidet inſtitutus, & ſubſtitutus, & loquitur principium, & finis. aut poſſidet ſolus inſtitutus, & loquitur ver. ſed vtrum. vſq; ibi. item ſi ſolus, aut poſſidet ſolus ſubſtitutus, & loquitur ver item ſi ſolus vſque ad ver. nam ſi ambo.

§. Si ab inſtituto. Si inſtitutus, & ſubſtitutus repudiant in fraudem legatorum, & vterque poſſidet, legatario vtriuſque vterque tenetur in ſolidū; ſed debet alter eligi. hoc dicit & continuatur eum §. præ. quod ibi erant diuerſi legatarij inſtituti, & ſubſtituti, hic idem legatarius ab vtroque. Bal.

§. Heredem. Ex dolo defuncti deſcendit obligatio in hæredem, ſi in hæredem deſcendit res aliqua: ſecus, ſi nihil in eum deſcendit. In tex. niſi propter dolū. ſolum ſine aliqua rei præuentione.

L E X XIII.

Etſi non totam. Etiam minima poſſeſſio idē operatur quod vniuerſalis poſſeſſio. quod eſt no. iſta l. eſt arg. quod ille, qui non poſſidet omnes res beneficij, ſed aliquas res illius beneficij, intelligatur eſſe in poſſeſſione beneficij.

L E X XIIII.

Si quis omiſſa. Licitum eſt omittere hæreditatem, nec poteſt quis cogi adire, niſi per fideicommiſſatium vniuerſalem. hoc dicit. In tex. ibi, hæreditaribus. id eſt, in vniuerſali fideicommiſſo. In tex. beneficium, ſcilicet cogendi hæredem adire. Bald.

L E X XX.

In eadem. Legatarius inſtituti, & ſubſtitutus non debent in eadem re concurrere, nec faciunt ſibi partem per concurſum. quod eſt no. In tex. vendicabit. No. quod dominium tranſit recta via legatorum, quæ conſeruantur ex hoc edicto.

L E X XXI.

Si filius. Pater ad quē peruenit hæreditas ratione patriæ poteſtatis, tenetur ex hoc edicto. h. d.

L E X XXII.

Si In teſtamento. Per hoc edictum non conſeruatur directa inſtitut. c. h. d. & probatur hic aperte q inter cohæredes nulla eſt naturalis obligatio, contra gl. quæ eſt l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur & fac. ignor. quę male loquitur. In iſto etiam prin. inſtitutio eſt etiam minus fauorabilis, quam ſint legata. Item probatur hic quod iſta verba abſolute prolata, ſi hæres erit, intelliguntur obtinere ex teſtamento, non ab inteſtato. In tex. cum enim. No. optimam rationem ſecundum And. de Piſ. In tex. pure date ad hāc rationem facit l. ſeruus alienus, cum l. ſeq ſup. de cond. inſti. In tex. ibi. quarta ſupra eſt inſtitutio ſola, hic fauor libertatis cum inſtitutione concurrens: tamen idem eſt vtrobique.

§. Si quis hoc. Subſtitutus omittens iuſta ratione, nō in fraudem, petit legata ſibi data ab inſtituto, qui repudiauit in fraudem hoc dicit. In tex. ibi, implicari. No. quod qui repudiauit vniuerſi. poteſt alio iure venire ad partem vniuerſi.

L E X XXIII.

Si filius. Soror quæ cōuenitur ad legata hoc edicto. quia cenſetur hæres teſtamentaria, non confert dotē. hoc dic notabiliter. Eodem ergo priuilegio nititur fictio, & veritas. vnde fictus hæres ex teſtamento habet priuilegia veri hæredis, vt non conferat. Nec dotem. no. quod introductum contra me poſſum inducere pro me ad retentionem. ad quod l. ſi filius. §. ſi. de interrog. act. Iac. de Are.

L E X XXIIII.

1 *Dolus tutoris nocet pupillo, quatenus ex eo peruenit ad pupillum.*

1 Si dolo. † Dolus tutoris nocet pupillo, quatenus ex eo peruenit ad pupillum. h. d. & habet gloſ. quæ non eſt alibi. & præmitte ad eius ſententiam. quod omittens ex teſtamento, & adiens ab inteſtato minimam rem poſſidendo tenetur in ſolidum. quod a ſe relictum eſt, vt ſup. eo. & ſi non totam. hoc fallit in minore, qui omiſit dolo tutoris, qui non tenetur, niſi quatenus poſſidet. h. d. hæc l. ſecundum Cyn. In tex. perinde. dat tamen cum quodam temperamento fauore minoris ætatis. Gloſ. opp. de l. nec interdicto, de regu. iur. ex dolo tutoris non tenetur pupillus. Reſpon. gl. aut dolus tutoris incidit delicto, aut contractui, aut alicui actui, qui nō eſt delictum, nec contractus. Primo caſu loquitur l. contraria. Secundo loquitur l. illud, de eui. & l. Poſſa, quæ loquitur in iudicio, vbi quaſi contrahitur. Tertio caſu loquitur hic. ergo iſte tertius caſus eſt, quando dolus incidit quaſi contractui, quia adeundo ab inteſtato quaſi contrahit, vt l. apud Iulian. qui. ex ca. in poſſ ea. Vltimo dic, vt, no. in l. meminerint. C. vnde vi. & de ſacroſan. eccl. l. iubemus.

L E X XXVI.

1 *Honor eſt commodo præferendus.*

a *Honeſtum bonum, præfertur bono vtili.*

1 Iulianus. † Honor eſt commodo præferendus, & qui nō præfert, reputatur doloſus. h. d. iſta l. etiā dicit, quod pater non debet honorem ſuum dare filio: imò debet ſeipſum præferre filio. Item dicit hæc l. quod titulus inſtitutionis eſt titulus honorabilis valde. & concor. quod no. in l filium. inf. de leg. præ. Iſta l. etiam in ver. denique, dicit quod qui honorem ſuum præfert, eſt laudandus, non vituperandus. In tex. vt arbitrium in fraudem legatorum. In tex. ibi, aliena etiam filij ſui. In tex. denique hic conuertit terminos, quia ſup. pater erat inſtitutus filia ſubſtituta: hic econuerſo. In tex. contra votum parentū eſt ſibi quærere, & tandem in morte relinquere filio, nō autem per prius, vel pariter quærere filio, quam ſibi. vnde dicit hic Iaco. de Ranē. quod pater emit aliquos reditus pro ſe. & filio, quod eū pater viuit, omnes reditus ſunt patris, & poſt mortem patris filij, arg. huius literæ, & idem Cyn. No. etiam in hac l. quod datio ſubſtituti vulgaris non confert arbitrium iniquum, vel inhoneſtum, ſed honeſtum ſic. Vltimo no † quod honeſtum bonū præ-
a feri bono vtili vnde Seneca. q nihil eſt bonum, niſi honeſtum.

L E X XXVII.

Mater. Mater omittens propriam inſtitutionem, & adiens ex ſubſtitutione filiæ præſumitur in dolo. h. d. Vel ſic, non videtur pater in dolo, qui non vult filium emancipare, ſed potius ab inteſtato poſſidere. & intellige quod filius erat inſtitutus ſub conditione emancipationis.

L E X XXVIII.

Si ſeruum. Inſtitutus iſte § allegatur. quod fideicommiſſum vniuerſale conſeruatur per auctor.
a ex cauſa, ſicut conſeruatur a hoc edictum ſecundum Oldr. & de hoc no. ad Treb. l. ita tamen. §. quotiens.

A D D I T I O.

a Conſeruatur. An. in conſ. 183.

L E X XXX.

Qui omiſſa. Poſſeſſio tituli inter viuos non pertinet ad hoc edictum. & iſta l paruа eſt gloſſ. iſtius totius libri.

Ad Syllanianum. *Rubr.*

L E X P R I M A.

1 *Iniuria quæ infertur alicui ad domum, maior eſt, quam ſi alibi inferatur.*

CVm aliter. Quæro in qua ſignificatione ponāt hoc vocabulum domus? dicit hic q ponit in materiali ſignificatione. ſ. pro domo, quæ debet eſſe tutiſſimum refugium cuique, vt ſ. de
1 in ius voca. pleriſque, de iniu. lex Corn § domo † Nam maior eſt iniuria, & grauior, quæ infertur alicui ad domum q̄ ſi alibi inferatū, vt ibi patet. Iaco. de Aret. exponit domus, i. agnatio. vnde illi dr̄ de eadem domo, qui ſunt in eadem agnatione. facit. C. ſi rectos proui. & C. ſi quacunq. prædi. ptāte, & quod ibi per Cyn. hæc expoſitio non placet hic, quia non cuilibet de eadem agna. proſpicitur per ſenat. vt J. patet. & ideo exponitur tertio domus, i. familia ſimul habitans ſm Bar. facit ſ. de excu. tut diamus. §. ſi & l ter a oneta, de ali. & cib. leg. cum vnus, in prin & inſ. eo. l §. ſi inr. & facit ad ſtatutum, q illi de domo compellant ad ſoluendum condemnationem, ſi aliquis de domo condemnet, de quo Bar. remittit ad notata per ſe in l. pronunciatio, de verb. ſignific.

§. Domini appellatione. No. hic quod nomen domini verificatur etiam in nuda proprietate. concor. inf. de verbo. ſign. recte dici. & ſic no. pro libello, in quo quis dixit ſe dominum, quod ſufficit ſibi probare nudam proprietatem. ad hoc facit l. indebiti. §. ſed ſi nummi, de cond. indeb.

§. Qui ſeruum. Bonæfidei poſſeſſor non cōtinetur appellatione domini, nec vſufructuarius, licet dicamus quod vſufructuarius habeat dominium vſuſfructus formalis Et dicit hic Bar. q bonæfidei poſſeſſor hr̄ loco domini in hoc, vt non poſſet ſe negare dominum: ſed non in hoc,

hoc, vt poſſit agere tanquam dominus, facit ad ſta.de inſultante aliquem in re alterius, quod non ſufficit probare de poſſeſſio-
a ne.facit ſup.de rei.l.2.§.locum.

ADDITIO.

a De poſſeſſione. Vide d. Alex.de Imol in conſ.5.in 4.par.

1 *Stante ſtatuto, quod ſi quis de magnatibus occidit popularem, quod oĩa ſua bona deuaſtentur, non deuaſtabuntur bona obligata, ſi aliquem occiderit.*
2 *Creditores præferuntur pœnis fiſcalibus.*
3 *Vxor quæ habet omnia bona mariti pro dote obligata, poteſt defendere quod non fiat vaſtum in aliqua re mariti.*

1 §. Seruus. †Inducitur ad qđ. ſtatuto cauetur ꝙ ſi quis de magnatib. occidit popularem qđ omnia ſua bona deuaſtentur. modo quæritur, an occidendo deuaſtabuntur bona obligata? hic eſt arg. quod ſic ſecundum Iac.de Aret. nam hic ſeruus pignoratus torquetur, & etiam ſupplicium de eo ſumitur, non obſtante ꝙ ſit pignoratus. Cy. dicit ꝙ de hoc eſt ma-
2 gna q. & non dicit plene. Bar. tenet ꝯ, †quia creditores præferunt pœnis fiſcalib. vt C.de poe.fiſc.creditores præferri.l.1.lib.10. & de in.ſi.quod placuit non ob.iſte § quia hic loquitur in re pignorata, in qua vindicta exercetur pp delictum ipſius rei, quia erat res animata. erat enim ſeruus, qui deliquerat. ſed propter delictum tertij non poſſet generari præiudicium creditori ſecundum Bar.
3 ſi hoc eſt verum, ſequitur† quod vxor, quæ habet omnia bona mariti obligata pro dote, poteſt defendere, quod nõ fiat vaſtum in aliqua re mariti quod eſt menti tenendum. a

ADDITIO.

a Tenendum. Adde Lud. Fo.in conſ.128.

1 *Ille qui eſt ſub eodem tecto, & poteſt opem ferre, & non fert, non punitur.*

§. Serui appellatione. Iſte §. allegatur quod in legatis conditio exiſtens non trahitur retro, contra no. per Dyn. in c.1.in fi.de re.iur.lib.6. ſm Bart. In tex ibi, ne videantur. no. hic verbum, quod excludit etiam fictionem, vt non fingatur retro ſecundum Barto. In tex. ſed ex eo. Ille, qui ſtatim eſt manumittẽdus, hẽ pro manumiſſo. & ſic eſt arg. quod qui eſt rebanniendus, hẽ pro bannito, vt non poſſit offendi, quod no. In tex. ibi, poſſe offendi. eſt quędam punitio. vnde tex. valde facit ad hoc argu. & no. non eſſe feſtinandum
1 ad tormenta. † In text. ibi, ſub eodem tecto. no. quod qui eſt ſub eodem tecto, & poteſt opem ferre, & non fert, non punitur. ſic enim exponitur eodem tecto. ſi ſit in tali loco, quod potuit opem ferre. & facit iſte finis huius §. quod ſi video duos rixantes adinuicem. & poſſum opem ferre, ne vnus occidat alium, & nõ facio, quod quamuis occidat alium, quod non teneor. & hic eſt caſus pro hoc gl. in l. culpa, de reg. iur. & notatur per Dy. in cap. non eſt ſine culpa, de reg. iur. lib.6. Bar. Item ex iſto tex. apparet, quod licet aliqui ſint in eodem loco, & hoc probetur, non per hoc probatur, ſi vnus committit maleficium, quod alter ſit particeps maleficij, vel fautor, niſi probaretur aſſociatio, vel quod
a ſteterit cum eo armatus, a vt no. Inno. in c. continentiam, de clerico percuſſore.

ADDITIO.

a Armatus. Adde d. Alex. de Imol. in l. is qui opem, de fur. vbi dicit verum, etiam ſi ſtat a longe. & adde eundem Bal. in l. non ideo. 4. col. C. de accu. & in l.1.2.col. C. de ſer. fu & in l. raptores, in 2. colũ. ver. vnum adde, C. de Epiſc. & Cler. & in tit. de benef. fra. in 1. c. per illum tex. & Lud Roma. in conſ.117. & Fely. in c. ſicut dignum, circa med. 2. col. de homi.

§. Domini appellatione. Facit pro pluribus dominis vnius caſtri, qui habent plures vaſallos indiuiſos, vt quilibet domini appellatione contineantur ſecundum Bar.

LEX II.

1 *Pœna quæ imponitur vaſallo, ſi offendat dominum, illa imponitur ſi offendat filium, vel nepotem eius.*
2 *Cataſtrum patris prodeſt filiis, & nepotibus, ſiue ſint in poteſtate, ſiue emancipati.*
3 *Stante ſtatuto, quod ſi quis inſultauerit aliquem ad domum ſuam, puniatur tali pœna, quod inſultans filium ad domum patris ſui, dicatur inſultare filium ad domum ſuam, idem in vxore.*
4 *Statutum recipit interpretationem probabilem, & neceſſariam.*

Domini appellatione. Ibi, filijfa. arg. quod ſicut vaſalli tenentur iuuare dominum, & ita filios, vt hic, & vxores, vt inf. ead. l. §. ſi iur.
1 idem dicit Cy. †Item no. hic arg. quod illa pœna, quæ imponitur vaſallo, ſi offendat dominum, illa imponitur ſi offendat filium,
2 vel nepotem eius ſecundum Bar. † Item eſt arg quod libra, ſeu cataſtrum pr̃is proſit filijs & nepotib. ſiue ſint in poteſtate, ſiue emancipati: non aũt proſit alijs, qui in eadem familia ſunt, vt alũnis, familiaribus, & alijs ſecundum Bartol. de filijs & nepotibus eſt glo. ord. in l. 2. C. qui ætat. lib. 10. quæ non eſt alibi. In text. non ſunt. quid ergo de filijs naturalibus tantum? videtur idem ratione inſeparabilis cognationis. nam vt gloſſ. no. dicit. natura enim repelli non poteſt. ad hoc infra de accuſ. l. hos accuſare. §. omnibus, ibi dum dicit, natura communis eſt. & vide per Cy. C. ad l.
3 Iul. ma. l. quiſquis. † Item iſte §. eſt in argum. ad ſtatutum, ſi quis inſultauerit aliquem ad domũ ſuã, ꝙ inſultans filiũ ad domum patris, dicaẽ inſultare filiũ ad domũ ſuã. idem in vxore. & hic eſt caſus. illi tñ qui dñt ꝙ ſtatutum non recipit interpretationem, di-
4 cerent ꝯ. † ſed verius eſt ꝙ ſtatutũ recipit interpretationem probabilem, & neceſſariam. nam vbi aliquod vocabulũ ponitur in ſtatutis, quod eſt a iure certo modo interpreta. iſta eſt interpretatio probabilis, & neceſſaria, vt no. C. de leg. l. 1. & ideo ſtatutũ bñ recipit iſtã interpretationẽ. & facit ꝟ. eod. § hæc aũt. ibi, & ait Sextus. In tex. non putamus. qa translatus in alteram familiam.

§. De matris. Filius non eſt de domo matris. hoc probat iſte §. Vel ſic. filius rei maternæ nõ dicitur dominus, donec viuat mater.

§. Si pater ab hoſtibus. Iſte §. facit tria reſpõſa. Primũ eſt, quando filius fuit interfectus viuo patre apud hoſtes. Secundum qñ fuit interfectus mortuo patre. ſeruo tñ non erat relicta libertas. Tertium eſt, quando fuit interfectus mortuo patre, & erat relicta libertas. & in iſto tertio caſu, qui ponitur in ver. idem Scęuola, diſtinguit tempora, aut filius deceſſit ante aditam hæreditatẽ, aut poſt. ſi ante, quia expirat libertas, torquentur ſerui. ſi poſt, non torquentur, qui iam liberi. Sed contra hoc opponitur: quia exiſtentia ſui hæredis confirmat libertatem, vt l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis, de fideic. li. So. dicit gl. hic non erat ſuus, ſed emancipatus. Extra opp. licet eſſet emancipatus, non tamen perit legatũ, & libertas, quia tranſmittit hæreditatem paternam. vnde poterit adiri ex tranſmiſſione: reſpondeo doct. inducunt iſtum text. ratione finis iſtius literę, quod emancipatus hæreditatem paternam non tranſmittat. & ſic hodie etiam eſt differentia inter ſuum, & emancipatum quo ad tranſmiſſionem. non ob. de his, qui ante aper. tab. l. 1. C. quia ibi eſt ſpeciale de liberis ad liberos, vt dixi ſup. de acq. hære. l. l. ventre.

§. Si pater necatus. Illi qui ſeruiunt membro, ſeruiunt capiti. ad hoc allegetis iſtum §. vnde filius eſt membrum, & pater caput, & princeps familiæ ſuæ.

a §. Si vir. Virtus matrimonij eſt vnitiua, & facit vnam domum viri, & vxoris. a h. d. In gloſ. no. ergo. ibi, pro alio. dicit Cy. etiam ſi partes vellent, vnus non poteſt eſſe teſtis pro alio, non ratione domeſticitatis, ſed reuerentię ſecundum Iac. de Are. ſed an ſocer erit teſtis in cauſa generi hic eſt arg. ꝙ non. alibi videtur quod ſic, vt l. 3. §. l. Iulia. ſup. de teſti. Cy. de concubina conſocij allegat. l. Aſſertionis, de ver. oblig.

ADDITIO.

a Vxoris. Adde idem per do. Bart. Soc. in conſ. 186. incip. viſa, ver. ſecunda ratio, circa fi. in 2. parte.

1 *Syndici qui tenentur denunciare maleficia, non tenentur denunciare clandeſtina, quæ ſciri non poſſunt.*
2 *Tempus ſtatutum ad denunciandum maleficia non currit a die commiſſi delicti, ſed a die delicti publicati. iſtud idem procedit in villis, & caſtris.*

1 §. Occiſorum. †Clam vocare. ar. ad ſtatutum ꝙ ſyndici quando tenentẽ renunciare maleficia, quod non teneantur denunciare clandeſtina, quæ ſciri non poſſunt. pro hoc ꝟ. quod vi aut clam, competit, §. ſepulchrum. imo eſt l. ſemper, ſm Cyn. pro hoc. ꝟ. eo. ſi quis in graui. § ſi ma-
2 ritus. & ideo dicit † Ia. de Are ꝙ tempus ſtatutum ad denunciãdum maleficia, non currit a die delicti commiſſi, ſed a die delicti publicati, ex quo ſciuit, vel ſcire potuit, vt l. annulus, de calum. & de ædi edi. cum ſex, ſm Iac. de Are. Item facit pro villis, & caſtris, quæ tenentur emendare damna data, & curare, ne ho-
a micidia fiant in ſuis ſtatis, ꝙ damnum ſit datum clam, a quod non teneantur. Cy. Item non tenentur, ſi non cepere malefactorem, qui deliquit in confinio, ita ꝙ ſtatim tranſiuit in aliud territorium, ita quod non potuit capi etiam ſumma diligentia adhibita ſecundum Bar. quæ ſunt no. In tex. factum. ſub. quæritur. Dyn. In tex. nullo modo. hic reſpondet Dyn. In tex. vel fautores. No. de fautoribus & de conſocijs. & vide quod no. inf. de parricid. ſi ſciente, & in c. 1. de pœnis, in Clem.

ADDITIO.

Clam. Adde Lud. Rom. in conſ. 7.

§. Si ſibi. No. hic quod ſeruus tenetur iuuare dominum, ne ſtrangulet ſeipſum. & iſtud non eſt iniuriam facere, ſed opem ferre & eſt arg. quod ſi quis capit aliquem, vt non ſæuiat in ſe, vel in alterum, ꝙ iſte nõ facit iniuriam, nec poteſt de hoc accuſari, immo debet commendari. & facit pro tramezantibus ad excuſationem eorum.

1 *Conſtare prius debet de maleficio, quam aliquis torqueatur pro reperiendo malefactorem.*

1 §. †Item illud. † Prius debet conſtare de maleficio, quam aliquis torqueatur pro reperiendo malefactorem. Not. quod aliud eſt factum, aliud faciens. de facto prius debet conſtare, quam torqueatur quis pro eruenda veritate quis fecerit. Item dicit gloſſ. quod etiam indicia debent præcedere torturam. quid iuris autem, ſi non præcedunt. dic, vt no. de quõibus. l. maritus. ꝟ. & eſt hic ar. quod ſi ſtatuto cauetur

de incendio,& homic. per vim facto, teneatur villa, vbi factum
a eſt. & ſi neſcitur, an ſit factum per vim, vel alio modo, a ꝙ ante-
quam hoc ſciatur, non poteſt procedi ꝯ villam, ſm Cyn. intelli-
gas de proceſſu quo ad condemnandum. ſed bene poteſt proce
di ex fama ad inquirendum, vt l. illuſtriſſimo, de offic. rec. prouin.

ADDITIO.

a Modo. Vide eundem Bal. conſi. 17. in 1. lib.

1 *Rebus ſæpe iudicatis ſtandum eſt.*
2 *Vicinorum appellatione continentur, qui vocem clamantium exaudire poſ-
ſunt.*
3 *Nox in delictis qualiter intelligatur.*
4 *Seruus debet ſalutem domini præferre ſuæ ſaluti.*

1 **§ Hoc autem.** Sæpe iudicatum. † Not. ꝙ reb. ſæpe in-
dicatis ſtandum eſt, quia appoſita eſt
interpretatio, quę inducitur ex ſententijs iud. ſm Cyn. in tex. ibi,
2 vocem exaudire. † No. ꝙ appellatione vicinorum continentur,
qui vocem clamantium exaudire poſſunt ſm Iac. de Are. & fa-
cit ad q. ſtatu. cauetur ꝙ pęna duplicetur in maleficijs commiſ-
3 ſis de nocte. † & intelligatur nox a poſt ſonum primum cam-
a panę. modo quidam deliquit in loco, vbi non auditur campana.
Quæritur, qualiter intelligatur ibi nox a? Iaco. But. diſputauit, &
dixit quod intelligitur de voce vera, quia vox ficta non extendit
ſe ad illum locum. & idem dicit hic Barto. quem vide. vbi ergo
4 ceſſat fictio, ſtamus veritati. † In text. ibi, anteponere. not. quod
ſeruus debet ſalutem domini præferre ſuæ ſaluti. idem argu. gl.
in vaſallo. ſed contra determinatur in feud. quib. mod. amitta. in
prin. & in aliena. feu. paterni. c. ſi. & quæ ſit prima cauſa benefic.
amit. circa prin. & de feu. ſine culpa non amit. c. ſi. in ſi. And. de
Piſ. de hoc inf. de opti. leg. l. ea demum, per Dyn.

ADDITIO.

Nox. Vide Aug. in conſi. 193.

§ Potuiſſe. Ibi, voce plorantem. No. auxilium poſſe da-
ri voce. Item no. ꝙ ex iſtis vocib. & ploratı-
bus inducuntur indicia, quod facit ad probandum, ꝙ aliquis vo
luerit inferre violentiam alicui puellæ, ꝙ vicini audiuerit eam
clamantem & plorantem, & non habes meliorem tex. & iſtud
no. melius colligitur. ſup. vbi dum dicit, vicini audiuerunt.

§. Hoc reſcriptum re. In gl. quia tria. & eſt arg.
ſi accuſo aliquem quod
percuſſit me multis vicibus, vel quod commiſit adulteriũ mul-
tis vicibus quod poteſt intelligi de duabus & tribus vicibus in
dubio ſecundum l. vbi numerus, de teſtibus intelligitur de duo-
bus. In tex. timuit mori. No. metum mort. non excuſari. In text.
ibi, auxilium no. auxilium præſtari voce concord. inf. eo. & cum
dominus. In tex. ibi, oſtendit ſcilicet reſcriptum. In text. ibi, fue-
runt. Not. quod capitale eſt ſubditis fugiendo deſerere dominũ
in diſcrimine mortis conſtitutum.

1 *Aetatis menſuratio debet facere, quod iudex non imponat impuberi pœ-
nam mortis.*
2 *Impubes non debet torqueri.*

§. Impubes ſer. No. in hoc §. non diſtingui, vtrũ im-
pubes ſit doli capax nec ne: ſed alibi
bene diſtinguitur, vt l. impuberum. infra de furtis. & l. impube-
rem, de fal. inf. ad l. Cor. de ſic. infans. Reſpondet Dy. aut obijcie
tur impuberi delict. in faciendo: & tunc habet locum illa diſtin
ctio. aut in omittendo, tũc indiſtincte accuſatur impubes. & iſte
1 eſt ſingularis caſus iſtius §. ſecundum Dy. † Dicit tamen Cy. ꝙ
etiam in committendo menſuratio ætatis debet facere, quod
a iudex non imponat impuberi pęnam mortis a ſm Cyn. adde ꝙ
dictum Dy. fallit inf. eo excipiuntur. & eſt ratio, quia ibi ex plu-
ribus concurrentibus augetur delictum. Item vide ſup. de tute-
la. l. ſi arrogati, per Iacob. de Are. & ad iſtud dictum Dy. remit-
2 tit Cyn. in l. 1. C. de fal. mo. † Secundo no. quod impubes non de
bet torqueri: & vide hic l. vlt. C. ad Sylla. l. fin. cum ſua gl. vbi gl.
dicit, quod ſi impubes eſt tortus, non facit indicium, quod poſ-
ſit induci ad deciſionem, ſed ad præparationem, ſeu inueſtiga-
tionem facti, & no. bene illam glo. In gloſ. alias ibi, dixit ſe dole-
re, & ita tulit eis gratias, ironice loquens ſecundum Dy. & facit
iſta glo. quando delinquitur alicuius cõtemplatione. & ille hoc
audito dicit, valde de hoc ſum dolens, ꝙ iſta ſunt verba, quæ ha-
bentur ipſum excuſare, ſi ſint dicta ex animo: ſecus, ſi ſint verba
ficta & velata. nam hic ſpeciale eſt in ſeruo. In cõtrarium eſt ius
commune, vel expone literam, quod gratias tulit, quia non iuuit
eis inquantum potuit, ſecundum Dyn.

ADDITIO.

a Mortis. Adde Raph. Fulg. in conſi. 158.

§ Tuliſſe. No. ꝙ in hoc §. tractatur, quomodo præſtetur
auxilium ad aliquem defendẽdum, & ꝑ quos
actus probetur auxilium præſtitum ad aliquem defendendum.
alibi tractatur econtra per ques actus præſtetur auxilium ad ali
quem offendendum. & dic, vt no. in c. e. de pœnis in clem. cum
a ſi. Et no. quod ille qui terret, a dicitur auxilium præbere.

ADDITIO.

Terret. Adde Ludo. Rom. in conſi. 17.

§. Quid ſi vulnerati. No. hic arg. qualiter quis
poſſit probare ſe non de-
diſſe opem probãdo quod erat infirmus, & ita debilitatus, quod
non poterat opem ferre. In tex. ibi, niſi. No. iſtum tex. contra vul
nerantem ſeipſum.

§. Si dominus. In gloſ. ita. ibi, non deceſſit. No. quod
vulnus dicitur mortale, quod videba-
tur eſſe mortale, licet mors non ſit ſecuta. In eadem gloſ. vel dic
hanc approbat Dyn.

LEX II.

1 *Committens plus delinquit, quam omittens.*
2 *Statuta omnia de concordijs, & de pace, quod tollatur in totum pœna, ſunt
contra ius commune.*

Diuus Marcus. Iſta l. non eſt alibi ſecundum Dyñ.
In tex. ibi, purgaſſe, quia dixit, ꝙđ
ſerui non fuerunt in culpa. Dy. In gl. quæ cogit. ibi, in omitten-
1 do. bona † ratio, quia plus delinquit cõmittens quam omittẽs,
vt no. ſolu. matr. ſi mora, & ꝟ. eo. l. lege Corn. ſecundum Dy. &
And. de Piſ. nec ob. l. tranſigere, vel paciſci, vbi poteſt tranſigi, &
paciſci etiam de delicto in committendo, quia illud eſt verũ ad
excluſionem perſonæ, ſed non ad libera. pœnæ, vt ibi not. inf. de
adult. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. tenet ergo remiſſio quo ad re-
mittentem, ſed non quo ad rem publicam. Bal. reprobat diſtin-
ctionem huius glo. & dicit quod etiam in delictis in omittendo
non habet locum remiſſio in præiudicium Reipublicæ. Exem-
plum, ſi quis deſiſtendo incidit in Turpil. vel non proſequendo
incidit in l. 2. C. vt intra cert. temp. vel in l. qui crimen, C. qui ac-
cu. non poſſ. Certe non poteſt hęc pęna remitti. Nam publica
pœna non poteſt remitti per priuatam perſonam, vt ſup. de pa.
iuriſgen. §. ſi paciſcar. non obſt. iſta l. quia hic eſt ſpeciale ſecun-
dum Bar. ego dico, quod in l. noſtra offenſus tulit teſtimonium
a innocentiæ pro ſeruis, a & hoc eſt quod excuſat ſeruos: ſecus
autem, ſi non tuliſſet teſtimonium innocentiæ pro eis, ſed dixiſ
ſet ſeruos culpabiles abſoluo. Nam hoc non poteſt in præiudi-
cium Reipublicæ. non obſt litera quæ dicit, quia abſoluit, quia
ex ſuperioribus patet, quod abſoluit tanquam non culpabiles
purgando innocentiam eorum. ad excu. ergo ſtatur dicto offen
ſi, ſed non ad criminationem, vt inſ. eo. l. prox. §. ſi quis moriens.
Quærit hic Cy. vtrum remiſſio, vel cõcordia poſſit fieri in mor-
tis articulo? & dicit quod ſic, & facta in foro pœnitentiali. i. apud
ſacerdo. valet, allegat inſti. de iniur. §. fin. & dicit quod ita ſuit de
2 facto in morte domini Oddonis. † Itẽ no. ex gl. hic poſita, quod
omnia ſtat. de concordijs, & de pace quod tollatur in totum pę-
na, ſunt contra ius commune, quia de iure communi non tolli-
tur pœna. ſed eximitur perſona a proceſſu litis. & ideo talia ſta-
tuta ſunt in proprijs terminis obſeruanda. quod dico propter ſo
lutionem gabellæ, & ſimilia, quæ debent impleri ad vnguem,
alias pax, & concordia non haberent effectum ſtatuti; & iſta
ſunt not.

ADDITIO.

a Pro ſeruis. Adde d. Alex. de Imol. in conſ. 14. in 3. par.

LEX III.

Si quis graui. 1 Ibi, ſubueniendum. facit ſup. l. 1. §. quid
ſi vulnerati, & eſt argu. quod ſi vaſallus
mortifere vulneratus, & per hoc exiuit de prælio, & ſic non ſte-
tit vſque ad finem cum domino, non tenetur. facit ſup. de oper.
lib. libertus. Dy. &c.

1 *Dicto offenſi non creditur, niſi probet.*
2 *Teſti non creditur, qui dicit in pœnitentia, ſe tuliſſe falſum teſtimonium,
quia non creditur in præiudicium tertij, niſi probet.*

1 **§. Si quis moriens.** † Non creditur dicto offenſi,
niſi probet. h. d. Facit iſtud di-
ctum in odium, vt hic, ſed in fauore dic vt ſup. eo. diuus. In text.
non eſſet credendum. quantum ad cõdemnationem. excuſatur
tamen hæc res, qui hoc prætextu procedit ad accuſandum; & ita
2 loquuntur contrariæ gl. ſecundum Dy. & † ſic eſt arg. quod non
credatur teſti, qui dicit in pęnitentia ſe tuliſſe falſum teſtimo-
nium, quia non creditur in præiudicium tertij niſi probet. argu.
huius §. ſecundum Bar. allegat ipſe c. ſicut, de teſt. in alle. l. ſi. ſup.
de proba. per quam l. etiam pater quod ſi vxor alicuius in morte
dicit, quod filius ſuus non eſt mariti, ſed clerici, quod non credi-
tur in præiudicium filij, & hoc ponit Cyn. in l. filium, de his qui
ſunt ſui vel alie. iur. In tex. ibi, liberantur, quando non audierunt.
Dyn.

1 *Vaſallus non tenetur iuuare dominum iniuſte.*

1 **§. Si tamen.** † Pro §. allegatur. & inducitur iſte tex. quod
vaſallus non tenetur iuuare dominum iniu
ſte de hoc in tit. hic incipiunt. conſuetu. in c. domino Guerram
10. col. Vnde Cyn. dicit hic no. quod ſerui non tenentur iuuare
eum, qui patitur iuſtam aggreſſuram. Item inducit iſtum §. quod
ſi ſtatutum dicit, quod homines villæ tenentur capere omnes
homicidas. & quidam occidit bannitum licite, ꝙ iſte non dẽt ca
pi per hoĩes villæ: ſecus, ſi ſtatutum dicit quod ſyndicus tenetur
denunciare oĩa homicidia. Nam hoc debet denunciari, quia nõ
perti-

pertinet ad ſyndicũ cognoſcere de impunitate facti,ſed ad iudicem ſecundum eum,& reddit rationem dñæ, quia captura habet in ſe quandam executionem,quæ non debet fieri contra nõ delinquentem, ſed denunciatio non habet in ſe executionem, ſed fit vt veritas inquiratur,vt l.ſi cum,in prin.ſi quis cau ſecundum Bar.& quod dicit in denunciatione,eſt verum,ſi ſtatutum loquitur per nomen ſimplicis facti.ſecus,ſi loquatur per nomẽ maleficij,quia ex quo non eſt malefactum,ceſſat ſtat.& adde ꝙ no.C.de infa decuriones,per Ia.Bu.

1 *Gratificationi locus eſt in re pari.*

1 §.Si cum omnes. † Not. ꝙ in re pari eſt gratificationi locus. & ſic eſt arg. ꝙ ſi de eodẽ crimine ſimul inquiratur quid a duobus iudicib quod eſt in ſua electione coram quo velit comparere, quia non poteſt ſimul cõparere coram vtroque, niſi vnus ſit maior altero, quia a debet deferre maiori a ſecundum Cy.maiorem intellige in eodem territorio, non in diuerſo, quia non attenditur ibi maioritas,vt l.apud eum,de manu vin.vbi eſt glo. quam allegat Oldr. Si autem coram neutro compareat,ab vtroque poteſt banniri, ar.huius literæ,& J.de leg.2.l.ſi Titio.Cyn.& intellige iſtũ quãdo domini erant æquales in dominio,ſed ſi vnus eſſet dominus maioris partis,ei potius debet ſubueniri,ar.C.de donatio.l.ſancimus,circa medium,& ſup.de pactis,maiorem.Cyn.

ADDITIO.

a Maiori.Adde Ludo.Rom.conſ.47.

§.Subuenitur Ibi,vincti ar.quod ap.priuati carceris contineatur non ſolum clauſura, ſed ſi quis eſt ita ligatus,quod non poteſt diſcedere. Et no in ar.iſtũ §.pro caſtris communitatis, vt non puniantur ſi de nocte non exierint ad capiendum malefactorem delinquentem extra caſtrum, cum caſtrum eſſet clauſum, & claues non tenebantur per eos.

§.Surdus. Not.arg.ꝙ ſtatutum, quod punit poſt tertiũ ſonum inuentum,non ligat ſurdum.

2 *Receptans aliquem in fragranti crimine, habetur pro culpabili de eodem crimine.*

2 §.Si quiſquam. † Qui receptat aliquem in fraganti crimine, habetur pro culpabili de eodem crimine. Et ſi quis receptat homicidam fugientem adhuc cum gladio ſanguinolento.nam iſte eſt criminis fautor, & gl.quæ eſt in c.1.de pœnis in Cle.eſt glo ſexta. Bar.hic dicit,quõd iſte debet minus puniri quàm ſi præſtitiſſet opem in ipſo facto. facit C.de rap.virg.l.1.& inf.de pœnis,Metrodorum. Et notquõd vbicunque quis accuſatur de receptione, debet probari ſcientia, a vt hic in verbo,ſciens dolo malo, & not.in l.1.& 2.de recep.In tex.ibi,non datur.quaſi interitu ſpeciei liberato debitore, cum ammodo non ſit in commertio.

ADDITIO.

a Scientia.Adde Lud.in conſ.486.& Bal.in conſ.incip.Statuto Ciuit.Per.

Si ex ſtipulatu: In tex ibi,in æſtimatione data a fiſco ſecundum gloſ.arg.inf.de leg.2.l.qui ſolidum.§.1.& eſt iſte §.arg.quod ſi cauetur ſtatuto, vt quicunque denunciauerit homicidam, habeat certam quantitatem,& ex pluribus homicidis ſocijs vnus denunciet alterum, quod iſte debeat habere illam quantitatem, vt in verſic.nam ſi Bar.tamẽ determinat contrarium per l.3.& per l.idem.ſup.de cõd ob tur.cauſam, quod iſtud præmium non intelligatur propoſitum participi criminis ſecundum Bar.

1 *Accuſatus poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare,& retorquere illud crimen in ipſum.*

2 *Factum ſponte meretur præmium, non ſponte factũ non meretur præmiũ.*

§.Vtrum. Ibi,indicaſſe ad præmiũ libertat. & ſic continuatur cum ſuperiori §.& inferiori.In tex.de-

1 torſit.† No.hic, quod accuſatus poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare,& retorquere illud crimen in ipſum.ſic C.qui accuſ.non

2 poſ.l.1.& inf.de bo.li.qui cum maior.† No. quod ſi ſponte factũ meretur præmium,quod non ſponte factum non meretur præmium.& ſic eſt arg.quod illa quę capit malefactorem ex neceſſitate impoſita ſibi per ſtatutum,non conſequitur præmium alterius ſtatuti de capiente malefactorem. Item eſt argu.quod familia officialis non cõſequatur hoc præmium,quia facit ex neceſſitate officij. Item eſt arg.ꝙ ſi quis capit bannitum neſciens eum bannitum,licet ponat eum in manibus poteſtatis, non debet habere pręmium ſtatuti de capiente bannitum,quia hoc nõ fecit ſponte.i.voluntarie,ſed facto ſecundum Bar.

1 *Lex ſimpliciter prolata,non recipit reſtrictionem de habilitate,ſed comprehendit etiam inhabiles.*

2 *Statutum tempore guerræ, quod quicunque ceperit tale caſtrum inimicorum, habeat mille, ſi banniti capiant illud caſtrum, debent habere præmium,non obſtante quod non ſint capaces.*

1 §.De his quoque. † Lex ſimpliciter prolata non recipit reſtrictionẽ de habilitate, ſed cõprehendit ẽt inhabiles propter publicam vtilitatem

2 h.d.no.& eſt ar.† ꝙ ſi tempore guerræ ſit ſtatutum, ꝙ quicunq; ceperit tale caſtrum inimicorum,habet mille, & quidam banniti capiunt illud caſtrum, debeant habere præmium,non obſt. quia banniti non ſint capaces beneficiorũ ſuæ ciuitatis.de hoc per Gul.in l.ꝙ ſi nſius,ſi cer.pe.Item eſt arg.ꝙ ſi per ſtatutũ forenſes non poſſunt acquirere bona, ꝙ tñ poſſunt acquirere ex præmio,puta ſi eſt factum ſtatutum,ꝙ quicunq; dederit caſtrũ tale.habeat talem poſſeſſionem,ſm Bar. No.ꝙ ſtatuta nunquã ſunt contra publicam vtilitatem interpretanda.quod no.

§.De his. Maiori pœna ſunt digni, qui maiora præmia ſunt experti. vnde beneficium auget maleficium & facit l.1.C.de condu.& procu.prædi.fiſc.lib.11.

1 *Pœna conſtitutionis punit etiam delictum.*

a *Teſtes antequam ſint aperti, & publicati per iudicem,non debent aperiri nec publice,nec occulte.*

1 §.Aperire No.ꝙ pęna condõnis punit ẽt delictum. In tex.oĩs apertura.idem poteſt dici in apertu-

a ra teſtium.Iac.de Are.vnde† antequã teſtes ſint aperti,& publicati per iudicem, non debent aperiri nec publice, nec occulte, ver.ſi forte.Ignorantia iuris excuſat a pœna delicti. Et no.ꝙ vbi ad ciuile delictum perpetrandum dolus exigitur,ignorantia iuris excuſat.Iac.de Are.quod dicaut quæritur de delicto naturali,& tunc ignorantia iuris non excuſat,vt ibi non furtum facies. aut de delicto ciuili i.ꝙ ius ciuile adinuenit,& tunc excuſat iuris ignorantia, vt hic. vnde in ſtatutis ſi ſtatutum punit delictũ, quod eſt delictum de iure naturali, ligatur ignorans.ſi autẽ eſt delictum de iure ciuili, non ligatur ignorans, vt l.ſi.de decre.ab ord.fa.quod eſt verum,vbi eſt ignorantia iuſta,vel eſt talis perſona, in qua ignorantia ſit toleranda: ſed intolerabilis non excuſat.tamen attenuat delictum: & dic.vt infra de adu.l.ſi adulterium,cum ince.& C.de his qui ſibi aſcri.ſenatus.adde,quod no.C.de in ius voc.veniam. Et no.quod pœna conſtitutionis quæ eſt pœna iuris, & de iure, requirit factum conſummatum.vnde non fuit apertura perfecta.

§.Si quis. In tex ibi,excuſatus.arg.ꝙ ſi ſtatutum dicit,ꝙ ſi aliquis vulnerauerit aliquẽ, puniatur in x.libris, ꝙ ſi aliquis dederit alicui de cuſe ita, ꝙ laniauerit pannos, non tamen carnem,ꝙ non incidit in pęnam ſtatuti.pro hoc.ſup.quod quiſque iur l.1.§.hæc autem verba,per Iac.de Are.Item eſt ar ad q. Epiſcopus facit conſt.ꝙ quicunque aperiret literam alterius,ſit excommunicatus.modo quidam abſtraxit illã chartam,quæ claudit litteram,non tamen aperuit.quæritur an ſit excommunicatus?& certum eſt,quod non ſecundum Bar.hic.

§.Si autem. Non totum. Qui in parte deliquit,in totum eſt reus.h.d.& eſt arg. ꝙ quiſquis eſt infeudatus ſimul de duobus caſtris, & vnum alienat ſine conſenſu domini,ꝙ vtrunq; cadit in cõmiſſum.Item ſi pars inſtrumenti ſit falſa ꝙ totum ſit falſum.Idem etiam in teſte.Cy.quod dic,vt l ſi ex falſis,de trans.Item eſt ar ꝙ dicitur percuntaſſe teſtes,qui vidit aliquid de dictis,licet non viderit totum, quod no.

§.Si alius.ibi,ſi alius. Quid ſi vnus ſolus omnia iſta fecit?dicit Ia.de Are.ꝙ puniẽt perinde, ac ſi ſinguli feciſſent, & ſic pluribus pœnis ſm Iaco.de Are.Bar.autem no.in iſto §.ꝙ quando ſta.punit plura, ꝙ intelligitur punire quodlibet per ſe:quod eſt verum, niſi ſint talia, ꝙ vnum veniat ad qualificandum alterum, quia tunc requiritur concurſus ipſorum, vt no.in l.vnde, de iti.actuque pri.in gl.ord. In tex.ibi,ne hæres.iſta litera ponit veram rationem horum teſtium. Et no. quod propter proprium commodum quis de facili occultat delictum.

§.Eleganter. Hæreditas non adita propter impedimentum ſenatuſcon. tranſmittitur ad hæredem.h.d.No.ꝙ quando lex extrinſecus parat impedimentum aditioni,non impeditur interim tranſmiſſio.

§.Si conditioni. Hæres qui non implenit conditionem intra diem implendi, poteſt implere poſtea,ſi hoc proceſſit ex hæredis ignorantia,& in ignorantiam proceſſit, quia non potuit aperire teſtamentum propter prohibitionem legalem.h.d.In tex.ſi iccirco.ergo a contrario ſenſu, ſi non ignorauerunt, iccirco,quia metu ſenatuſcon.aperire non potuerunt, ſed quia aperire neglexerunt,curret tẽpus teſtamenti,etiam ignorãti:quod eſt no.& eſt arg. quod executoribus currant tempora a die mortis,non a die ſcientiæ, niſi a ignorantia eſſet probabilis,a & neceſſaria. h.d.

ADDITIO.

a Probabilis.Vide late Lud.Rom.in conſi 228.

§.Sed ſi aliud. Vbi concurrunt duæ cauſæ. vna ad impediendum,altera ad oppoſitum, inſpicitur cauſa impediens.h.d.cum l.ſeq.vel ſic, vtile cuacuatur per inutile,non econuerſo.

LEX IV.

1 *Cauſa duæ quando concurrunt,quarum vna prodeſt,altera nocet, magis cõſideratur quæ nocet.*

Qui poſthumos. In tex.ibi, obierat. ſubaudi antequam aditer.Din.In tex.interue-

niſſet.i.nõ tranſmittit. nec poſſunt de hoc torqueri hæredes mu lieres, quia non procedit hic tanquam quid iniquum ex diſpoſit.legali, ſed tanquam ex regula generali, quia inferior debet expectare ſuperiorem.i.ſubſtitutus debet expectare inſtitutum, vt l quamdiu.ſupra de acquir.hær. 1 †No. quod quando duæ cauſæ concurrunt, quarum vna prodeſt,altera nocet,magis conſideratur quæ nocet.circa quod dicit Dyn. quod aut concurrunt circa ſeparabilia; & tunc inſpicitur quæ prodeſt.aut circa inſeparabilia,& tunc inſpicitur quæ nocet,vt hic. Ita dicit in cap poſſeſſor,de regu.iur.lib.6.Cyn. Bar.dicit,quod inſpicitur cauſa potentior,vt no.inſ.de vſucap.pro do.ſi vir vxor. vterque bene dicit,& facit ſupra de hær.inſti.l. non lex,in prin.vbi ſufficit aliquid obſtare,vt in totum impediatur effectus.hoc facit ad q.dicit vnum ſtatutum, quod in cauſis pupillorum proceditur ſummarie.aliud ſtatutum,quod in cauſis pupillorum procedatur ordinarie, & mittatur decimum.modo vnus eſt forenſis,& pupillus.modo quæritur an inſpiciatur id, quod prodeſt,quia pupil.an id,quod nocet,quia forenſis hic eſt arg quod inſpiciatur id,quod nocet. & inducatis adhuc ſubtilius, quia per ſtatutum,quod fauet pupillo,receditur a iure communi,& vbi receditur a iure communi,potius inſpicitur cauſa quæ nocet,& hoc proprie dicitur hic, quia quod hæreditas non adita tranſmittatur, receditur a iure communi,vt in §.in nouiſſima.

LEX V.

Neceſſarios. Optime probat hæc lex, quod ſui non dicantur heredes antequam immiſceāt etiam in poteſtate conſtituti; quod poteſt intelligi quo ad pœna huius edicti.Cyn. idem ergo quo ad quamlibet conſtitutionem pœnalem; quod no.

1 *Hæreditas per indignum adita confiſcatur,ſed non adita non confiſcatur.*

1 §. Non alias. †Hæreditas per indignum adita confiſcatur,ſed non adita non confiſcatur. h. d. & deciditur quæſtio, quæ no.inf.eodem in cognitione. No.hic, quod debet probari quoddam affirmatiuum, quod defunctus ſit interfectus, & quoddam negatiuum, quod nõ fuerit habita quæſtio de familia,nec ſumptum ſupplicium de homicidio. Et a ſic no.in criminali negatiuam a probandam. hoc tenet expreſſe Innocen.& Hoſtien in cap. ſuper his, de accuſa quorum dicta declarat Bar in l.in illa ſtipulatione, ſi cal.& l.hoc iure,de verb. oblig.& Cyn.in l.1.de iure emphyteu.

ADDITIO.

a Negatiuam. Cui autem incumbat onus probandi negatiuam,vide Fulg. in conſi.140.

§. Vbi quis. Inſidijs.i.clandeſtinis Dy.& no.medicum puniri lege Cor.de ſic. ſi malum medicamen ſcienter adhibet,& infirmus exinde decedit. & vide l.medicus,de var.& extraor.cog.& l.illicitas.§.ſicuti,de offi.præ.

LEX VI.

1 *Propter incertum eſt torquendus ille,qui torquetur,non propter certum, et liquidum.*

1 Et ſi certus. †Propter incertum eſt torquēdus ille,qui torquetur,non pp certum & liquidum. & ideo hic probatur hic, quod dicit Cy C.quorum app.non rec.l. obſeruare,vbi dicit, quod crimine probato nun eſt locus torturæ,licet,dicat ipſe,duri aſſeſſores torqueant,vt elicita confeſſio ne iuncta cum teſtibus impediant beneficium app.ſecundum Cy.& item no. quod iſta l. docet quandam malitiam aſſeſſorū, vt cum torqueant aliquem de caſu non permiſſo,fingat ſe de aliquo permiſſo torquere,de quo interrogent cū.tamen iſtud non poteſt fieri,niſi præcedant indicia; & loquor in tortura.nam in captura non ſont neceſſaria indicia.& vide hic l. pen.ſup.de condi.ob.cau. In gl.torquetur.ibi,diuus. & ſup de exhib.l.final.& ad l.Aquil.inde Neratius. §.ſed ſi ſeruus,& C. de male.& Math l. fi.& C ad l.Iul.maie.quiſquis,& l 1.de fal. mo.& dicit, quod in quolibet crimine debet interrogari, non vt credatur habita ſuſpitione, ſed erit præſumptio. pro hoc ſ.eodem l.1.§.impubes, & l. etiam ſi partis de teſti.& procedetur contra eos,quia cum accuſatur principalis,videtur etiam de alijs delata accuſatio ſecundum Iac de Are.quod eſt no.creditur igitur quantum ad inquirendum ſed non quantum ad puniendum, vt infr. de pœnis,qui vltimo ſecondum Old.& vide quod no.C de accu.l. ſi per Cyn. item no.quod faciens dicitur principalis,& mandās non dicitur principalis,vt hic in gl.& iſtud eſt verum in principalitate reſpectu facti.ſed reſpectu pœnæ, vterque eſt principalis,a & ideo a extincta pœna vnius remanet pęna alterius,vt probatur in l.ſi quis id l.quod §.ſi.de tur.om.ind.

ADDITIO.

a Principalis. Adde d.parth. Cæpo.in conſi.36.

§. Si vnus. Ille qui non apparet, præſumitur interfectus, & de nece eius debet inquiri.hoc dicit. & facit in arg.pro illis,qui non inueniuntur poſt conflictum,vt præſumantur inter empti in libello.

1 *Inſultatus animo occidendi, poteſt in ipſo inſultu occidere inſultantem impune. vnde ſolo inſultu probato euadit pœnam homicidii.*

§. Si appetitus. In tex. ibi, nihil arg.quod ſtatuta quæ diſponunt de homicidio, requirant homicidium perfectum,non attentantum.vnde l.is,qui cum telo,non habet locum in pœnis ſtatuti;& ita ſeruatur ſecundum omnes,& eſt dictum Spec.& Cyn.d.l.is qui cum telo. In tex.ibi, 1 animaduertere. No. quod † inſultatus animo occidendi poteſt in ipſo inſultu occidere inſultatorem. vnde ſolo inſultu probato a euadit a pœna homicidij. quod tene menti, a nec enim eſt ſpeciale in ſeruis,vt ſtatim dicam. In gl.occidendo: quod intelligo in cadem aggreſſura, cum extraneum licitum eſſet interficere, vt C.vnde vi.l.1.alias non,arg.J.ad l.Cor.de ſic.circuncidere.§.1. niſi tale eſſet delictum, ex quo licitum eſſet extraneum interficere, vt in legibus hic allegatis. And. de Piſ. Et idem dicit hic Cy. & reddit rationem, quia cum occidere ſit meriſſimi Imperij,merito non competit domino priuato.quinimò nec competit minoribus magiſtratibus, vt l.magiſtratibus. de iuriſdi.omn. iud.ſecundum Cy.& vide l.pen.ſup.de cond.ob cauſa.quod no. inf.de fur.interdum.§.qui furem.

ADDITIO.

a Menti.Adde Paul.de Caſt in conſ.341.3.lib.

LEX VIII.

1 *Stante ſtatuto, quod bona maleſactoris debeāt deuaſtari,ſi maleſactor vendat,nihilominus res deuaſtari poſſunt.*

Senatus. Alienatio non impedit vindictam fiſci. h.d. No. 1 arg.†quod quando ex ſtatuto debent bona maleſactoris deuaſtari, quod ſi vendat maleſactor, nihilominus res deuaſtari poſſunt.pro hoc ſup.de contrah.emptio.rem alienam, & de ædi.edict.non autem §.excipitur. Item eſt arg.quod venditor iſto caſu tenetur emptori ad precium. pro hoc ſup.loca.& l. ſi fundus,quem Iac.de Are.Item eſt arg.quod ſi emptores reſtituerunt bona ex Titijs eo,quod fuerunt ex Titiorum,quod vēditores tenentur emptoribus reſtituere precium.Item no.quod de mente legis eſt non facere alicui iniuriam. pro hoc. C.vnde vi.l.meminerint.Cy.& ſup de vul.ſub.ex facto.

§. Si filius. No. Caſtrenſe peculium confiſcari propter delictum hæredis filij.non ob.de bo.præteri.ſi filius.C.quia ibi delinquit filius, hic hæres eius, ad quem bona fecerunt tranſitum. & eſt ratio, quia mutata perſona mutatur ius rei,vt ſup.de acq.hær.l. Paulus.§.1.

LEX IX.

Cum fiſco. Vbi confiſcatur vniuerſitas, omnia onera tranſeunt in fiſcum.h.d. Concord. C.ad l. Iul.de vi,ſi tutoris.

LEX X.

Si exhæredatus. Quando non apparet de delicto inſpecto tempore præſenti,debet expectari futurus euentus. no.item quod interdum fingitur ſuper iure iam mortui. arg.contra ad l.Aquil.huic ſcri. & inſ.de bon. quæ lib. Libertinus, pen.§. No.quod in delictis, in quibus nõ poteſt dari præſens iudicium, ſpectatur futurum. argu.contra ad l. Aquil.l.hoc apertius.ſed dic quod ibi quantum ad agendum nõ expectamus,ſed quantum ad exequendum ſic.

LEX XII.

Si ſeruus No.per indirectum ius tertij abſorberi, quia libertas æquiparatur morti ſecundum Iacob.de Are.Andr.de Piſis,& omnes.

LEX XIII.

1 *Principalis licet ſit punitus de facto, Syndicus,qui non denunciauit, & fuit in mora,debet puniri de negligentia.*

2 *Hæredi extraneo plus fauetur in materia vindictæ, quam coniuncto, quia coniunctio augeat delictum.*

In cognitione. Ad hoc vt bona hæredi extraneo,qui adiuit hæreditatem, ꝙ ſe confiſcētur, & auferantur,oportet,quod inſ.quinquennium præcedat accuſatio,& condemnatio homicidarum. ſuo autem hæredi auferūtur bona,non inſpecto tempore quinquennij. & eſt ratio differentiæ; quia ſuus magis delinquit non vindicando quam extraneus. Nam ſuo incumbit vindicta iure naturæ,& legis,ſed extraneo iure legis tantum ex conſti. ſena. Et no.in hac l.hanc regulam, quandocunque ſunt bona alicui auferenda propter negligentiam omiſſæ vindictæ, non poteſt cõtra eum agi,niſi illa vindicta præcedente ꝯ delinquentes, & iſte debet ordo agendi; & 1 hoc tenet hic gl & omnes doct.† Item iſta l. facit ad quæſtionē, quod licet ipſe principalis ſit punitus de facto. ſyndicus qui non denunciauit, & fuit in mora, debet puniri de negligentia per hanc l.no.& facit inſ.ad Tertul.l.2.§.ſed ſi forte.In tex.teſtamēti.ſupple & hæreditatis aditæ,vt ſup.eo.neceſſarius. §.non alias, licet hic innuat contrarium ſecundum Dy. & Bar. In tex.quod tamen.quantum ad effectum confiſcādorum bonorum.& Dy. nam quantum ad effectum accuſandi homicidas durat 30. annis, vt C.de fal.querelam.In tex ibi, quod. i.ſenatuſcon.quo ad limita.quinquennij. In tex.ibi. accuſare.i.deferre eos tanquam indignos,vt J.eo. Gaius,quia vindictam domus ſuæ nõ erubuerunt poſtponere,vt J.de adul.miles.§.2. & ideo ſunt magis indi

gni

a gni quam extranei. † No. hic plus faueri extraneo hæredi quam coniunčto, quia cõiunčtio auget deliǽtum. In gl. dicit hoc. iſtud prin. declarat princ. legis, quod loquitur de apertura. In ea. gl. §. fi. imò cum ſit actio popularis, vt ibi patet, vt anno tolli, vt inf. de pop. ac l. vlt. Dy. Verum dicit, quia eſt popularis, & ci. & ideo tollitur anno. ſecus ſi eſſet popularis, & criminalis, quia tunc durat 20. annis, vt C. de fal. querelam. In ea. gl. inf. eo. l. fi. falſum eſt, vt no. in d. l. ſi ea. & ſup. eo. l. 2. §. ob cauſam, & ad Treb. Marcellus, in fi. Dy. In ea. gl. videntur accuſari. no. quod accuſato aliquo quodammodo videtur accuſari omnis alius, qui inde poteſt p̃iudicium pati. quod tene menti. In ea. gl. conuentus. ſ. corã præſide. In ea. gl. deferuntur. ſ. coram procur. Cæſaris. In ea. gl. §. annis. tempus ergo eſt limitatum, quo ad hoc, vt ex ipſa accuſatione homicidarum deueniatur contra hæredem, quo ad confirmationem bonorum non autem eſt limitatum quo ad libertatem homicidarum ſecundum Dy. in ea. gl. rel dic. p ima verior. In ea. gl. poſtea. i. poſtquam homicidæ ſunt inf. quinquennium condemnati, vel etiam poſt quinquennium in ſuo hærede, ſeu quolibet, ſi ipſe occidiſſet, tenetur de homicidio. Extra no. propter deliǽta perdi legitimam. natu & verum debitum perditur, vt inf. eo. l. propter §. nepti, & facit inf. eo. l. ſi ſequens. §. fi.

LEX XIIII.

1 *Deliǽtum ex pluribus concurrentibus augetur, & multis indiciis reſultat plena probatio, etiam ad condemnationem capitalem, etiam contra impuberem.*

2 *Teſtis diǽtum demum valet, quando dicit aliquid factum, ſi eo tempore fiebat quo rei intellectum teſtis capere poterat.*

1 Excipiuntur. † Ex † plurib. concurrentib. augetur deliǽtum, & ex multis indiciis reſultat plena probatio etiam ad condemnationem capitalem etiam contra impuberem. h. d. In tex. prodiderat. i. manifeſtauerat. & eſt arg contra vxorem, quæ ſilet de morte mariti, quod præſumatur conſcientia, & culpabilis de eius morte. In tex. fuiſſent. vere, vel præſumptiue. Dy. & audi, quod dicit. præſumptiue. In gl. ibi, alia cauſa. cõiunčto iſto tex. cum princ. ibi, nec multum a puberi ætate aberat, ſatis videtur colligi, quod in maleficiis atrociter puniendis ille dicatur proximus pubertati, qui parum diſtat a pubertate. non autem diuidatur per medium tempus, vt diuidunt gl. & iſtud parum diſtare dicitur per 6. menſes, vt l. 2 in fin. de exhi. & Gul. de Cun. videtur tenere hoc contra communem
2 opinionem gloſ. Extra no. dum dicit hic, rei intellectum capere poſſe, argu. quod diǽtum teſtis valet demum, quando dicit aliquid factum, ſi eo tempore fiebat, quo rei intellectum teſtis capere poterat. Iac. de Aret.

LEX XV.

Si ſequens. Vnius diligentia alterius negligentiam nõ excuſat. Item non ſufficit per quemlibet fieri ad euadendam pœnam. h. d. In tex. admittantur. No. hic, quod propter deliǽtum perditur legitima portio patroni. non ob. arg. contra iam ſignata in gl. quia hic omiſit facere, quod erat induǽtum principaliter in publicam vtilitatem. in l. contra. omiſit facere contra priuatam vtilitatem principaliter. And. de Piſis.

LEX XVII.

Prius. No. quod hic eſt glo. ord. quod in criminali teſtis eſt interrogandus de menſe ſine dubio, ſed etiam de die, poteſt interrogari, ſi iudici videtur. Item eſt hic gl. ord. quod interdum poteſt aliquis torqueri de præcedentibus indiciis, ſed non eſt gl. in hoc vera ſecundum Dy.

LEX XIX.

Cum dominus. No. quatuor modis præſtari alicui auxilium, ſcilicet armis, manu, voce, & obieǽtu corporis.

LEX XXI.

Propter. Neptis. actio confuſa per aditionem hæreditatis non reſuſcitatur, ſi hæreditas euincitur propter dolum: ſecus, ſi propter culpam. h. d. & no. No. quod quando pœna eſt pœna reſpeǽtu bonorum, & ſic pecuniaria, non requiritur dolus de neceſſitate, ſed ſufficit culpa, quod eſt no. Bar. ponit in l. ſi quis ie. li. eſſe iuſ. fu.

§. Preſidis. Sufficit accuſare. & non tenet quis appellare. No. arg. q ſufficit ſyndico denunciare, & licet denunciatus, abſoluatur iniuſte, non tenetur ſyndicus appellare. tex. eſt hic no. In tex. non defunǽtorie, ſed fideliter.

LEX XXII.

1 *Mors delinquentis non impedit cauſam bonorum poſt mortem agitari.*

2 *Quæſtio bonorum poſt decennium mouetur, & ingratus hæres longo tempore non præſcribit. Pœna confiſcandorum bonorum tranſit ad hæredem criminoſi.*

1 Gaius Seius. † Mors delinquentis non impedit cauſam bonorum poſt mortẽ agitari. h. d. In tex. nunciaret. ſ. in fiſco. In tex. crimen ſ. negligentiæ Titiæ. In tex. ibi. ſ. ingratæ. ingratus eſt hæres, qui non vindicat necem defunǽti. No. hic quod teſtator conquerebatur ſe occidi, non autem dicebat ſe occiſum eſſe, quia hæc verba ſignificant poſt mortem. viuens aſſit morit̃, mortuus non morit̃, & hoc facit ad
a no. in l. ſi quis Stichum. ff. de confeſſ. ibi omnino vide. † Secundo no. q poſt decennium mouetur quæſtio bonorum, & quod ingratus hæres longo tpe non præſcribit. non ob. l. in cognitione. i. reſponſo. ſup. eod. quia ibi loquitur in hærede extraneo, qui ſi ipſe occidiſſet, non teneretur lege Parricidii, ſed hic loquimur in ſorore. vnde non ſumus in l. in cognitione. ſ. ipſo caſu: ſed in vltimo, & ſic concorda. & hanc rñſionem approbat Dy. poteſt & aliter ſolui. vt in gl. ſed eſt cum diuinatione. Tertio no. q pœna confiſcandorum bonorum trãſit ad hæredem criminoſi. nec ob. C. ex deli. defun. l. 1. quia dicit Bar. q ibi in criminali, hic in ciuili. Tu dic, q etiam in ciuilibus pœnæ non tranſeunt ad hæredes, niſi ratione pœnæ ſit acquiſitum fiſco ius reale. & ita eſt hic. nã fiſco datur vtilis petitio hæreditatis. vnde apparet, q eſt ſibi ius quæſitum in re, vt l. 1. C. de pet. hær. & facit ſup. de pet. hære. l. item veniunt. §. cum antequam. adde etiam, quod no. ff. de accuſ. ex iudiciorum & ſup. quod quiſque iur. l. 3. §. antepen.

LEX XXIII.

Si antequam. Hæres eſt cogendus hæredi. adire. & reſtituere fideicommiſſario etiam ante vindicatam mortem defunǽti. hoc dicit. No. quod onus vindicandæ necis defunǽti non incumbit fideicommiſſario vniuerſali, ſed direǽto hæredi. & facit infra eodem. l. pen. Item no. quod reſtitutio fideicommiſſi non patitur moram propter inultam necem defunǽti.

LEX XXIIII.

Si quis quaſi. Iuſſus magiſtratus excuſat. hoc dicit. cõcord. regula iuris, quod quis mandato facit iudicis, de reg. iuris. lib. 6.

LEX XXV.

1 *Stante ſtatuto, quod quicunque ceperit bannitum, habeat decem, ſi quis cepit plures bannitos, debet habere pro qualibet decem.*

2 *Probatio ſolius fugæ non ſufficit ad damnandum aliquem.*

3 *Præmium debetur de bonis offenſi ei, qui vindicat necem, & ſi non ſufficiunt bona offenſi, debetur de publico.*

1 Lege Cornelia. No. quod quis inuitatur ad accuſandum propter præmium. † Itẽ no. quod ſi ſtatutum dicit, quicunque ceperit bãnitum, habeat x. q ſi quis capit plures bannitos, debet habere pro quolibet x. vt hic in verbo, in ſingulos. Item no. q licet ſerui aufugerint, nihilominus tamen ſunt conuincendi de crimine, vt hic in verbo
2 conicerat, & 1 § propterea, in ve. bo cõuicerit. Ex quo no. † quod
a probatio ſolius fugæ a non ſufficit ad damnandum aliquem. pro hoc C. de his qui latro. l. fi. & C. de epiſco. & cleric. raptores. Iac. de Are. circa princip. illius l. ibi poſt legitimas & iuri cognitas, &c. Contra hoc tamen no in auth. de exhib re. §. ſi vero etiam. ſed illud intellige quoad præſumptionem al. alla gl. male diceret, quia licet fuga præſumptionem faciat, non tamen facit veram probationem, vt d. l. raptores. Oldr. & l. diuus, de cuſt. reorum, per Dyn. & melius C. de reb. cred. l. in bonæ fidei, in 6. quæſt. per Cyn. & melius. C. de rap. virg. l. 1. per Cyn. vbi dicit, q aut fuga cadit in crimen per ſe, & tunc probata fuga eſt probatum crimen, vt inf. de re. mi. deſertorem, & ſup eo. l. 1. § cum dominus. aut inducitur ad probationem alterius criminis. & tunc refert, aut eſt talis caſus, in quo iudicatur ex ſuſpitione, & ſufficit probatio fugæ, vt ſupr. de ſucc. tut. impuberibus aut eſt talis caſus, in quo requiritur vera probatio facti, tunc ſufficit probatio fugæ. vt hic, & l. raptores, & l diuus. & idem dic t hic Barto.
3 Item † nota quod præmium debetur de bonis offenſi ei, qui vindicat necem: & ſi non ſufficiunt bona offenſi, debetur de publico, quod eſt no. nam & alibi Reſpublica redemit malefactorem, vt puniret eum, vt infra de cap. mulier. & no. ſupra de iuſti. & iure. l. per Gulielm. Item no. in verſicu. quod præmium. quod accuſanti regulariter non debetur præmium, niſi in caſu ſcripto in iure. Item ex gloſ. no. quod maius deliǽtum eſt in faciendo, quam in omittendo. Item not. quod vindicanti maius deliǽtum maius datur præmium. Item no. in verſi. ex vinculis. quod ille qui inculpatur de homicidio, debet teneri in carcere, & non dimitti fideiuſſoribus. & gloſſ. no. dicit quod † qui fugit, perdit beneficium dandorum fideiuſſorum, & debet in carcere detineri, donec diſputatur de crimine: ſecus in eo, qui non fugiſſet ſecundum glo. quæ in eo quod dicit de fuga. eſt no. ſed in eo q dicit quod ille qui accuſatur de homicidio, ſi non aufugit, dimittatur fideiuſſoribus non eſt vera, per ea quæ no. in l. 2. de cur. re. nam in deliǽtis atrociſſimis, ſicut eſt homicidium, debet reus
b perſonaliter detineri. & iſta eſt veritas. b

ADDITIONES.

a Fugæ. Vide Felyn. plane in cap. nullus, de præſump. & d. Bar. Cep. in conſ. 31.

b Veritas. Vide Pau de Caſt. conſ. 346. t. col.

---

§. Ex hoc ediǽto. Dic vt dixi ſupe. eod. l. ſi quis in graui. § ſi alius.

§. Palam. In popularibus actionibus dimidia pars pœnæ applicatur actori, dimidia fiſco. dic ſcd'm Bart. Bald. ſuper j. Infor.

 quod

ꝙ iſtud eſt verum in caſib. expreſſis in iure. Nam tūc tota pœna dēt applicari actori in actione populari, ſed in accuſatione pupillari dēt applicari fiſco, vt l. agraria, de ter. mo. & de ver. ſig. l. ſi cui. §. ꝙ ſi expo. & de m. om. iud. l. ſi quis id, quod, ſecundum Bar.

L E X XXVI.

Fideicommiſ. Fideicōmiſſarius vniuerſalis pōt accuſare hæredem de inulta morte defuncti, etiam poſtquam ab eo recepit reſtitutionem fideicōmiſſi. h. d. in tex. ibi, obſtaret. No. quod vbi nulla obſtat exceptio, ibi non eſt dubium quod procedit petitio. ita dicit Scęuo. hic. & no. ꝙ qui debitum accepit ab hæredibus, non propterea prohibetur eum accuſare da inulta morte defuncti.

L E X XXVII.

Si de pluribus. Qui non eſt in culpa, non debet puniri. hoc dicit.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit. Rub.

In gl. Rubricæ quæ incipit, aliam cauſam. no. eam licet paruam. & hanc gl. perfice ex no. ℐ. eo. l. fi. per Bartolum.

L E X PRIMA.

Vi dum capatat. No. ꝙ ſi legitimus impedit teſtm̄ fieri, vel extraneus inſtitutus impedit teſtm̄ mutari, reputatur indignus, & hæreditas confiſcatur, quatenus ſucceſſio concernit ipſum delinquentem.

1 *Seruus ex delicto domini reputatur indignus: idem in filio.*

2 *Quoties ex delicto alicuius, vel dolo, mihi aliquid quæritur, immediate mihi non debet prodeſſe.*

1 §. Si dominus. †Ex delicto domini ſeruus reputatur indignus: idem in filio. h. d. In tex. eius. ſ. prohibentis teſtamentum mutari, in quo liberi erant inſti-
2 tuti. Dyn. In tex. in poteſtate. ſ. tempore aditionis. †No. quod hic colligitur, ꝙ quotiens dolo alicuius mihi aliquid quæritur immediate mihi non debet hoc prodeſſe. & hoc tenet hic gl. & ſ. in rubrica. & tenet hoc Dy. ℐ de vi & vi arm. l. j. § ſi quis tamen & §. ſi filius, & de excep. doli. l. ſi procurator. nec obſt. ſup. quod me. cauſa. l. metum. §. ſed licet, quia ibi metus non eſt proxima cauſa, ſed beneficium ſeu fauor adhibitus. vnde gl. huius rubricæ verior eſt, quam illa quæ eſt C. eo. l. 2. ſecundum Dy. & alios. Cy. & facit ſup. de eo per quem fact. er. l. fin. & quod no. ſupr. de cond. ob turp. cauſam. ſi ob turpem, & rerum amo. C. ſi mulier. in quolibet iſtorum locorum no. quod immediata cauſa potius eſt inſpicienda, quam cauſa remota.

§. Sed ſi legatum. Reputat̄ dignus ꝑ alium, qui eſt indignus ꝑ ſe. h. d. Et ex iſto tex. ſumunt quidam cautelam talem, ꝙ qui non eſt capax poſſit capere, dum tamen alij teneantur reſtituere ſecundum Andr. de Piſis. & vide quod no. in l. 1. C. de ſecundis nup.

L E X II.

Si quis dolo. In tex. ibi, ſi fideiuſſus delinquentis eſt illud, quod venit in confiſcationem ſine præiudicio iuris tertij. h. d.

L E X III.

Virum qui. No. ꝙ inducere teſtatorē blandis ſermonib. & adulatorijs ad teſtandum, vel non mutandum teſtamentum non eſt dolus, nec delictum. & vbi ceſſat delictum, ceſſat pœna. h. d. No. quod in teſtamento quandoque interuenit violentia, quandoque dolus, quandoque quędam perſuaſio. Bar. & vide l. 1. de ex. de.

De iure codicillorum. Rubrica.

1 *Teſtes in teſtamentis requiruntur ad ſolemnitatem, non ad probationē, ſed in codicillis requiruntur ad probationem, non ad ſolemnitatem.*

1 In gl. †Rub. no hāc gl. ꝙ in teſtīs requirunt̄ teſtes ad ſolēnitatē, non ad probōnē, ſed in codicillis requirunt̄ ad probōnē, non ſolēnizandū. ex quo apparet ꝙ in codicillis nō deficit ius, licet nō ſit legitimus numerus teſtiū, & q̄uis nō poterit probari. In teſtō vero non ſolēni deficit ius, & probatio. i. deficit nālis, & ciuilis obligatio: de quo dic, vt in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno.

1 *Teſtamentum non trahitur ad codicillos, niſi teſtator voluerit valere iure codicillorum.*

1 Aepiſsime. †Teſtamentum non trahitur ad codicillos, niſi teſtator voluerit valere iure codicillorum. h. d. Vel ſic diſſenſus in ſpecie vltimæ voluntatis facit eam nō valere, vt valere poteſt. hoc dicit. In tex. potuerit. ſi teſtator voluerit codicillari. Not. ꝙ ſi teſtator vult teſtari, & non codicillari, quod ſi non valet iure teſtamenti, non valet iure codicillorum. ſi autem vult teſtari, & codicillari in defectum teſtamenti, tunc ſi non valet iure teſtamenti, valet iure codicillorum. concor. ℐ. eo. illud §. tractari & l. conficiuntur, & ℐ. de lega. 2. l. Lucius. §. filiam. quid in dubio? dicunt docto. quod recurrendum eſt ad coniecturas nam aut ſunt verba mere directa, & tunc interpretatur voluiſſe teſtari: aut mere fideicommiſſaria: & tunc interpretatur voluiſſe codicillari. aut ſunt verba ad vtrumque trahibilia ſeu communia, & hoc caſu ſi tempore quo teſtator ordinabat iſtam diſpoſitionem, nō poterat valere iure teſtamenti, valet iure codicillorum. ſi autem potuit a principio valere iure directo, non obliquatur, argu. no. ſup. de vul. ſub. verbis ci. & fam. erciſ. l. quo, & in d. §. tractari. per Iac. de Are. & hic per Cy. & C. de te. l. non codicillari, per glo. & Cy. Extra, hic Bar. examinat hanc materiam clauſulæ codicillorum, & dicit, quod illa clauſula ſi non valet. &c. videtur grauare quoſlibet venientes ab inte. & eſt caſus in d. §. filiam, & C. de fidei. eam quam. & hic etiam ponit Bar. vtrum iſta clauſula aliquid operatur, quando teſtamentum non valet ex præteritione
a poſthumi, a & de iſta quæſtione eſt caſus. inf. de fideicomm. l. 1. generaliter. §. ex teſtamento. & facit inf. eo. l. ſi quis cum nullam. §. ſed ſi poſt. & dicit ipſe, quod nihil operatur, ſi præteritio fuit facta ab ignorante, vt inf. eo. qui graui vtero. ſed in l. illa fuit grauata certa perſona nominatim, ſed vbi vniuerſaliter grauantur omnes venientes ab inteſtato, non loquitur illa l. allegat etiam Bar. l. ſi vnquam, de re. do. C. quia nō eſt veriſimile, quod magis diligat extraneum quam filium. ad idem facit ſup. de pactis, tale pactum. §. fi. ſed poteſt reſponderi ad l. ſi vnquam, quod ibi donatio fuit inofficioſa. Sed codicilli non poſſunt dici inofficioſi, cū filius omnino ſit habiturus legitimam, & facit C. de inoffi. teſta. authē. vnde ſi parens. Quærit etiam Bar. vtrum iſta clauſula habeat locum, quando teſtamentum impugnatur vitio teſtatoris, quia naturalem erga liberos charitatem more inſani hominis nō ſeruauit filios exhæredando? & gl. tenet, quod nihil operetur, in authē. ex cauſa, & Gul. tenet idem in l. vlt. de codic. C. de iure veteri, & eſt tex. in l. Titia, de inoff. teſtam. Ita quæſtio non procedit quo ad legata, quia quo ad ea valet teſtamentum, vt in authen. ex cauſa, & ſic non habet locum illa conditio, ſi non valet, &c. ſed bene procedit quæſtio quantum ad ipſam hæreditatem, vtrum exhæredatus teneatur eam reſtituere, vt ſup. de iniu. teſtamen. poſthumi. §. ſi Paganus. & quod non teneatur reſtituere, videtur probari per l. ex filio, de leg. 3 cum glo. ſua, & dic per Cyn. in auth. ex cauſa. & illud tenet hic Bar. quod illa clauſula operetur in hoc caſu, & ſic correcta. l. Titia, quia hodie non dānatur iudicium exhæredant. tanquam dementis. tamē dubium eſt, quia ſumus in inſtitutione hæredis, in qua iudicium etiam hodie damnatur, & ideo opinio iſta non eſt expedita, nec eſt ſine dubio, & antiqui doct. communiter tenebant gl. auth. ex cauſa. deinde vide, quod dixi ſup. de tranſactio. controuerſia.

A D D I T I O.

a Poſthumi. Vide quod fuit in apoſt. ad Bart. in authen. ex communi. C. de lib. præt.

L E X II.

Si ei qui. Codicillorum In tex. ibi, ſingulorum. No. quod ius ſingulare appellatur illud, quod depēdet ex fictione. In tex. ibi, † in omnibus, & per omnia. No. iſta verba in omnibus, & per omnia, quæ quotidie ponantur in ſtatutis. In tex. ibi, qui abſentis. i. non agentis.

L E X III.

Si quis cum nullum. Ille qui ſuccedit ab inteſtato, poteſt grauari, quia tacite a teſtatore videtur inſtitui. h. d. & adde, quod no. ℐ. de col. bono. l. 1. §. vel maxime. per hoc apparet, quod vera eſt gloſ. quæ eſt infra de verb. oblig. in l. ſi ita quis. §. ea lege. No quod illa verba, quiſquis mihi hęres erit, non facto teſtamento, referuntur ad venientes ab inteſt. ſed facto teſtamento non referuntur, niſi ad hæredes inſtitutos ſeu ſcriptos, vt ſup de vulg. ſubſ. l. qui liberis. §. hæc verba, & no. ſup. ſi quis ob cauſam te. ſi in teſtamento, in princ. In gl. immo. iuxta hoc quærit Iac. de Are. pone, inſtitui vnum hæredem tantū, & dixi quiſquis mihi hæres erit, &c. nunquid hoc caſu ratione iſtius diſtributiui, quod habet diſtribuere inter plures, comprehendantur venientes ab inteſtato? & dic q̄d ſic, cum non poſſit referri ad inſtitutum ſolum. & ideo ex vi ſermonis complectitur quemcunque hæredem ſecundum Iac. de Are. & Cy. & arg. inf. ad Treb. Iulius Phębus.

§. Teſtamento. No. quod ad confirmationem codicillorum requiritur aditio ex teſtamento, ſi eſt factum teſtamentum. & h. d. ſi autem non eſt factū teſtamentum, non requiritur aditio, dicit gl. Tu dic, quod tunc requiritur aditio ab inte. vt not. ſup. de hæredi. inſtit. l. qui filio. §. ſeruus, & no. in l. 2. de fideicomm. liber.

L E X V.

Ante tabulas. Codicilli habent tacitam relationem ad teſtamentū, ſi fiant poſt teſtamētū, ſecus.

ſecus, ſi ante, ſecundum Papin. ſed ſecus hodie, quia non eſt quæ
tendum ante, vel poſt.

L E X VI.

Diuus. Licet non obſtantib. verbis derogatorijs poſterior
voluntas tollit priorem. h. d. In tex. ibi, intercipti. &
hoc ſi nominatim dicat ſe priora voluntatis pœnituiſſe, & hoc
ſequitur. nam ea, &c. Dy. Tu dic, quod in §. illo, cum ſimil in co-
dicillis diſpoſitum erat præter diſpoſitionem iuris communis,
quia ius non aſſiſtit, nec reſiſtit: quia non eſt neceſſe quod teſta-
tor in codicillis ſua manu ſignet, vel ſubſcribat, & ſic facilius p
actum ſubſequentem priori contrarium prior tollitur voluntas,
ſed in l. ſi quis in princ. te. erat ſecundum diſpoſitionem iuris cō-
munis, vt poſtquam ipſe nolebat legare niſi ſemel, amplius non
haberet, & ideo non mirum, ſi difficilius tollatur ſecundum Ia-
cob. de Arei. Oldra. Vel dic, quod hæc fuerunt verba derogato-
ria poteſtatis, cui non poteſt derogari per teſtatorem, quia eſt
publici iuris: ſed in l. contraria fuerunt verba contraria volunta-
ti, de quo ſtatut dicto teſtatoris. tene primam ſolutionem Dyn.
Idem tenet Pet. & Cy. nam ex verbo velit, apparet, quod hæc e-
rant verba derogatoria voluntatia, & ideo habent tolli per alia
derogatoria. nam alias non tolluntur.

§ Si poſt. Fictio non fingit, vbi vnum extremum defi-
cit. h. d. no.

L E X VII.

1 *Dictio quædam, quid importet.*
2 *Confirmatio requirit habilitatem extremi, a quo, alias non procedit confir-
matio.*
3 *Tempus dicitur eſſe facti, & in facto conſiſtere.*

Quædam non. Regula eſt, quod codicilli referun-
tur ad teſtamentum. id eſt ad tem-
pus teſtamenti, in quo fuerunt codicilli confirmati, quod eſt ve
rum regulariter fallit ſi codicilli ratione cauſæ efficientis ſint nul-
li. Item. fallit, ſi in codicillis demonſtretur aliud tempus codicil-
lorum, quia quo ad rem demonſtratam inſpicitur tempus de-
monſtrationis, & non teſtamenti. hoc dicit. & iſta l. eſt multum
no. vtrum id, quod ab alio confirmatur, referatur ad tempus con
1 firmationis nec ne. † In tex. ibi, quædam. no. quod iſta dictio quæ
dam, non no. regulam, ſed eſt no. exceptionis, vt hic, & de acqui-
ren. rerum dom l. quædam, & hoc oſtendit Azo in quadam ru
bricella in ſuis brochardis de teſtatoribus, & vltimis volun. ſub
rubrica diuius, in fin. In tex. ibi, ad confirmationem. i. ad tem-
pus confirmationis, ſcilicet ad tempus teſtamenti, in quo fue-
runt codicilli confirmati. Din. In tex ibi, non ualent, ſcilicet co-
dicilli, ſi ibi decedat. ſecus ſi reuertatur ab hoſtibus, ut l. in bel-
lo. §. ſi codicilli. J. de capti. & J l proxi. § poſt. Iac. de Are. In text.
deſierit habere. quia ubi deficit cauſa efficiens, ibi confirmatio
nihil operatur, quod eſt no. & facit ſupr. de mili. teſt l. ſi certarū.
2 §. fin. † Item not. quod confirmatio requirit habilitatem extre-
mi a quo alias non procedit confirmatio. & facit quod not. infr.
de leg. t. talis ſcriptura. In tex. ſed facti, not argum. quod circa fa
ctum non debet fingi. ſic inſt. de acquir. poſſ. l. l. i. §. ſi uir uxo-
3 ri. † Item not. hic, ꝙ tempus dicitur eſſe facti, & in facto conſiſte
re. In tex. mea eſt. uerbum eſt, eſt nota temporis præſentis, & fa-
cit infr. de l. i. l. e. ab Aurelio, §. teſtamento. & eſt argum. quod li-
cet dictum teſtis trahatur retro ad tempus iuramenti. quo ad ſo
lemnitatem, non tamen quo ad facti demonſtrationem. Vnde
ſi teſtis loquitur per uerbum Eſt, quod eſt præſentis temporis,
nihil probat in præterito. Item eſt argumen. ad ſtatutum, quo
cauetur, quod qui eſt in banno, ſecuritatem det, ut exeatur de
banno, ut non extendatur ad eos, qui poſtea fuerunt poſiti in
a banno a ſecundum Iacob. de Arei. Nota ergo, quod ea quæ cō-
tinent certi temporis demonſtrationem, retro non fingunt quo
ad tempus.

A D D I T I O.

a Banno. Adde Ang. in conſ. 57.

L E X VIII.

1 *Succedentes ab inteſtato videntur ſuccedere tacito iudicio teſtatoris.*

☞ **Conficiuntur.** † Not. in iſto prin. quod interdū co-
dicilli fiunt poſt teſtamentū. & tūc
confirmatio præcedit confirmabile. interdum fiunt ante teſta-
mentum. & tunc confirmabile præcedit confirmationē. Inter-
dum fiunt diſiunctiue in teſtamento, ut ſi non ualet, &c. tunc
codicilli non confirmantur ex teſtamento, ſed ab intc. Interdū
fiunt codicilli ſine ullo teſtamento præcedente, uel ſequente,
1 uel ſimul facto, & iſti codicilli ſunt mere ab inte. † Secundo
not. quod ſuccedentes ab inte. uidentur ſuccedere tacito iudi-
a cio teſtatoris. a dicit gl. quod hæc eſt fictio, & non poteſt proba-
ri contrarium, ubi nullum factum eſt teſtamentū, quod eſt not.
dignum. ex quo collige, ꝙ licet teſtator uenientem ab inteſta-
to reputet indignum: tamen ubi nullum factum eſt teſtm̄, talis
ſuccedit ab inteſtato, quia non admittitur probatio in cōtrariū.

A D D I T I O.

a Teſtatoris. Adde do. Alex. de Imo. in conſ. 146. in ſecunda parte.

1 *Codicillari non poteſt, qui non poteſt teſtari.*
2 *Teſtis, ſeu teſtium numerus dicitur eſſe facti.*

1 **§. Codicilli** † Ille qui non poteſt teſtari, non poteſt co
dicillari, quod verum eſt, ſi eſt in poten-
a tia iuris: ſecus, ſi facti. h. d. † Et no. quod teſtis ſeu teſtium nume-
rus dicitur eſſe facti, quod tene menti, & tractat hic Bar. de teſta
mento ruſtici, & etiam de codicillis, vtrum requiratur obſeruā
tia legum, & de intellect. legis fin. C. de teſtamen. & dicit ipſe,
quod l. illa habet locum etiam omni conſuetudine circumſcri-
pta, quia in aliquo ſunt ruſtici priuilegiati per l. illam, quod non
videtur verum, quia ibi Imperator non ſine cauſa facit mentio-
nem de conſuetudine. vnde videtur, quod requiratur conſuetu
do alias in teſtamento ruſtici debet ſeruari ſolemnitas legum.
nam in teſtando debent conſulere peritores. alij dicunt, qđ vbi
eſt conſuetudo, non habet locum illa l. quia conſuetudo poteſt
facere, quod valeat teſtamentum etiam coram duobus teſtibus,
vt C. de teſt. ſi non ſpeciali. quod no.

1 *Confirmatio codicillorum includitur in confirmatione teſtamenti.*

1 **§. Si poſt** † Teſtamentum. in confirmatione teſtament
includitur confirmatio codicillorum. hoc di
cit. Vel ſic, factum tempore inhabili, ratione ſuperuenientia cō
firmationis trahitur ad tempus habile. eſt hic caſus, in quo va-
let diſpoſitio de rebus alienis, licet aliquis diſponat de alieno:
ſi tamen confirmationis tempore ſit ſuum, valet diſpoſitio. h. d.
In tex. ibi, ita, id eſt poſt confirmationem codicillorum. Dyn. In
tex. ibi, valet tuitione prætoria. In tex. ibi, nec ſimilis. vide, quod
no. J de ſecun. tab. l. i. §. exigit. In tex. ibi, de alienis. de mente hu
ius verſic. eſt ſumpta ratio auth. ingreſſi. C. de ſacroſanc. eccleſ.
In tex. ibi dicimus, poſtquam allegauit pro, & contra, nunc de-
cidit quæſtionem. In tex. ibi, valent. no. quod l. poſthumus, de in-
iuſto teſtamento, habet locum etiam in codicillis, ſicut in teſta-
mento. & idem dico in l. filio præterito. Quæro in iſto §. quot te
ſtes requirantur in literis confirmationis? glo. C. eodem l. prima,
dicit, quod quinque, & idem no. infra, de ſecund. tab. qui ex libe
a ris. § teſtamento. alibi vero no. † quod duo a ſufficiunt, vt no. ſu-
pra de teſtamen. l. hæredes palam. § ſed & ſi no So. & concorda
eas ſic. Aut volo declarare voluntatem alias valem. & tunc duo
ſufficiunt. vt in glo. §. ſed & ſi totam. aut volo alias nouiſſem con
firmare, & tunc requiruntur quinque teſtes, vt in gloſſ. contra-
ria. Cyn. quod no.

A D D I T I O.

a Duo. Adde Io. de Ana. in conſ. 57.

1 *Fictio ordinata ad confirmandum, non trahitur ad impugnandum.*

§. Si miles. Licet quædam ſe habeant tempore confir-
mationis vt paria, ſi tempore compoſitionis
habeant ſe, vt prius, & poſterius, conſideratur tempus compo-
ſitionis, vt iudicetur, vt prius, & poſterius, & facit ad quæſtio-
nē de ſtatutis, facta ſunt duo ſtatuta contraria diuerſis tempori-
bus. deinde fuerunt confirmata eodem tempore iſta ſtatuta cū
alijs, dicit Guil. de Suza quod neutrum valet, quia repugnant,
vt l. vbi repugnantia, de regu. iur & ſic conſiderauit tempus con
firmationis, non tempus compoſitionis. Din. tenuit contrariū,
quia conſideratur tempus compoſitionis, & ſic vltimum valet
argumento huius §. de hoc per Cyn. in l. a. C. de teſtamen. iure.
In tex. ibi, certe. hic determinat quæſtionem, & no. tempus ma-
1 gis priuilegiatum conſiderari & hoc dicit. † fictio ordinata ad
confirmandum, non trahitur ad impugnandum. hoc dicit iſte
§ no. & ſubtiliter inducendo.

§. Si ei. Seruo. Codicilli iunguntur cum teſtamento, & fa-
ciunt ceſſare regulam Catonianam. h. d.

§. Si quis certi. Non dicitur vltimum id, poſt quod
eſt poſſibile aliud fieri viuo teſtato-
re. hoc dic. & no. Vel ſic, confirmatio coarctata in quibuſdam,
cætera infirmare videtur. hoc dicit. Vel ſic. Viuo teſtatore nulla
ſua voluntas dicitur voluntas.

L E X IX.

Ariſto. Dubitans de ſtatu non codicillatur, niſi ſit miles.
hoc dicit notabiliter.

L E X X.

Quod per. Codicilli non poſſunt confirmare teſtamē
tum. vel ſic, acceſſorium non poteſt confir
mare principale. vel ſic, confirmari ab altero ſignum eſt cuiuſ-
dam dependentiæ. vel ſic, omne confirmans debet eſſe maio-
ris auctoritatis quam id, quod confirmatur ab eo. Item non
poteſt eſſe quid cauſa ſuæ cauſæ. hoc dicit tex. & gloſſa.

L E X XI.

Qui graui. Cauſa inteſtati ſciſſa ſcinduntur legata ab in-
teſtato relicta. hoc dicit. concor. infra eodē
l. ſed cum, ea, & l. is qui.

L E X XIII.

Illud.

§. Tractari. In tex. ibi, dolo. & dubitatur, an iſte poſſit
agere contra venientes ab inteſt. & petere

bona ſibi reſtitui ex cauſa, & fideicommiſſi? Dyn. in tex.ibi, declarabitur. ſubaudi.non dubitatur. Dyn.in tex. ibi, intelligitur. & ideo ſi non valet iure teſtamenti, nõ valet iure codicillorum ſecundum Dyn. Quid autem ſi eſt omnino dubium? dicit Iaco.de Are. quod quia fuit appoſitum verbum volo, quod eſt verbum commune, valet, vt valere poteſt. ſecus, ſi eſſent verba mere directa, vt C.de teſt.non codicillum, ſecundum Iac.de Are.tu dic, quod verbum volo, eſt verbum informe, & recipit formam directi, obliqui, vel communis verbi ratione adiuncti. vnde cum hic dixerit Hæredem eſſe volo, iſta verba ſunt directa, vt ſup.de hered.inſti.l. his verbis. & adde, quod dixi ſup.eo.l.1.& conclude. aut ſunt verba addita ad ſignificandum directe. aut ad obliquum, aut ad commune, ſeu vtrumlibet ſe pariter habens.

LEX XIIII.

1 *Pro non ſcripto dupliciter dicitur, vel quod relinquitur ei, qui non eſt, vel quod relinquitur ab eo, qui non eſt in rerum natura.*

2 *De perſona prius quæri debet, quam de iure. prius enim ſunt legitimanda perſonæ, quam diſputetur de meritis cauſæ.*

Quidam referunt. Sicut legatum, quod relinquitur ei, qui tempore legati deſijt eſſe in rerum natura, eſt pro non ſcripto, ita ſi relinquitur ab eo, qui non eſt in rerum natura, eſt pro non ſcripto, nec nititur in ſolidum ſecundum Scæuolam, ſi fuit legatum relictũ a mortuo, & a cohęrede verbis appellatiuis, vel proprijs. ſed ſecundum Paulum non nititur cohæres pro hæreditaria portione.h. d.cum l ſi cum eo.quę continuatur. In tex.ibi, nullius enim, pręmittit quoddam ſimile. † Et no. pro non ſcripto dupliciter

1 dici, vel quod relinquitur ei, qui non eſt, vel quod relinquitur ab eo qui non eſt in rerum natura. Item no. pro non ſcripta a ſubſtituto pupillari non deberi, nec repetita intelligi, quia illud, quod non habet initium, non poteſt videri ab illo repetitum, & vide, quod no.in l.ſecunda, ſupra de hæredibus inſtituendis. & l. pen.

2 §.final de dona.† Tertio no.quod prius debet quæri de perſona quam de iure, & quotidie allegatur in hoc palatio, quod prius ſunt legitimandæ perſonæ, quam diſputetur de meritis cauſę. ex hac l.limitatur l Imperator, de leg.1. quæ dicit relicta ab inteſtato videri repetita a ſubſtituto. quia intelligitur etiam in relictis a principio validis. ſecus in pro non ſcrip. quia & non habẽt aliquod principium ex ſe, non poſſunt tranſire de perſona in perſonam, quia nihil ſunt, quia iſte tranſitus præſupponit ens etiam ſecundum Philoſophum. Vltimo no. quod quãdo in onere coniunguntur duo, quorum vnum eſt in rerum natura, alterũ non, quod id, quod eſt in rerum natura, de rigore tenetur in ſolidum ſecundum Scæuo. ſed de æquitate non tenetur, niſi pro parte ſecundum Paulum, quod no.

LEX XVI.

Ab inteſtato. Codicilli facti ab inteſt.non infirmantur agnatione poſthumi: ſecus, ſi ſunt facti ex teſtamento. h.d. In tex. ibi, nam vnus. not. iſtam rationem, quæ facit pro gl.l.precibus, quæ diſtinguit, an teſtator diuiſerit tempora, vel non.

LEX XVII.

Literæ: Hæreditas promitti non poteſt. & ille, qui promittit hæreditatem, ſeruit de vento.h.d.

LEX XVIII.

Plotiana. Si actus impoſitus per verbum futuri temporis cadit in eo, quod eſt de præterito, diſpoſitio refertur ad illud.h d. Facit l.cum tale.§.falſam, de conditio.& demonſ. Bar. Verbum futuri temporis aſſumpſit ſibi ſignificationem præteriti dependentis a confirmatione futura.h.d. iſta lex eſt.arg.quod ille qui confirmat ſtatuta futura, videtur etiam confirmare ſtatuta præſentia, cum eorum effectus etiam ſe extendat in futurum, quod no.& vide quod no. Dy.inf.de verb.ſignif. verbum Erit, & l.verbum, Oportebit.

LEX XIX.

Is qui. A filio quem teſtator grauare non credidit, legata non debentur.h.d.& dic per Bar in l.1.ſup eo & per Dy de leg.2.cum pater.§.cum ęſtimaret. & iſta regula eſt vera, quando teſtator non cogitauit nec implicite, nec explicite, & ſic non ob.ſup.eo.l.ſi quis cum nullum, in princ.

LEX XX.

Si palam. Teſtator poteſt teſtari nuncupatiue, & codicillari in ſcriptis, ſi vult, & valet vtrunque. ſed ſi vult tantum in ſcriptis diſponere, non valet non completa ſcriptura ita debent intelligi tex. & glo.per l.fidei. §.1.de legatis tertio. Bald.

FINIS.

BALDI VBALDI PERVSINI

In ſecundam Infortiati Commentaria.

LIBER XXX: Digeſt.

De legatis & fideicom. primo, Rub.

LEX PRIMA.

1 *Legatorum virtus eſt attributa fideicommiſſis.*
2 *Dominium in fideicommiſſo ſingulari tranſit recta via; ſecus in vniuerſali.*
3 *Fideicommiſſum ſingulare non valet, ſi hæreditas non eſt ſoluendo.*
4 *Dominij tranſitus eſt exequutio quædam iuris, & vbi pendet dies, non procedit exequutio nec legis, nec hominis.*
5 *Exequutio non liquidi non debet fieri.*
6 *Variatio in legata alternatiuo post electionem locum non habet, quia electio immediate trahit ſecum exequutionem dominij.*
7 *Tres actiones pro legato conſequendo competunt.*

1 PEr omnia. †Virtus legatorum eſt attributa fideicōmiſſis. h. d. In tex. exęquata. exęquatio eſt diuerſorum. vnde patet ꝙ hodie non ſunt idem; qđ eſt verum formaliter, & denominatiue, ſed virtualiter habent eandem naturam & virtutē. In gl. j. ibi, imo in multis, &c. format quatuor oppo. In prima oppoſitione oſtendit, ꝙ legata ſuperant fideicōmiſſa. In ſecunda, tertia, & quarta opp. oſtendit, quod fideicommiſſa ſuperant legata. l. ſunt fauorabiliora legatis. In ea. gl. ibi, hoc iure, imò iure antiquiſſimo hoc erat. Iac. de Are. q. d. non iure ſſorū. ſed Dy. dicit, quod etiam iure ſſorū non poterant fideicommiſſa peti iure actionis, ſed officio iudicis, vt l. pecuniæ verbum §. actionis, de ver. ſig. & ſic op. gl. procedit. In ea. ibi, media. i. dicere ꝯtra loquimī de antiquiſſima iuris prudentia, ſed lex noſtra loquiť de media iuris prudentia. In glo ea. gl. ibi; ſecundum antiquum tempus. & ſecundum hanc ſolutionem tria ſunt tpa; & hæc vera. Dy. In ea. gl. ibi, §. ſed non vſque. vel dic quod hic dicit, quod legata non ſuperant fideicommiſſa; ſed Iuſtinianus dicit quod fideicommiſſa non ſuperant legata. Iac. de Are. Concluſio eſt qđ quāquam olim legata & fideicommiſſa habrent ſe vt excedentia, & exceſſa, hodie habent ſe vt paria. In ea. ibi, & nomē. In hoc quod dicit de nomine, non eſt verum, quia adhuc hodie remanet dña, quia iſta nomina appellatiua ſunt immutabilia, & eſt ar. J. co l. 4. In ea. gl. ibi, ſed in caſu. hic formatur quinta opp. quæ venit ꝯ legem, & ꝯ ſolu. gl. ibi, libertas. imo & quantum ad iuris effectum remanet differentia inter fideicommiſſarias libertates, & alia fideicommiſſa ſingularia, quia libertas fideicommiſſaria non competit niſi præſtita per rogatum, vel decretum iudicis, ſi rogatus abeſt, vt l. ſi eum, §. ſi quis ſeruum, & l. cum vero, §. ſubuentum inf. de fideicom. lib. ſecus in alijs fideicom. ſingularib. in quib. tranſit dominium ipſo iure, vt C. communia de lega. l. j. & 2. Dyn. Item remanet dña inter libertatem legatam & per fideicommiſſum relictam, quia libertas legata eſt directa, ſed relicta per fideicommiſſum eſt obliqua, & ideo non peruenit ipſo iure, ſed miniſterio grauati, vt dixit Dyn. Et adde quod no. Azo in ſumma. C. de fideicomm. li. ad fi. In ea. glo ibi, cogatur adire. nec expirat fideicommiſſum vſe per repudiationem hæredis: ſecus in particulari, vt inf. ad Treb. l. noſtrū, quod, §. j. & C. ad Tre. l. non iuſtam. & adde & dic ꝙ legata, & fideicommiſſa ſunt exęquata, ſi ſunt eiuſdem generis i. particulare particulari, & vſe vſi. particulare vero vſi no eſt exæquatū ſm Pe. hic. tū vide ꝙ no.
2 in l. ſi quis ſer. §. fi. inf. ti j & l. fi. de viutr. leg. Et † no. ꝙ in fideicōmiſſo ſingulari tranſit dominiū recta via, ſecus in vſi, a vt inf. ad
a Treb. l. reſtituta, & inf. de fur. l. a Titio. † Item ſi hæreditas nō eſt
3 ſoluendo, non valet fideicommiſſum ſingulare, vt C. de lega. l. ſi vniuerſæ: ſed valet fideicōmiſſum vniuerſale, ſicut valet hrđis inſtō, licet hæreditas non ſit ſoluendo, vt inf. ad Tre. l. j. §. is qui quadraginta. & adde no. inf. l. cum filio, ſecūdū Dy. ꝙ dixit Dy. ꝙ iiā ſit dñiū recta via in legato & fideicōmiſſo ſingulari, ſed intellige, ſi ē legata res tea teſtōris: ſecus, ſi hrđis, vel tertij, vt no. ſ. de ſer ui. l. Papi. licet contrarium notetur in l. 2. C. communia de leg. nam in re hæredis teſtator non poteſt conſtituere ius reale ſola voluntate, vt ſ. de pig. l. Paulus, §. 1 Item intellige in legato ſpeciei: ſecus in legato quantitatis, vel generis, vt no. in d. l. 2. C. commu de leg. quia ibi non tranſit dominium ſine traditione. Item intellige in legato puro: ſed in legato in diem non tranſit ante
4 diem dominium, vt J. de vſufru. leg. l. Sempronius Attalus. † ratio quia tranſitus dominij eſt executio quædam iuris, & vbi pēdet dies, non procedit executio nec legis, nec hominis. Item intellige in legato ſimplici: ſecus in legato alternatiuo, quia ibi ante electionem non tranſit dominium, vt inf. eo l. huiuſmodi, § Stichum, & no ſup. de rei ven. l. ſi in rem, & eſt ratio, quia legatum alternatiuum habet in ſe pendentiam de futuro, & ineſt ei quædam incertitudo, & ideo non transfertur dominium,
5 † quia non liquidi non debet fieri executio: ſed facta electione tranſit dominium immediate, vt l. ſerui electione inf. eodem,
6 & † ideo non habet locum variatio, quia electio trahit ſecum executionem tranſlationis dominij, vt J. de opē. lib. l. apud Au-
7 fidium, & no. per Din. J. de ver. ob. l. ſi ſeruum, §. ſequitur. † Quęro cum pro legato competant tres actiones in rem, ex teſtamēto, & hypothecaria, qualiter tunc debet concludi ex teſtamento? reſpon gloſſ. quod debet concludi ad traditionem facti, ſicut in cautela eſt glo. inſtit. de leg. § noſtra, quæ non eſt alibi. Item quæro, vtrum iſtæ actiones differant in tempore originis ſuæ? & videtur quod ſic. nam rei vendicatio videtur oriri a morte teſtatoris, vt l. a Titio, inf de fur. ſed perſonalis, & hypothecaria non oriuntur, niſi poſt aditam hęreditatem. de perſonali eſt certum, quia ante aditam hæreditatem non eſt debitor. nemo. n. eſt obligatus. ergo perſonalis actio non competit. de hypothecaria videtur eodem modo, quia aliud habet perſonalitatis, vt no. ſup. de pact. l. ſi tibi. § de pignore. hoc tenet Spec. quod perſonalis, & hypothecaria non oriantur, niſi adita hæreditate. ego dico quod etiam rei vendicatio non poteſt dici oriri quo ad perfectam originem ante aditam hæreditatem, vt l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus. J. eo. & ideo non poteſt intentari ante aditam hæreditatem. quia acquiſitio dominij eſt commutabilis, a & in pendenti, vt no. ſ. de cond inſt. l. ſi quis ita hæreditatis. fallit in legatis ad pias cauſas, quæ ſecundum communem opin non deſide-
b rant aditionem hæreditatis, b ſed ſola morte teſtatoris confirmantur, & ſecum trahunt ſuam executionem.

ADDITIONES.

a Vniuerſali. Sed an fideicommiſſum vniuerſale trāſmittatur p filiū fideicōmiſſum ad deſcendentes, ſi deceſſerit pendente conditione fideicommiſ. vide d. Ale. de Imo. in conſ 175 in 10. col. ante me. in verſ vnde in 5. par.
b Hæreditatis. Vide d. Ale. de Imo. hic in 9. col. in me. in ver. adde ꝙ vbi, referendo id quod tenet idem Bal. in l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. in pe. char. ſuper 9. q. & in lectura illius. l. in vlt. col. dicit ꝙ licet videatur idē Bal. contrarius his quæ no. Bar. hic, tamen putat Bal. hic melius dicere, quam Bal. in d. l. 1. & adde quæ ad hoc habentur etiam per Fran. hic in 9. col. cir. prin. & adde quæ dixi in d. l. 1. in apoſt. ad eundem.

LEX II.

1 *Legare, et fideicommittere is demum pōt, qui teſtamenti factionem habet.*
2 *Donatio cauſa mortis tripliciter conſiderari poteſt, primo quo ad ſuam ordinationē, ſecūdo quo ad ipſius confirmationem, tertio quo ad eius efficaciā.*

1 Sciendum. † Is demum poteſt legare & fideicōmittere, qui habet teſtamenti factionem hoc d. In tex ibi, ius, hoc declara per l. conficiuntur, §. codicil. ſup. tit. 1. In glo. & ſup. ibi, non eſt legatum. nam cum aſſimiletur legato, patet quod non eſt legatum, quia nullum ſimile eſt idē, vt not.
§ Fundus mihi. In tex.ibi,legatus.ſ.a non dño.Dy. In tex.aberit. hoc eſt in quantum dedi proprietatem petan. Dy. hoc eſt nõ conſequat æſtimationem vſusfructus,quia pro eo nihil dedi, ſed caſu ad me peruenit p ꝯſolidationẽ.ibi. partẽ.pprietatis, & eſt vna ſimilitudo de parte proprietatis ad vſumfructũ,vt de leg.2.l.cũ filius, §.dominus. In tex.debeo.& conſeqnat precium,ꝙ dedi pro parte illa.Iac.de Aret. In tex.quod pro ſed, & eſt aduerſatiua.ibi,mercatus ſum. quia ergo ex cauſa oneroſa habeo matrẽ, & partũ, vtriuſq; æſtimationẽ conſequar p actionem ex teſtõ.& vr̃ hic expreſſum ꝙ ille qui habet titulũ in matre, habeat eundẽ titulũ in partu,& facit J.quæ in frau.cre.l.ſi.§ pen.vt ſ̃.loc. l.ſed addes.§.ſi quis mulierem.ſed gl.no.ꝯnum.ſ̃.de pub.l.ſi ego.§.partus. No.in iſto §.
1 in prin.†ꝙ acceſſorium eſt diuerſæ naturæ a principali. Sed in fi. no. ꝙ acceſſorium eſt eiuſdẽ naturæ cũ principali. ſolue.aut eſt acceſſorium, quod eſt pars proprietatis iuris interpretatione, & tunc loquitur principiũ. aut quod non eſt pars proprietatis, ſed de eius appendicijs,tunc loquitur finis.deinde no. hic quod proprietas poteſt emi, & hoc caſu dari eſt in obligatione ex forma contractus emptionis,arg.contra ſup.de cõdi.ob cau.l.ſi.ſed dic. vt ibi no. Item no.in iſto §.quod cauſa non lucratiua concurrit in origine & in effectu,facit inſ.eo.l.huiuſmodi, §.qui ſeruum.

§ Qui Caium. Qui ceſſit iura ſua, non põt eadẽ iura cedere alteri.ad hoc allegatur per Iac.de Are.& inducit̃ pro concordãtia,l.ſi dãnatus,de lib.leg.& J.tit.1.qui duos,ꝙ tenet menti.& pro hoc vr̃, ꝙ duob.in ſolidum

non

non poteſt eadem actio cedi. In tex. præſtare, quia ea iura nõ poteſt cedere vtrique ſecundum Iac. de Are. Bar. dicit, quod quantum ad vtiles actiones non poſſunt iura cedi pluribus in ſolidũ, ſed quantum ad merum exercitium directarum ſic, vbicunque cedens poteſt exercere directas. nam illi aſſimilantur meris procuratoribus, & melior eſt conditio præuenientis, vt ſup. de procur. l. pluribus, ſecundum Bar.

§. Cum mihi. Duæ cauſæ lucratiuæ in diuerſis alternatiuis concurrunt. h. d. No quod in diuerſis rebus concurrunt duæ cauſæ lucratiuæ.

LEX LXXXV.

Titius. In parte intellectuali, quæ non poteſt ad oculũ demonſtrari, poſſunt concurrere plures cauſæ lucratiuæ. h. d. & vide hic, quod no. ſup. de rei vend. l. Pomponius. alias incipit, ſi ex equis.

LEX LXXXVI.

1 *Onus licet æquipolleat legato, nihilominus legatum eſt vtile.*

2 *Promittens, vel contrahens, tenetur ita promittere, vel contrahere, quod valeat de iure.*

3 *Notarius, qui rogatur de aliquo inſtrumento, debet ita inſtrumentum aptare, quod bene procedat de iure.*

1 Huiuſmodi. †Licet onus æquipolleat legato, nihilominus legatum eſt vtile. h. d. Dy. In glo. ꝙ Titio. ibi, prius petere. iſtud eſt falſum, qñ onus imponitur cõditionaliter, quia conditio ſemper debet primo impleri, vt l. qui hæredi, §. fi. de cond. & demonſ. in onere vero fideicommiſſi, vel modi verum dicit gl. quo ad natiuitatem actionis, ſed non quo ad exigendi effectum, quia primo debet caueri, quam percipi, vt inf. de leg. 3. l. ſi ubi. de condi. & demonſ. l. quibus diebus, §. Termilius, ſup. man. ſi vero non remunerandi, in fi. loca. l. qui inſulam, §. qui ædem. & l. inſulam, § fi. † In ea. gl. ibi, ſicut valeat. no.
2 quod ille qui tenet̃ promittere, vel ɔ̃here, tenet̃ tali modo †promittere, vel ɔ̃here, quod valeat de iure, licet hoc non ſit expreſ-
3 ſum, & ad hoc tene bene mentẽ hanc glo. no. † etiam, ꝙ notarius qui rogatur de aliquo inſtr̃o, debet aptare ita inſtrumentum, ꝙ bene procedat de iure inſtr̃m, de quo rogatur, & ſecundum formam conſuetam, tex. eſt notabilis ea. l. fin. C. de fideiuſ. & ibi eſt melior tex. qui reperiatur in iure. In ea. ibi, cedit medio. vel dic, quod hæres poteſt ſtipulari proprium intereſſe, vt inf. de verbo. oblig. l. liber homo, §. decem, ſecundum Petrum.

§. Si Sempronius. Si in teſtõ teſtõris, & hæredis eidem eadẽ res legatur, ſemel tñ debetur h. d. No. in iſto §. quod ille qui cõſecutus eſt æſtimationem ex vna cauſa, non poteſt conſequi rem ex alia cauſa lucratiua. & iſtud verum, quando ſunt teſtamenta, quorum vnũ ſubalternatur alteri, ſicut eſt teſtũ hæredis, quod ſubalternatur teſtõ teſtatoris: ſecus, ſi ſunt æque principalia teſtamenta, vt l. plane. §. ſi duorum, ſup. eo. & facit ſup. eo. l. ſi fundum, §. ſi pater.

§. Si cui homo. Mora legatarij in legato gñis, ſpecie oblata perempta liberat hæredẽ ope exceptionis, non ipſo iure. vide hic l. qui decẽ. in prin. ĩ. de ſolu.

1 *Res legata ſi deterior tradatur, vel in ea aliquid iuris deſit, non contingit hæredi liberatio ab actione ex teſtamento.*

2 *Datum, vel factum non dicitur, quod non eſt plene datum, vel factum.*

1 Aedes. †Si res legata tradatur deterior, vel in ea aliquid iuris deſijt, non contingit hæredi liberatio ab actione ex teſtõ. h. d. quod no. & vide Cy. C. ad exhi. l. exhibitionis. vbi ponit diſtinctionem, quam videas. Ibi, traditæ. exiſtẽte die, vel conditione. Ibi, legatæ ſunt, in diem, vel ſub conditione. Dyn. In tex. plenum. no. ꝙ non dr̃ plenum, cui aliquid iuris deeſt. idem, ſi deeſt aliquid facti, vt in ver. ſeq. In tex. debilitatum, no. arg. contra ſcholarem, qui reſtituit roncinum magagnatũ, quod non liberat. de hoc no ĩ. de dolo. l. eleganter, in fi. magnæ gl. & reproba
2 tur expreſſe in l. 3. §. ſi redditam, ſup. commo. † Et no. quod non dicẽ datum, vel factum, quod non eſt plene datum, vel factum.

1 *Ex contractu agitur ad eius reſolutionem propter caſum ſuperuenientem, qui reſiſtit æquitati contractus.*

§. Qui ſeruum. Diuiditur in tres partes. nam in prima parte erat res omnino integra, quia non erat res tradita, nec precium ſolutum, quo caſu ex teſtamento agitur ad rem, ex contractu ad liberationem. In ſecunda parte res non erat tradita, tamen erat precium ſolutum, & ſic quo ad quid erat res integra. ſ. reſpectu rei non traditæ & quo ad quid non integra. ſ. reſpectu precij ſoluti. quo caſu agitur ex teſtamento ad rem, ex empto ad precij recuperationẽ, & annectit quoddam ſimile. In tertia parte res nullo modo erat integra, qa erat res tradita ex ɔ̃ctu precio ſoluto. in iſto. n. caſu põt ex teſtamento agi ad legatum, nec liberatur hæres niſi reſtituto precio, & re dimiſſa penes legatarium. Secunda ibi, qđ ſi precio. Tertia ibi, ꝙ ſi venditio. Et facit ad §. ĩ. de vſuf. leg. l. quo, §. ſi colono, & ĩ eo. l. apud Iulianum, §. ſi Titius. & h. d. qui rem ſibi legatã ignoranter emit, debet rem habere vigore legati, & precium nõ ſoluere, & ſi ſoluit, poteſt repetere. h. d. Bar. In tex. ex vendito. tene-
1 tur actione ex vendito ad precium, a qua vt abſoluatur intentat actionem ex empto. † Et no. ex ɔ̃ctu agi ad eius reſolutionẽ ꝑp caſum ſuperuenientem, qui reſiſtit æquitati ɔ̃ctus. facit ſup. de ɔ̃l. emp. l. ſed & Celſus. §. fi. & de cond. ſine cauſa. l. ſi fullo. In tex. recuperabit. quaſi re euicta: & hoc ſequitur Dyn. ſibi. n. ipſi euincit. põt. n. ſicut ex noua cã, ita ex veteri de nouo ſuperueniẽte in ſuã notitiã ſibi mutare cãm poſſeſſionis, ſm Bar. ad hoc ĩ. ſi pars hęr. pe. l. pe. & fi. & quod vtrobique no. In tex. & tunc. ſ. re tradita, & precio ſoluto. Dyn. In tex. ex teſtamento. ſ. ad rem. In tex. fecerit. i. factum reliquerit. Dy. In gl. alio. ibi, vel dic plenius. hæc vera eſt, & alia nihil ſunt. Dy. & And. de Piſ. habet ergo electionem, ex qua cauſa agat, quia cum concurrant plures agendi cauſæ, ideo nimirum ſi plures concurrunt agendi formæ.

1 *Pater ſi dotem promiſſam genero, filiæ legat, non tenetur hæres ad duplicẽ præſtationem, ſed ambo debent alterutra præſtatione eſſe contenti.*

1 §. †Cum pater. †Si pater dotem promiſſam genero legat filiæ, non tenetur hæres ad duplicem præſtationem, ſed ambo debent alterutra præſtatione eſſe contenti. h. d. poſſet etiam intelligi iſte §. quod promiſſio, & legatum fuiſſe factum genero. nam ex tali legato aget filia pro ſuo intereſſe, quia maxime intereſt eius eſſe dotatam, vt ſup. eo. l. tertio legato. §. ſi teſtator. & dicit hic Bar. & glo. ſentit, quod ſi legatur eadem quantitas, quæ erat promiſſa & nondum ſoluta, quod videtur legata ex eadem cauſa. ſ. dotis. & ideo non debetur, niſi ſemel, vt ĩ. de dote præle. l. 2. §. Mela, & ĩ. de ali. le. liberteris, quos, in prin. Circa illum § ſic diſtingue ſm Oldr. qñ dubitatur, an idem ſit in dote, & legato, quid iuris dic ꝙ aut pater primo legat, & poſtea dotat, & videtur dotando ſoluere legatũ, vnde non poteſt vlterius peti, vt ĩ. tit. 1. l. Lucius, & C. de leg. l. filia legatorum. & ſi plus eſſet in legato, minus in dote, poſſet illud plus peti ex legato, vt d. l. Lucius aut pater primo dotat, poſtea legat, tunc refert aut dotauit tradendo, aut promittendo. Si tradendo, aut poſtea legat dotem, aut corpus rei dotalis. ſi quidẽ legat dotem valet legatum, vt filia non teneatur fratrib. conferre, non ꝙ hæres teneatur iterũ ſoluere, vt ĩ. titu. 1. l. Titia. § qui inuita, & C. de colla. l. filium cũ fratrib. ſi vero legat filiæ corpus dotis, quod dedit marito, valet legatum, & debet filiæ illius corporis æſtimatio, vt l. cum pater. ĩ. tit. 1. & hoc caſu habebit legatum præcipuum, ſed dotem confert, vt d. l. filia, & l. qui a patre. niſi dos fuiſſet exacta per patrem, vt d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſup. ſol. ma. & l. fi. C. communia vtriuſque iud. aut pater primũ dotat promittendo, & poſtea legat: & tunc aut ambo concurrunt in petitione. ſcil. gener & filia: & tunc debet concordare, vt hic. aut alter præuenit: & ſic aut mulier, non auditur, niſi prius caueat de indemnitate præſtanda. aut maritus: & tunc auditur, licet non caueat, vt ſup. de iure do. l. cum pater dotem. ſecundũ Oldr. iſta ſunt vera, quando idem eſt in legato & dote: ſed quando conſtat eſſe diuerſum, tunc hæres ad vtrumque tenetur, vt ĩ. de colla. do. l. ſi pater pro filia.

1 *Conditio reddendi chirographi, includit liberationem debiti.*

2 *Stante ſtatuto, ꝙ nullus poſſit probare ſolutionem, niſi per inſtrumentũ debiti cancellatum, ſufficit ſi producatur inſtrumentum ſolutionis.*

3 *Ex ſtatuto ꝙ quilibet bannitus, cuius bannum non eſt cancellatum, poſſit impune offendi, ſi bannum non eſt de facto cancellatum, ſed de iure, quia apparet ſolutio condemnationis in archiuo publico, tunc talis bannitus non poteſt impune offendi.*

1 §. Si ita cui legatum. †Conditio reddẽdi chirographi includit liberationem debiti, & dicitur implere chirographum non extante illo qui liberat. ſed eo extante ad impletionem conditionis requiritur liberatio, & corporalis reſtitutio chirographi. h. d. In tex. vim habet. ita debet intelligi. Dy. In tex. ibi, fecerit. ſupple, & tabulas reddiderit. In tex. mortuo teſtatore ſine culpa tamen legatarij: alias ſecus, vt inf. eo. l. ab omnibus, §. . Iac. de Are. Gl. colligit hic notabile ſub hac forma no. vtile. n. §. pro inſtrumentis, quæ nõ poſſunt reddi. vnde iſte §. facit ad quęſtionem. dicit ſtatutum, ꝙ creditor non poſſit exigere debitum, niſi reddat inſtrumẽtum cancellatum. modo pone ꝙ creditor caret inſtrumento, an ſufficiat, ſi facit debitor chartam quietationis? & dic ꝙ ſic, vt hic ſe-
2 cundum Dy. † Item pone. ſtatutum eſt Florentiæ, quod nullus poſſit probare ſolutionem, niſi per inſtr̃m debiti cãcellatum. nã
3 ſufficit, ꝙ producat̃ inſtr̃m ſolutionis, ſecundum Dy. † Item eſt ar. dicit ſtatutum, ꝙ quilibet bannitus, cuius bannum nõ eſt cancellatum, poſſit impune offendi. modo ponamus ꝙ bannũ non eſt cancellatum de facto, ſed de iure, quia apparet ſolo ɔdemnationis in archiuo publico: quærit̃, vtrum iſte poſſit impune offendi? iſte tex. põt allegari pro, & ɔ̃. nam cum hic appareat bannum in ſua figura, ideo requirit̃ vera, & non ficta cancellatio: ſecus ſi bannum non appareret in ſua figura, quia tunc ſubeeret ſolo debiti, vt hic. In iſta qõne vr̃ dicendum, ꝙ iſte non põt, nec dẽr dici bãnitus, nec figuraliter. ex quo apparet ſolo, nec ſubſtãtialiter, qa ſublata eſt omnis ob̃lo, & omnis pęna & ideo vr̃, ꝙ ſi iſta ſolo apparet ĩ archiuo, & ĩ loco publico ita, ꝙ nõ poſſet ptẽdi ignorãtia, ꝙ offẽſor dẽat puniri. itẽ qa hic apparẽt duę ſcripturæ, quarũ poſterior derogat priori, arg. ĩ eo. l. ſi ita ſcriptũ. pe. rñ-

ſo. non ob. iſte §. quia hic loquitur reſpectu implendæ conditionis, quę debet impleri formaliter, ſi formaliter impleri poteſt. in conditionib. n. non ſolũ attendit̃ effectus, ſed modus, vt J. de cõdi. & dem. l. qui hæredi, & l. Mæuius. ſed in diſpõne legali habito effectu non curamus de modo, vt ſ. de lib. & poſthu. l. Gallus, §. & quid ſi tñ. Itẽ facit iſte §. ad quoddam dictũ Inno. quod ponit extra, de fid inſtr. c. g. perpetuus. Itẽ facit iſte §. ꝙ ſi pp ſolutã gabellam ſtatutum annullat inſtrm, ꝙ vt annullare obligationem. item dicit Iac. de Are. ꝙ creditor, cui ſoluitur, tenetur reddere inſtrm cancellatũ debitori, & nihilominus ſibi facere quietationem, & fidem pecuniæ ſolutæ. C. de ſol. l. pecuniæ, & C. de
a cond. ca. l. diſſolutæ, a & C. ad exhib. l. fi. Iac. de Are.

ADDITIO.

a Diſſolutæ. Vbi vide eundem Bal. & adde Pau. de Caſt. in conſ. 1.

1 *Ille qui non admittitur ad partem iure legati, tamen admittitur ad partem iure proprii dominii.*

1 §. Si Titio. †Ille qui non admittit̃ ad partẽ iure legati, tñ admittit̃ ad partem iure proprij dñij, & facit partem. h. d. No. ergo, ꝙ ad faciendum partem alteri non eſt neceſſe, ꝙ admittat̃ eodem iure, ſed ſufficit ſi diuerſo iure: qđ eſt no. Et eſt ar. imo caſus, ꝙ filia dotata, quæ admittat̃ ad dotẽ iure dotis: tñ ex forma ſtatuti excludit̃ a ſucceſſione. faciat partem filio in legitima: quia licet veniat diuerſo iure, tñ faciunt ſibi partẽ per iſtũ tex. & ẽt ſi iſta filia non hẽt niſi vnũ denarium in dote, tñ quantum ad faciendũ partem reputat̃ hẽre totam partem legitimæ, quia ius accreſcendi non põt diuidi, cũ non ſubeat locũ niſi in portione oĩno defecta; & facit J. eod. l. duobus. In tex. pars. non aũt totum. Dy. nam &c. ibi non admittat̃. ſ. iure legati, vbi faciet iure dñij. In gl. q. d. ibi, & no ꝙ iſtud notabile reſpicit regulam, quæ non admittit̃ ad partem, tñ qñque facit partẽ. In ea. gl. ibi, vt ecce. exemplum regulę. In ea. ibi, mihi, & non capaci. exẽplum exceptionis. ibi. ſi Titio, qa tenet legatũ, & fiſcus aufert ſm Pe. ibi, vt hic. quia rõne dñij hẽt retentionem: & ideo facit partem ſm Pe. In ea. ibi, ſi mihi pure. circa hoc an q admittitur ad partẽ, faciat partem, ſm Pe. ſic diſtingue. aut ille qui non admittit̃ ad partẽ, nõ admittit̃ ipſo iure, ſed in effectu non admittit̃; vt qa legat̃ mihi, & non capaci, & facit partem, vt J. de le. 2. l. ſi Titio rei. rõ, quia legatũ valet in effectu, cum fiſco debeat̃, vt ſ. de vulg. ſubſt. l. ex facto. §. ſi. de inoff teſta. l. Pa. §. meminiſſe, de iure fiſci. l. Lucius. ſam. erc. l. is qñr, §. 1. aut non admittit̃ ipſo iure, nec in effectu: & tunc refert, aut non admittitur iure actionis, vel obl̃ionis. põt tñ hẽre iura retentionis: & tunc aut illam retentionẽ põt facere iure vetuſtiori præcedente legatum; & facit partem, vt hic, & J. de ſtipul. ſeruo. l. proinde. §. ſi ſeruus. aut non prætendit ius vetuſtius: & tunc non facit partẽ, vt ſup. eo. l. plane. §. ſi duobus. aut non hẽt ius retentionis, tunc aut non admittit̃, ſed admitti ſeparatur, & facit partẽ in iure accreſcendi, ſed non in iure decreſcẽdi, vt no. in l. 2. ſi pars hær. pe. dixi ſup. eo. l. ſi fundũ. §. ſi pater. aut nõ ſperat̃ admitti: & tunc aut collegatarius venit de iure ſpãli. & facit rei partẽ, vt J. de ↄd. & dem. l. mulieri. & Titio, & ibi reddit̃ rõ, & J. de le. præſtan. l. 1. §. 1. aut collegatarius admittitur de iure cõi: & tunc ad totum admittitur propter ius accreſcendi vt ſup eo. l. ſi duobus. §. fi. & C. de cad. toll. §. in primo. rõ autem eſt, quia potentius eſt ius cõe quam ſpeciale, vt in auth. de non alie. §. qa vero veriſimile, & ſup. de teſtam. mil. l. eius militis. §. militia, ſecundum Pe. modico tamen addito.

1 *Electio, quæ trahit ſecum executionem tranſlationis dominii, mutari non poteſt.*

1 §. Si Stichum. Eligens variare non põt. h. d. † Vel ſic, electio q̃ trahit ſecũ executionẽ tranſlationis dñij, mutari non põt. h. d. In tex. mortuo. ſine dolo, & culpa. Iac. de Are. In gl. 1. imo, ibi, facta electione. ergo interim antequam fiat electio in legato alternatiuo, non tranſit dominium, & h. d. glo. ordinaria expreſſe de rei vend. l. ſi in rem agat aliquis. Ex quo patet, ꝙ libellus alternatiuus in rei vendi. non procedit, ſed procederet in actione perſonali ex teſtamento: nõ tamen reperitur dominium alternatiuum, licet reperiatur obligatio alternatiua, quod eſt no. In eadẽ. ibi, ſecus, niſi forte in eccleſia, in qua trãſfertur dominium ex ſtipulatione, ſicut ex legato, vt C. de ſacroſ. eccl. l. fi. Item gl. iſta loquitur in electione, ſed interpretatio nunquam poteſt mutari nec in contractibus, nec in vltima voluntate, ſicut nec mutatio poteſt probari, vt no. de ver. obl. l. quicquid aſtringendæ, & ibi eſt gl. ſingularis.

1 *Fugitiuus non dicitur a loco abeſſe in præiudicium tertii.*

2 *Partus dicitur eſſe in fuga, ex quo mater eſt in fuga.*

1 §. † Legatum. †Fugitiuus non dicitur a loco abeſſe in præiudicium tertij, & idem eſt iudicium de acceſſorio, quod de principali hoc dicit. No. ꝙ res quę fuit de aliquo loco, fingitur eſſe in loco iuris interpretatione facit ſ. de hær. inſti. l. ex facto. §. rerum. Et ea hoc no. arg. ꝙ ſi aliquis cum vxore ſua prægnante fugit ad ciuitatem iſtam, & aliquo caſu hic peperit, ꝙ partus non videatur eſſe ciuis huius ciuitatis quia contingit caſu. vnde iſte non reputatur locus originis. facit J. de fun. inſtru. l. Seia. §. prædia, ad finem, ſm Pe. & Cy. ad idem inf. de publi. l. Cęſar, & de pig. l. debitor. Item no. arg. quod ſi presbyter debet habere decimam, vel aliquis debet habere gabellam animalium naſcentium in aliqua villa; & propter guerram animalia inde fugerunt ad aliam villam. & ibi nata ſunt, quod debeat inſpici villa, vnde fugerunt, non ad quam fugerunt, arg. hu-
a ius §. quod no. ſecundum Dy. †Vltimo no. hic quod ex quo mater eſt in fuga, & partus dicitur eſſe in fuga, quia ventrem ſequitur. & facit ſup. loca. l. ſed & addes. §. ſi quis mulierem.

§. Si Titio. Teſtõr tradendo illud, cuius traditione in alternatiuo legato liberaretur hæres, nõ extinguit legatum. h. d. ſecundum Dyn. No quod ſi teſtõr primo legat alternatiue, poſtea donat vnam rem de alternatiuis, remanet legatum in altera re. & idem dico de patre, qui primo legat alternatiue pro dote, poſtea dat alteram rem in dotem, quia nõ vr ſe eiſſe in executione legati, nec liberaſſe hæredem. arg. huius § nõ ob. ſup ea. l. §. cum pater, & inf. tit. 1. l. Lucius. quia ibi pręciſe idẽ, hic non præciſe idem erat in legato, & datione, & ſic non obſ.

1 *Ius accreſcendi inter legatarios diuerſarum ſpecierum non habet locum. idem in legatariis diuerſarum quantitatum.*

1 §. Quibus ita. †Inter legatarios diuerſarum ſpecierũ non habet locum ius accreſcendi. h. d. Vel ſic, diuerſitas ſpecierum habet præciſe excludere ius coniũctionis. h. d. Bar. dicit idem in quantitatibus, quod in ſpecieb. diuerſ. vnde ſi teſtõr inſtituit filias ſuas, q̃libet in c. libris, non hẽt locum inter eas ius accreſcendi. qm̃ ſeparata. 1. diſtincta qualitas cuilibet aſſignatur, vt hic, & l. 1. in prin. & l. 2. in princ. de vſufru. accre. & remittit ad no. per eum in l. re coniuncti, de lega. 3. Bar. Et, ꝙ hic nulla ſit coniunctio, patet, quia natura coniunctionis verbalis eſt facere partes ab initio reales per concurſum: ſed hic non fiunt reales partes, nec ab initio, nec per concurſum. ergo hic nulla eſt coniunctio, & per conſequens ceſſat effectus coniunctionis circa ius accreſcendi, & non decreſcendi.

1 *Hæredes plures in eodem libello non poſſunt agere diuerſis agendi formis, ſed compelluntur per iudicem conſentire in eadem agendi forma.*

2 *Iudex non debet admittere varietatem in eodem libello.*

3 *Coniuncti plures in vna cauſa poſſunt in eodem libello agere.*

a §. Si is cui. †Plures hæredes in eodẽ libello non poſſunt agere diuerſis agendi formis, ſed compelluntur per iudicem conſentire in eadem agendi forma. h. d. ſed per diuerſos libellos bene admitterent̃ diuerſæ agẽdi formæ, ſm gl. iſte §. eſt ſingularis. no. tex. ꝙ iudex cogit diſcordantes ad concor-
2 diam. †Item no. ꝙ iudex non dẽt admittere varietatẽ in eodẽ li-
3 bello. †Item no. ꝙ plures in eadẽ cauſa coniuncti poſſunt in eodem libello ſimul agere. & adde hic ꝙ no. in l. fi. in prin. cõia de leg. rõ iſtius §. eſt euidens, quia nõ põt dici idem libellus. ex quo reſultant diuerſæ ↄcludendi formæ, & ideo tanq̃ ex eadem inſtãtia procedi non poteſt. vnde qui volũt eſſe diuerſi, debent agere ſeorſum diuerſis inſtantijs: alias repellunt̃. niſi cõcordent vt hic.

LEX LXXXVII.

Duobus. Perceptio æſtimationis ſuccedit loco rei, & impedit ius accreſcendi. h. d. vñ p iſtã l. dico ꝙ filia renunciat hæreditati, quia ſe vocat dote ↄtentam, vel quia al. qđ aliud percepit, ꝙ legitima ſua alteri non accreſcit, qa non eſt mera repudiatio, ſed quędã ſatisfactio, vt hic p hãc legẽ, tene mẽti.

LEX LXXXVIII.

1 *Res mea alii obligata, poteſt mihi ab extraneo legari, & venit luitio in legato.*

Si tibi homo. Iſte caſus non reperit̃ alibi. Dy. res mea alij obligata põt mihi ab extraneo legari, & venit luitio in legato. h. d. In tex. ab alio. ſubaudi non a creditore, & ita tollitur cõtrarium. Et vt tollatur omnino, ſic diſtingue. aut res obligata legatur debitori a creditore, aut ab extraneo. Si a creditore, aut conſtat, ꝙ habuit animum remittendi debitum, & tunc reſtituitur res, & tollitur debiti obligatio. aut cõſtat ꝙ noluit debitum remittere, & tunc tenetur hæres reddere rem ante ſolutionẽ debiti. aut dubitatur, & in dubio pręſumitur tantum ius pignoris remiſiſſe, & non ius debiti, vt l. 1. §. 1. de lib. leg. quia ad remiſſionẽ pignorum, quod eſt acceſſorium, non ſequitur remiſſio debiti, quod eſt principale. ſecus ĩ chirographo legato, vt l. ſeruum filij. § cum qui. quia chirographum continet, & repræſentat ipſum principale debitum. ſi vero ab extraneo legatur res obligata, tunc hæres tenetur luere, vt hic Dy.

§. Si teſtamento. Perſona ſpecialiter grauata per legatum ab omnib. gñaliter factũ, non intelligit̃ liberari: tamen legatarius debet eſſe vna ſolutione contentus. h. d. Vel ſic, qui conſecutus eſt totum a grauato ſingulariter, nihil debet cõſequi a grauatis vniuerſaliter. h. d. ſm Bart. No. in iſto § ꝙ non intelligit̃ per generalitatẽ a ſpecialitate receđi, nec etiam derogat hæc ſpẽs generi, quia generalis diſpoſitio fuit poſterior, & in alia voluntate. & argu. iſtius tex. dico, quod ſi pro aliquo debito eccleſiæ ſoluendo dñs Papa imponit collectã vni cõitati, deinde gñaliter toti prouinciæ, ꝙ eſt in poteſtate creditoris, vtrum ſpeciali an generali impoſitione vtatur, quia neutra derogat alteri, quod eſt no. per iſtum §. In tex. Stichus. non

hære-

hæreditarius, ſed hſdis, vel tertij. nã ſi eſſet hſditarius grauatus, nõ tenet ex teſtõ niſi pro hſditaria portione, vt ſup. eo. l. ſi fundũ ſub ꝯdõne, §. ſi libertus, ſm Iac. de Rau. Dy. & Pet. Sed Iaco. de Are. male intellexit hũc tex. in d. §. ſi libertus, ſm Bar. In tex. æſtimationem. ſ. Stichi legati. Dy ꝙ iene menti. In gl. ſecus. ibi, ſpecialiter, vel dic, ꝙ nõ eſt curandum ſpecialiter, vel vniuerſaliter. Sed an dixerit teſtator, ꝙ quilibet inſolidum; & tunc loquitur l. contraria: an ſimpliciter; & tunc loquitur hic ſecundum Bar.

1 *Legatum repudiatum fingitur non relictum. acceptum vero ex die aditæ hæreditatis dicitur factum legatarij, cum fructibus, & acceſſionibus.*

1 §. Cum ſeruus. †Legatum repudiatum fingit̃ non relictũ. acceptatũ vero ex die aditæ hæreditatis dr̃ factum legatarij cũ fructibus, & acceſſionib. h. d. In tex. ſtatus. i. dominium Dy. In tex. nunquam, vt ſup. ſi cer. pet. l. proinde. & vide, ꝙ no. ſup de act. empt. l. ſi quis alienam. In tex. intelligit̃. pleno iure, quo ad rem legatã, & omnia, quæ poſt aditã hſditatem accedunt rei. No. hic, ꝙ dominium tranſit in legatariũ ab adita hæreditate. imò vr̃, ꝙ a morte, vt ĩ de fur. l. a Titio. Sol. illud eſt quantũ ad fictionẽ, ſed hic loquit̃ quantum ad veritatem. vere. n. non acquirit̃ dñium niſi adita hſditate, quia cum ad ꝯfirmationem legati requirat̃ aditio hæreditatis, anteꝗ̃ legatũ ſit ꝯfirmatũ, non põt fieri vera eius executio per tranſlationẽ dñij: ſed ex quo hſditas adit̃. ſicut hæres retrofingitur adijſſe a die mortis teſtõris, vt l. ſi ex re §. fi. de ſtipu ſer. ex cõſequenti ſeu ſubalterna fictione fingitur legatarius fuiſſe dominus ſm Petr. Quid ergo de fructibus ante aditam hęreditatem prouẽtis? tex. nr̃ vr̃ conſiderare tempus hæreditatis aditæ. & Pet. dicit, ꝙ iſta fictio non eſt inuenta ad commodum legatarij, ſed ex neceſſitate iuris: vnde ſentit, ꝙ fructus ante aditam hæreditatẽ prouenti nõ pertineant ad legatariũ. Bar. dicit, qđ pertinent non iure dñij, qđ poſſint vendicari, ſed tamen tenetur hæres reſtituere legatario. ſed quidam contra, vt l. ſeruo legato, in princ. ſup. eo. & hic, ſup. eo. l. grege, & l. ſi quis bonorum. adde, quod no. ĩ. de cond. inſt. l. ſi quis ita hæres. & quod no. l. ſi fundum, §. ſi Titius, & facit ſup. ad l. Aquil. l. huic ſcripturæ, §. ſi ſeruus. In gl. no. ibi, ſed primæ, ꝗ dicunt ab adita hæreditate. In gl. ſup. ibi, iſtæ aliæ. quæ loquuntur a morte, no. tamen, quod ante aditam hæreditatem, licet legatarius habeat fictum dominium, tamen non propterea poteſt agere, quia ad agendum requiritur quod hæreditas ſit adita, vt C. de fideicomm. l. eam quam, & no. ſup. de hære. inſt. l. qui filio, §. huius. & facit ſup. quemadm. ſeru. amit. l. ſi partem, §. 1.

§. Si fundus. Si fundus vnius hæredis legatur ab omnibus hæredibus, quilibet pro hæreditaria parte tenetur. h. d. Et ex hoc apparet, dicit Dyn. quod rei hæredis non transfertur dominium, quia tunc conueniretur vt ſolus poſſeſſor, ſicut in reali, vt ĩ. ad leg. Fal. l. qui fundum, §. ſi tu ex parte, ſecundum Dyn. Circa iſtum §. diſtingue. aut teſtator grauat omnes, aut vnum, & omnes aut grauat vnum tantum. primo caſu loquitur hic, ſecundo caſu loquitur ſup. ead. l. §. ſi teſtamento. tertio caſu loquit̃ ſup. eo. l. ſi fundum, §. ſi libertus, cum ſua glo.

§. Valet. Superficiarius põt legare proprietario ius ſuum. h. d. In tex. hac ſeruitute. innuit, quod emphyteuſis, & ius ſuperficiei ſit quædam ſeruitus: non tamen eſt proprie ſeruitus, ſed vtile dominium ſecundum Dyn. In tex. ibi, ſucriſacit. per modum extinctionis, quia extinguitur vtile dominium, & remanet directum plenum, quod erat nudum. nam & vtile, & directum ſub ſuis nominibus non cadunt in eadem perſona, ſed extinguitur vtile, & remanet directum, vt hic aperte dicitur, & apertius inf. ad Treb. l. ſi hæres, in princ.

L E X LXXXIX.

1 *Hæreditatis repudians partem, ſuus, extraneus, vel emancipatus, non prohibetur petere legatum, niſi teſtator expreſſerit contra.*

1 Filio pater. Repudiãs † hſditatis partẽ ſuus, extraneus, vel emãcipatus nõ ꝓhibet̃ petere legatum, niſi teſtõr expreſſerit ꝯ, vel niſi teſtõr prælegauerit per modũ diuiſionis hſditatis, quia tunc repudiata hſditate ius diuiſionis infringitur. h. d. vſq. ad l. quæſitum. In tex. duriſſima & ideo non vera. In tex. non n. no ꝙ ille qui renunciat, non dr̃ impugnare. In

2 tex. hoc amplius. a iſta eſt dictio repetitiua: tamen nõ ſemper habet inſeparabiliter copulare. In tex. nõ aſſimilis. i. poteſt acceptare prælegatum, & repudiare hſditatẽ, vt ſ. In tex. plane ſ. dicit de legato, ꝙ venit principaliter ꝓ ſe: hic de eo, ꝙ ſurrogatur loco hſditariæ portionis: & ideo repudiata hſditate repudiat hoc ꝓlegatũ ſm Dy. & And. de Piſ. & iſta eſt veritas. no. arg. iſtarũ ll. an filius poſſit emphyteuſim acceptare ex ꝯtẽtu paterno, & hſditatẽ repudiare. nã aut ꝯſtat de mẽte pacíſcẽtiũ; & ſtat̃ menti: aut non conſtat, & tunc cũ iſta emphyteuſis vadat ad filiũ iure cuiuſdam mortis cã capionis, & ſic titulo ſingulari, poteſt filius renũciare titulo vniuerſalis ſucceſſionis, & agnoſcere hanc mortis cã capionẽ, vt hic, & ſ. eo. l. qui filiabus, §. fi. cum l. ſeq. Secundo no. in l. nam nec emancipatus, ꝙ ꝗtum attinet ad bñficiũ prætoris ſuus æquiparat̃ emãcipato, & ideo inter mortẽ, & obligatoriã aditio nẽ eſt reperire mediũ in ſuo hſde ſm Dy. ſed ad meros fauores ſui hæredis nõ eſt reperire mediũ, vt ĩ. eo. l. quæſitũ, §. pñti, in fi.

§. Item ex hoc tex. apparet, ꝙ ſuus hæres in dubio non præſumitur ſe immiſcuiſſe, niſi creditores probẽt de immixtione: & hoc firmat hic Dy. tamen non allegat gl. quam habuiſtis in l. ſi eum dotem. §. tranſgrediamur. ſup ſol mat.

A D D I T I O.

a Amplius. Vide Fran. Are. & d. Iaſ. May. in l. legata, eo. tit.

L E X XCIII.

Quæſitum. Filius inſtitutus poteſt grauari filio ſuo in aui poteſtate cõſtituto. hoc dicit. In tex. habebat. ſ. in aui poteſtate. Dy. In tex. filio. eius nepoti quo ad auũ. In tex. conſequens. nam hic legando nepoti, videtur legare auo cum acquiratur auo.

1 *Domino relinquente ſeruo ſuo legata, & libertatem, an valeat legatum.*

§. Pręſenti. Legatum, cuius dies cedit ſimul cum libertate, valet: ſecus ſi prius cedit dies legati, ꝗ̃ libertatis: quia tunc non valet legatum relictum a domino. h. d. In tex. præſenti. i. pure. & loquitur totus iſte §. in teſtamento facto per dominum. In tex. exiſtere conditio. ſubaudi, & vere e-

1 xtitat. Dy. † No quod quando dominus relinquit ſeruo ſuo libertatem & legatum, l. noſtra ſic diſtinguit, aut vtrumque eſt relictum pure, & valet legatum, quia dies eius cedit ſimul cum libertate: & ideo acquiritur ipſi legatario. aut relinquitur libertas pure, legatum ſub conditione: & adhuc valet legatum, quia dies non poteſt vtiliter cedere, vt hoc §. in princ. aut econtra relinquitur libertas ſub conditione, legatum pure: & tunc refert, aut eſt talis conditio, quæ extitit viuo teſtatore, & valet legatũ. aut mortuo teſtatore; & tũc aut erat hæres inſtitutus extraneus, aut ſuus abſque extraneo cohærede. ſi quidem extraneus, aut cond. libertatis fuit ſic concepta ꝙ ante aditam hæreditatem potuit impleri, & impleta eſt, & valet legatum, vt in verſi. nam ſi ea. aut eſt ſic concepta, ꝙ non potuit ante aditam hæreditatem impleri: & non valet legatum, quia dies eius inutiliter ceſſit ſeruo. ſ. exiſtente in dominio grauan. vt in ver homini. Si vero loquimur in ſuo, non cadit diſtinctio tpis ante aditam hæreditatem, & poſt, quia ſuo continuatur dñium, & inter mortem, & dominium, ſeu aditionem nullum eſt medium in ſuo hęrede ſolo inſtituto, vt in ver. neceſſario autem. & ita intelligit Dyn. illũ ver. in ſuo & neceſſario, vel neceſſario tñ. & facit ſup. de libe. & poſth. l. in ſuis, & ſ. eo. l. ſi poſt mortem. ĩ. de cond & dem. l. Iul. ſecundum Dyn. litera tñ non vr̃ expreſſam mentionem facere de ſuo, ſed de neceſſario. nam in ſuo magna eſt qõ vtrum ſit reperire medium ſm Cy. & facit ſ. ſi cer. pet. l. eius qui in prouincia. §. fi. cõcluſio iſtius §. eſt hæc, ꝙ dies legati relicti ſeruo a dño, non poteſt vtiliter cedere tpe ſeruitutis, ſed debet cedere tempore libertatis: & ita eſt concluſio totius diſtinctionis & §.

§. Duobus. Legatum factum ſeruo legato, vel prælegato, debetur eidem manumiſſo. hoc dicit. In tex. conſtitiſſe. ab origine. In tex. non adijſſet ſed repudiaſſet. In text. ab altero hærede, qui adijſſet, vt ſupra eodem. l. & quidem totum.

§. Seruo. Legatum ambulat cum perſona legatarij. h. d. & facit ĩ. de preca. l. ſi adoptauero.

§. Si quis Stichum. Ibi, deinde. idem ſi ante legauerit, poſtea alienauerit, vt ſ. in §. ſeruo. In tex. ibi, vel manumiſſo. hic reſpondet.

1 *Illud quod acquiritur ſeruo legato viuo teſtatore, non pertinet ad legatarium, ſed ad hæredem teſtatoris.*

1 §. Si ſeruus mihi. †Illud ꝙ acquirit̃ ſeruo legato viuo teſtatore, non pertinet ad legatariũ, ſed ad hæredẽ teſtõris. h. d. Vel ſic, acceſſorium non põt per prius quæri quam principale h. d. No. ẽt in iſto §. ꝙ bona viuentis dñr hæreditas eo ꝙ quantum ad ſpem ſunt futura hæreditas. Et ſic no. ꝙ nomen deſtinatum poſt mortẽ imponit̃ ante mortem, dicit gl. multum notabiliter. & per h. d. Bar. ꝙ ſi in inſtrũ dicatur ſic, talis donauit tali inter viuos hæreditatẽ ſuam, ꝙ intelligitur. i. bona ſua, vt hoc nomẽ, hæreditas, ponatur pro bonis viuentis ſm Bar. Ex hoc ẽt dico, ꝙ filius viuo patre ſæpe appellatur hæres, maxime in inſtrũs paternis, quia nomen deſtinatum poſt mortem imponit̃ ante mortẽ, vt dicit iſta gl. & gl. decreti dicit, ꝙ filius Regis primo genitus, dr̃ Rex viuo patre.

1 *Acceſſiones rei legatæ a die litis conteſtatæ veniunt in iudicio iudicis officio.*

1 §. Cum homo. †Acceſſiones rei legatæ ex die litis conte. veniunt in iudicio iudicis officio. h. d. In tex. interim. i. lite pendente. Dyn. Not. hic conſiderari tempus li. conte. gl. dicit, ꝙ imo tempus moræ: ſed tu dic ꝙ tempus litis conteſ. conſideratur quo ad litis præſentis condemnationem officio iudicis faciendam in his, ꝗ poſt litis conteſtationẽ contingunt. ſ. de ædil. edic. l. ædiles. §. item ſciendum. non aũt quo ad petitionem anterioris tpis excludendam, vt ſ. eo. l. ſi ubi homo. §. cũ ſeruus. An. de Pi. adde dicit Ia. de Are. ꝙ aut legatur res teſtatoris, aut aliena. primo caſu aut loquitur de fructib. poſt aditã hſditatẽ, & veniunt, vt §. cũ ſeruus. aut ante aditã hſditatẽ, & nõ veniunt, vt C. de vſu. & fru. le. l. fi. de le. 2. l. ſi qs ſer

uo,& l. ꝙ ſeruus.niſi hẽs in fraudẽ diſtulerit hẽditatem adire,vt l.ſi vſuſfructus legatus ſ.de vſufru.ſi aũt legatur res aliena.non veniunt acceſſiones niſi a tempore moræ;& ita intelligitur hęc gl.ſecundum Iac.de Are.& adde l.ſi mora.ſup.ſol.mat.& quod ibi no.p Ia. Sed quare in fideicõmiſſo vniuerſali non inſpicitur tps aditæ hæreditatis, ſicut in ſingulari legato,vt inſ.ad Treb.l. mulier.§.alia cauſa eſt reſpond quia ibi non tranſit dominium recta via,ſed demum per reſtitutionem ex Trebelliano.

LEX XCIIII.

1 *Præſentia,& conſenſus fideicommiſſarij,conſentientis neceſſariæ alienationi non præiudicat ſibi in petitione precij, & qui tenetur ad precium,præſtando rem liberatur.*

2 *Aeſtimationem rei ex fructuum quantitate metimur.*

3 *Res legata propter debitum teſtatoris poteſt vendi per hæredem conſentiente legatario.*

4 *Conſentiens alienationi ſimpliciter,videtur iuri ſuo renunciare.*

5 *Precium in actione ſingulari non ſuccedit loco rei.*

6 *Alienatio rei legatæ fieri poteſt propter neceſſitatem etiam legatario contradicente.*

7 *Res ſubiecta reſtitutioni,propter æs alienum poteſt diſtrahi iure creditoris.*

1 Si fundum. † Præſentia & conſenſus fideicõmiſſarij ꝯſentientis neceſſariæ alienationi nõ p̃iudicat ſibi in petitione p̃cij, & qui tenẽt ad rei preciũ præſtando rẽ liberat.h.d ſm verũ intelſm. In tex.ibi,pp ęs alienũ.quod poterat aliunde ſolui: alias nullum eſſet fideicommiſſum,vt J.eo. l.filius.§ diui, & J.tit.1.l.pater.in prin.Dy.In tex.no.determinan
2 do,non corrigendo.Dy.† No.primo ꝙ rei æſtimationem ex fructuum quantitate metimur.Secundo no.ꝙ pœnitentia & conſenſus circa venditionem rei relictæ præiudicat conſentienti in petitione rei,non in petitione precij. Tertio no. quod qui tenẽt ad precium propter rem,liberatur ſoluendo rem; quod eſt not.
3 ſm Dy.† Quarto no. ꝙ res legata pp debitum teſtatoris poteſt vendi per hæredem ꝯſentiente legatario. Circa primũ no.gl.inducit duas concordantias,de quo plene dic,vt no.in l.2.C.de reſcin.ven.
4 † Circa ſm no.gl.op.& vr̃ ꝙ ille,qui ꝯſentit ſimpl̃r,videat̃ renunciare iuri ſuo,nec habeat ius petendi preciũ.vnde vr̃ ob.l.codicillis.§.1.J.de leg.2.ſol.dicit glo. hoc ſm illam.q.d.hæc l.dẽt intelligi qñ conſentit ſaluo iure ſuo, & tunc nihil obſt.ſm Dy.& Ol.I. Intellige ꝙ dixi, ſaluo iure ſuo,quo ad preciũ,non quo ad rem,quia tunc iſte conſenſus nihil operaretur pp incluſam ꝯrietatem nã actus ꝯrius incluſus vitiat. vt l.ſicut § nõ vr̃, quib.mod.pig.vel hypo.ſol. Sed iſta gl.& Dyn continet diuinationem:& ideo aliter eſt diſtinguendum ſm Pe.qui diſtinguit ſolutione ꝯriorum. aut eſt certum ꝙ ꝯſentit eo aĩo,ꝙ precium non habeat. aut eſt certum ꝙ conſenſit eo aĩo,vt habeat preciũ & his duob.caſib. ... eſt vt ſup.de pig.l.ſi fundus.§ i.& d.l codicillis.§.1 & hoc ſm vnum intellectum.aut eſt dubiũ,& tunc recurrendum eſt ad ꝯiecturas. nam ſi tractatur de vendendo pp ęs alienũ ſoluendũ:& tunc preciũ debet:& ſic põt intelligi l.iſta. aut non eſt talis coniectura,quia nun imminebat debitum:& tunc conſentiendo ſimpl̃r legatarius tam in re q̃ in precio ſibi p̃iudicaret,vt J.eo.l.nihil.§.i.& C.de rei vend.l.morte.§. pe.addit Iaco.de Ra.ꝙ l.codicillis.§.1.habet locũ,qñ quis ꝯſentit alienationi rei q̃ non poſſidet, vt conſentiendo ſimpl̃r videatur preciũ remittere; ſecus, ſi rem ſuam quis poſſidet,& alius vendat.ꝯſentiendo n.tunc nõ vr̃ remittere in dubio,qa nemo in du
a bio præſumit donare,vt l.cũ de indebito,de prob.ſm Ia.de Ra. Et eſt iſta rõ,qa vbi nõ poſſidet, vr̃ eũ tacite liberare ab oblõne,qua ſibi tenet.ſed vbi poſſidet,nõ vr̃ donare p̃ciũ ſm eũ. Ego indiſtincte credo ꝙ nõ præſumat̃ donatio,arg.s.man.l.idẽq;.§. ſi cui.niſi ex coniunctione perſonarũ & rei modicitate aliud p̃ſumatur,vt ſup.de don inter vir.& va o.l.ſeruus cõis.de proba.l.
5 Polla.& quod no.in l.quæ dotis,ſol.mat.† Extra opp.ꝙ precium non poſſit peti, qa in actione ſingulari preciũ nõ ſuccedit loco rei,licet ſecus ſit in vlĩ; vt ſ.de pe.hęre.l.rẽ & precium,& plene no.in l.mr̃.ſup.de rei vend.Sol. hic eſt ſpãle,quia res deſinit eſſe in oblõne;& ideo ſuccedit hic precium conuentũ loco rei.facit qđ n.2 J. de verbo.ſig.l.Labeo,& Sabinus.vnde iſtud nõ cõtingit ic ex nã oblõnis ſpeciei , ſed contingit ex accidenti ex qua-
6 dam æquitate pp conſenſum;& ſic non ob. † Item opp.& vr̃ ꝙ pp neceſſitatem poſſit fieri alienatio rei legatæ ẽt legatario ꝯdicente,vt J de fideic.lib.l.cum fideic.C.de bi.vend.pig.impe.non poſſ l.1.& 2.Sol. concedo ꝙ per creditorem iure creditoris poſſit fieri venditio non obſtante fideicommiſſo;& ita loquuntur ꝯria,ſed per ipſum hæredem non. Creditor.n.poteſt eligere,ſed hæres non põt eligere in præiudicium fideicommiſſarij , quam rem vẽdat.ad quod ſup de diſtr.pig.l.creditoris arbitrio.& iſtud
7 eſt no.† res ergo ſubiecta reſtitutioni pp æs alienum põt diſtrahi iure creditoris, & preiudicat̃ fideicommiſſario quo ad rem, ſed preciũ debetur in ſubſidium.ad hoc J.tit.1.l.qui ſolidũ.§.1. & facit quod legitur.& no.in l.j.ſ.de diſtra.pig. In gl.immo.ibi, codicillis.§.i. ibi erat prohibita alienatio per teſtãtorem.vnde voluntas teſtatoris nõ apeatur ad petitionẽ p̃cij,cũ prohibuerit vendi.In ea.gl.in p̃ſtia. imo non ſolum hic fuit p̃ns,ſed cõſentiens

& facit ꝙ no.in l.2. C.de reb.alie.non alie.In ea.ibi, qualibet earum.& plenius in l.2.§.voluntate, ſup.ſol.mat.per Iac.de Are.in glo.ibi,loco rei.adde hic,quod no.ſ.de iure do.l.Proculus.Extra dicebat Bar.vnum verbum valde notabile,ꝙ illud quod non fit nomine meo. ego poſſum ratificare, vt agam actione negociorum geſtorum ꝯria . non directa. ſi.n.ratificandum vtiliter geſſi negotium principalis contrahentis, ipſe tenetur mihi tanquam negociorum geſtori ꝯria actione negociorum geſtorum. nõ.n. agam directa tanquam dñs negociorum , cum non ſit meo nomine geſtum, niſi habuerim ratum in ſubſidium re perempta, vel præſcripta, quia tunc ipſa neceſſitas.i.vetus dominium facit negotium ipſa re meum, cum ratifico, & ſic intelligitur l.mater,C.de rei vend.ſecundum ſuam materiam, ſecundum Bar.

ADDITIO.

a Donare. Vide Fel.in c.ſi cautio,de fide inſtru.& quod ibidem ad eum dixi in apoſt & limita.vt per Firmanum in ſuo aureo Repertorio, ver.donatio præſumitur,verſ.2.

LEX XCV.

Si Titio. Si modus adiectus legato deficiat per factũ alienum,vel per caſum fortuitum, nihilominus valet legatum.h.d. Secus,ſi deficiat cauſa finalis,qua ceſſante non erat legaturus,quia tunc deficit legatum, vt inf.de condi. & demonſt.l. Titio centum,§.fi.& ibi plene no.per Dy. vnde modus in dubio præſumitur cauſa impulſiua , non finalis.ita dicit hic Cy.quod eſt notandum.

§.Nam & ſi. Qui non p̃t implere modum conſequit̃ legatum abſq.modi inſpectione.h.dicit. Not.ꝙ iſte §.habet locum, qñ modus aſcribit̃ legatario: ſecus,ſi aſcribatur mero executori,quia tunc ceſſante modo ceſſat executio,vt J.tit.1.l.ſi quis quos & de cond.& demon.l.ſi quis eũ.& facit ad illum §.1.de leg.2.l. Lucius,§.ſi quis.quod tene menti.

1 *Pater poteſt filio pupillariter codicillari ex teſtamento, & ab inteſtato, & expirant codicilli filij pubertate.*

2 *Subſtitutio fideicommiſſaria,quæ non eſt facta impuberi,ſed legitimis hæredibus impuberis,expirat pubertate. ratio eſt, quia ante pubertatem poteſt teſtari pater impuberi,ſed non poſtea.*

1 §.Sicuti. † P̃r põt filio pupillariter codicillari ex teſtõ, & ab inteſtato, & expirant codicilli filij pubertate. h.d.& non eſt alibi. No.ꝙ ſicut quis grauare poteſt legitimos hæredes ſuos,ita p̃t grauare legitimos hæredes filij ſui impuberis.
2 Secundo no.quod fideicommiſſaria ſubſtõ,quæ nõ eſt facta impuberi,ſed legitimis hæredibus impuberis,expirat pubertate & ratio. quia ante pubertatem poteſt teſtari pater impuberi, ſed non poſtea. Per hanc ergo l.declaratur l.precib.quæ dicit quod fideicommiſſaria ſubſtõ durat poſt pubertatem,quoniam illud eſt verum.quando impubes grauatur.Secus, quando p̃r nõ grauat impuberem.ſed prouidendo impuberi grauat venientes ab inteſtato ei impuberi. nam nec teſtm, nec codicillus quod facit p̃r impuberi,durant vltra pubertatem; & ita intelligitur hic. l.ẽ no.in l.quod fideicommiſſum,arg.quod ſubſtõ. de qua tractat̃, inf.ad Treb.l. Scæuola. ſ.quando verba directa ſubſtõnis pupillaris propter naturam codicillorum obliquantur , quod talis ſubſtitutio non habeat locum poſt tempus pubertatis ſecundũ Dy. Cy.& Ray.& vide Cy.in l precibus.in vltima quæſtio.quæ deciditur per hanc l.In gloſ.inſtituti.ibi,vel dic quod iſta eſt vera ſecundum Pet & no.quod ſicut pater poteſt filio impuberi teſtari.ita & codicillari;quod non inuenies alibi.

LEX XCVII.

Plane ſi filium. A legitimo exhæredati non poteſt fideicommiſſum relinqui , niſi iſte legitimus ſit honoratus in teſtamento paterno.h.d.quod eſt no.

1 *Precium habens, videtur habere rem, & in ſubſidium obligatio perſonalis ſequitur bona.*

1 §.Qui rogatus. † Qui hẽt precium vr̃ hr̃e rem, & in ſubſidium obligatio perſonalis ſequitur bona.h.d. In tex.cogendus. per actionem perſonalem ex teſtamento. In text.habeat.quo reſtituet,cum hẽditatem non habeat? Rñdeo loco hæreditatis reſtituet preciũ,& intereſſe,vt l.ſi rem & preciũ,de peti hæt. In tex.ex cauſa. ſ.demũ nõ eſt grauatus.arg.ꝯ ſ.de iure do.l.mulier,§.ex aſſe. Sol.ibi eſt diuerſa perſona reſpectu fideicõmiſſarij,hic reſpectu grauati. Opponit Petr. ꝙ in ſubſidiũ emptor non conueniat̃,niſi participauerit fraudẽ, vt C.ſi rem pig.aga.l.1.rñdeo,ibi ideo,quia factum creditoris reputatur factum debitoris dolo ceſſante,vt l.de acceſſionibus,de diuer.& temp.præſcr.hic aũt factum eius non reputatur alterius ſm Pet.alij intelligunt,quod hic emptor participauit fraudem , quia dñt, ꝙ qñ quis prætendit cauſam lucratiuam , tunc eſt verum,ꝙ conuenitur in ſubſidiũ ex facto alterius,vt l.ſi.de eo per quem fac.erit.quando prætendit cauſam oneroſam,tunc non ꝯuenitur niſi participata fraude. Sed tu dic, ꝙ hic eſt ſpeciale, ne pereat fideic.facto grauati,& tertij,quia hic agitur in ſubſidium etiam non participata fraude fauore vltimæ voluntatis.

§.Si cui. Legatarius,cui ẽ legatũ alternatiue, & grauatus in altero de alternatis, tenetur ad illud, quicquid eligat.

eligat.h.d. In tex.eius.ſ.legatarij. In tex.cogitur.ſecus ſi electio eſſet hæredis, quia hærede eligente Damam, non compelleretur legatarius ad æſtimationem Stichi præſtandam, arg.inf.tit.l. l.ſi Titio,§.1.& C.eo.l.ſi ſic,§.fi.Pet.

§.Qui teſtamento. Honoratus libertate, onere pecuniario grauari non poteſt, nec debent imponi operæ.h.d.& vide, quod no. C.de ope. lib.l.Titius. Vel ſic, Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. h.d. Et quomodo hoc dicitur, hic certe clarum eſt, quia libertas continet quid ineſtimabile,& infinitum. vnde nihil æſtimabile poteſt ſibi comparari. In tex.is enim.no.regulam, quæ alibi ita bene non reperitur.

LEX XCIX.

1 *Pecunia conſumpta, de qua voluit teſtator legatum præſtari, non extinguitur legatum quantitatis in genere relicta.*

2 *Deſignatio ſpeciei facta in inſtitutione ſpeciei, poſt legatum quantitatis in genere non mutat naturam legati præcedentis, ſed ſolum oſtendit, vnde ſolutio fiat.*

3 *Solutio ſi non poteſt fieri, vnde demonſtratum eſt, debet fieri ex aliis bonis.*

1 Quidam. †Conſumpta pecunia, de qua voluit teſtõr legatum præſtari, non extinguit legatum quantitatis in genere relictæ.h.d. Vel ſic ſm Cy.falſa deſignatio nõ vitiat legatum. h.d. In tex.dari volo. & ideo ab initio reliquit vt quantitatem, non vt ſpeciem;& ſic non ob.Ĵ eo.l.ſi ſeruus legatus,§ qui quinque,ſm Dy. nam ibi demonſtratio ſpeciei fuit facta in eadem oratione,& conceptione verborum, hic in alia oratione. poſt perfectum.n.legatum quantitatis teſtõr demonſtrauit, vnde fieret ſolutio quæ demonſtratio non facit, vt hæres per interitum ſpeciei liberetur. Ibi.tranſlatæ eſſent.per ꝙ videbatur

2 legatum remiſſum. Ibi,ꝙ.ſ.fideicõmiſſum. Dy.† No.in inſtõne ſpeciei, ꝙ deſignatio ſpẽi facta poſt legatum quantitatis in genere non mutat naturam legati præcedentis: ſed ſolum oſtendit,

3 vnde ſolutio fiat.† Secundo no. ꝙ ſi ſolutio non põt fieri, vnde demonſtratũ eſt, dẽt fieri ex aliis bonis.& adde hic quod no.Cy. C.de dona.l.ſi quis argentum. Mod.no.inf.de verb.oblig.l.inter ſtipulantem,§.ſacram & Ĵ de vi.le.l.cum certum,& ea.l.ex eo.

§.Quoties. Bona confiſcata tranſeunt ad fiſcum cum onere debitorum. & legatorum.hoc dicit. Et adde, quod habes hic inf.de iure fiſc.l.Statius Florus,& facit inf.ad Treb.l.recuſare,§.ſi fiſco.

§.Si tibi Obligatio quantitatis cõmenſuratæ ſpeciei, tollitur interitu ſpeciei. hoc dicit. facit de noxa.l.ſi ad libertatem,§.ſi quis, de ſo.l.ſi quis ſtipulatus, §.decem in mel le.ibi, deceſſerit ſine culpa legatarij, argu.inf.ti.2.l.legatarius, in princ.Pe No.quod ſi perit res legata, perit fideicommiſſum precium illius rei. allegatur etiam, quod quando quantitas eſt in obligatione reſpectu ſpeciei, liberatur quis interitu ſpeciei.facit ſup.eo.l.Titiæ textores,§.fina.& C.de iure emphy.l.1.& Inſti.de contrah.emp.§.2.

1 *Hæredes non tenentur conſignare legata executori, antequam venerit tempus fiendæ executionis.*

2 *Electio cum datur hæredi vtrum caueat, vel ſoluat, hæres poteſt præuenire commiſſarios in ſoluendo.*

3 *Teſtator poteſt facere executorem vnum ex hæredibus.*

1 §.Si ſcriptus. †Hæredes non tenentur conſignare legata executori anteꝗ venerit tp̃s fiendæ executionis h.d. In tex condõ.ſ.legis Ex iſto tex no. quod executori non incipit tp̃s anteꝗ venerit tp̃s ſoluendi legati, & ſic in legatis condõnalib.& in diem, non incipit labi tempus ante condõnem, vel diem, quia ante non poſſunt exequi de iure, vt hic patet. Ibi, interim.ſ.pendente condõne. Ibi, ei.no.cauendum exe

2 cutori. Ibi, aut his.per hunc tex dicit†Iac.de Are.cum datur electio, vtrum caueat, vel ſoluat, ꝙ hæres põt præuenire commiſſarios in ſoluendo.pro hoc Ĵ.de bo.lib.l.ſi libertus ſub cõditione. & hoc eſt verum in legatis certis, quãdo eſt certum quid & cui, ſed in incertis non poteſt hæres præuenire commiſſarios in ſoluendo anteꝗ commiſſarij declarent, vt eligant ſm formam teſtamenti, ſed poſt declarationem bene põt ſoluere perſonis declaratis. Secundum probatur hic, primum vero probatur inf eod.l. filiusfa.§.diui, el t in ratione iui. No.hic ꝙ commiſſarius poteſt agere ꝯ hæredes.dicit Iaco.de Are.illud eſt verum ad ſuas cauſas, vt l.ſi quis ad declinandam,& l.nulli, C.de Epiſc.& Cler. Sed in alijs legatis eſt ſubdiſtinguendum, aut teſtõr eligit commiſſarium in depoſitarium;& non poteſt agere, vt ſibi deponatur, vt Ĵ.ad Treb.l.Lucius, §.1.aut eligit eum cum poteſtate percipiendi;& tunc poteſt agere, quia acquiritur ſibi dominium: aut non dixit eum percipere, ſed requirit eum ſimpliciter executorem, tunc talis executor non põt agere, quia non habet ius in legato: ſed ſolum pertinet ad eum nudum miniſterium,& ita debet cõ

3 cludi in iſto artic.†Vlt.no hic, quod teſtator facere poteſt executorem vnum ex hæredibus.facit inf.de fideicom lib.l.Lucius.

§.Cui. Capiens cauſa condinionis implendæ poteſt onere fideicommiſſi grauari.h.d.ibi, iuſſus.ſ.cauſa conditionis implendæ, vt no.ſup.eo.l.plane.

LEX C.

Si mihi. Onus intrinſecum minuitur, ſi minuitur legatũ: ſecus in onere extrinſeco, quod non diminuitur, licet diminuatur legatum.h.d. Et in hac l.erat alternatiue iniectum onus intrinſecum, & extrinſecum: & ita dicit Dy.& no.ꝙ onus intrinſecum appellatur quod eſt de eadem re.onus extrinſecum, quod eſt de alia re. In gl.non deducto.ibi, in relicto quãtitatis.quod nihil eſt, quia de relicto quantitatis non deducitur, vt Ĵ.ad l.Falc.l.manio §.ſi liberto vnde dic ꝙ hic fuit grauatus alternatiue extrinſeco, aut intrinſeco onere.& ideo non minuitur fideicommiſſum oneris extrinſeci ſecundum Dy.

LEX CII.

2 actionem.ſ.ad ſuum intereſſe. Dy.† No.hic quod ſingularis ſucceſſor non tenet̃ ſtare ſimplici colono.In glo.adde.ibi,quod ſeruus.dic vt ſup.eo.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus. & hanc approbat An.de Pi.tenet contrarium.no.in d.l quod ſeruus.

L E X CXXIIII.

1 *Dictio,cum,facit coniunctionem,non conditionem.*

2 *Argumentum de verbis legis ad verba teſtatoris bene procedit.*

1 **Si quis legauerit.** †Dictio,cum,facit coniunctionẽ, non condõnem.h.d.Hoc verum, quando cadit inter perſonas,vel res,ſeu inter diſpoſita. Sed quãdo cadit inter diſpoſitionem,& caſum tunc facit condõnem,ut ſup.eo.l.ſi cui legetur. Sed quando cadit inter diſpoſitionem, & tempus certum,tunc facit diem & ponitur tunc, cum, non tan-
2 quam coniunctio,ſed tanquam aduerbium.† Secũdo no.in ver. nam quod prætor,quod poſſumus arguere de verbis legis ad verba teſtatoris.Iac.de Are.

L E X CXXV.

1 *Legatum pertinens ad honorem,& ornatum ciuitatis valet,licet non conſiſtat in pecuniario commodo.*

2 *Ciuitatis honor eſt,quod pauperes non vadant mendicando, & quod pauperes puellæ maritentur,pertinet etiam ad honorem ciuitatis facere pietantiam,& eleemoſynam fratribus mendicantibus.*

1 **Ciuitatibus.** Valet legatum pertinens ad honorẽ , & ornatum ciuitatis, licet non conſiſtat in pecuniario commodo.h.d.Dic etiam quod quando relinquitur pauperibus, ſyndicus ciuitatis põt agere quod deẽ pauperibus tã quam pro publico intereſſe;quod eſt no.ſecũdum Bar. No.hic
2 quod eſt honor ciuitatis, quod pauperes non vadant mendicando,& quod pauperes puellæ maritent̃; pertinet etiam ad honorem ciuitatis facere pietantiam,& eleemoſynam fratribus Mendicantibus.In tex.ad diuiſionem.vide hic quod no.in l.ſicut,in fi. ſup.quod cuiuſque vniuerſitatis.

§ Lucius Titius. Relictum coniunctum a pluribus debet̃ ab vno,qui ſolus hęres extitit.h d.Vel ſic,pro non ſcriptum hæreditatis vadit cum onere.facit ſup.eo.l.ſi duobus.§ hæres.

§.Eum cui Nil vr̃ capere,qui tantũdẽ præſtat cauſa cõdõnis implendæ.h.d.Et eſt argumentum ꝙ talis legatarius nihil debeat ſoluere nomine gabellæ , quia non debet extrinſeco onere grauari,cum nihil lucrari videatur.

L E X CXXVI.

1 *Creditor ſi debitori ſuccedat pro parte hæreditatis , non extinguitur debiti præſtatio,niſi probetur teſtatorem habuiſſe animum compenſandi.*

2 *Fideicommiſſarius inſtitutus ab hærede,non videtur inſtitutus animo compenſandi,niſi hoc probetur.*

1 **Lucius.** † Si creditor debitori ſuccedat pro parte hæreditatis,non extinguit̃ debiti pręſtatio, niſi probetur teſtatorem habuiſſe animum compenſandi. h.d. Dyn. No.quod ſi teſtator plures inſtituit, & ſi quis ex his ſine liberis decedat,iubet hæreditatem ſuam reſtitui alicui, intelligitur hoc præceptũ de parte eius , in cuius perſona vendicat ſibi locum ſubſtitutio ,
2 non de tota hæreditate. † Secundo no. quod fideicommiſſarius inſtitutus ab hærede,non uidetur inſtitutus animo compenſandi,niſi hoc probetur.adde quod notatur ſup.ſolu.ma.l.ſi cum dotem,§.ſi pater. No. quod ſi creditor ſuccedat debitori,tantum pro hæreditaria parte confunditur obligatio.& facit ad l. Falc.C. de hær.inſti.l.ſi adulta.

1 *Fideicommiſſum tacitum dicitur,quando ex verbis teſtatoris non poteſt percipi intellectus,quid teſtator ſentiat.*

2 *Paria ſunt non loqui,& non intelligi.*

3 *Capax in dubio,quis præſumitur.*

3 *Hæres non poteſt facere,quin teſtator loquatur ea verba,quæ vult loqui.*

4 *Præſumptio eſt contra illum,qui ſecrete loquitur, quando loquitur in ſecreto id,quod erubeſcit loqui palam.*

§. Si

1 §.Si in teſtamento. † Tacitum fideicõmiſſum dr, quando ex verbis teſtõris non poteſt percipi intellectus, quid teſtator ſentiat. h.d. Ibi, ei. non declaro per aliquam notam alicuius demonſtrationis. Ibi, fidem.per domeſticam cautionem, vt l.in tacitis.ſup.eodem. Ia.
2 de Are † No.quod paria ſunt non loqui,& non intelligibiliter loqui. ſic inf.de iure fiſci.l.ita fidei. In gl.ſup.ac.ibi no.& no. ple-
3 nius §.ex tſic,& §.ſeq.inſ.de iure fiſci. And.de Pi.†In eadem ibi, ſed magis vr̃.no.glo.quod in dubio quis præſumitur capax. hĩc
4 no.quod hæres non poteſt facere, quin teſtator loquatur ea verba, quę vult loqui. In eadem ibi, vt hic dicit.tamen iſta qualiſquaIis præſumptio non ſufficit, ſed debet probari illum non fuiſſe capacem, vt ſup.de prob.l.ab ea parte, ſecũdum Iac.de Are.†No.
5 etiam in glo.nam dicit quod quædam eſt præſumptio contra illum, qui ſecrete loquitur, quando loquitur in ſecreto id, quod erubeſcit loqui palam.

LEX CXXVII.

Si hæredes. Enumeratio perſonarum inducit onus virilium portionum.h d. Ibi, quia perſonarũ. No.hãc rõnem, quæ melius ponitr̃ hic q̃ alibi. Ibi, non eſſent.i.nõ eſſent dinumerati, ſed vna collectiua voce grauari, vt infr. ad Treb.l.Lucius, §.Mæuia.& concor.inf.de duo.re.ſiue a certis.

LEX CXXVIII.

Si hæres. Diuiſo legato, diuiditur conditio legati. h.d. ſecundum Dy.

LEX CXXIX.

Ab exhæredati. Subſtitutus, vel legitimus exhæredati non poteſt grauari: ſed ſubſtitutus inſtituti, qui aperto edicto venit per 3 tabulas bene poteſt grauari. h.d. Ibi, inſtitutus. cui erat datus pupillariter ſubſtitutus, & legata ab ipſo ſubſtituto relicta.

§.Cum a poſthumo. Subſtõ pupillaris facta poſthumo continet vulgarem: eo non nato ſubſtitutus tenetur ad legata.concor.ſup.de hær.conſt.l.pe.& ibi vide plene de hoc.ibi, ſubſtituti pupillariter. vel vulgariter.& ita allegatur per Dy.

LEX CXXX.

Hæredi. In gl. ibi, conſueta.no.quod interpretatio debet eſſe probabilis,& conſueta, non muſitata: & talis habet eandem vim cum aperta natura verborum.

LEX CXXXI.

Si tutor. Vbi eſt delictum, ibi debet eſſe pena, non vbi delictum ceſſat.h.d. No hic quod ille, qui deſpõſat aliquam contra legem, de deſponſata nihil ei relinquere poteſt, vt inf de his qnibus ut indig.l.Claudius. Ibi, deceptam no. mulierem præſumi deceptam a viro, non econtra.

LIBER XXXI.

De legatis,& fideicom. ſecundo. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Teſtator, quando confert ſe in arbitrium tertij, videtur declarare illam quantitatem, quam bonus vir debet declarare, quæ ex facultatibus metienda.*

2 *Legatum poteſt relinqui ſub conditione arbitramenti, ſicut ſub alia conditione.*

3 *Declaratio per arbitratorem facta, videtur per ipſas partes fieri.*

4 *In contractibus recedi non poteſt à perſona arbitratoris: ſecus in vltimis voluntatibus.*

5 *Legatum poteſt in arbitrium cuiuſcunque committi conditionaliter, & in voluntate velata. & ad pias cauſas. vlt. poteſt etiam poni in declaratione tutoris. num. 3. ita quod tutor poſſit eſſe arbitrator in cauſa pupilla ſua.*

In arbitrium. Hæc lex diuidit̃ in duas partes. Nam primo ponit vnum dictum, & probat illud per quandam ſimilitudinem. Secundo ponit aliud dictum, & probat illud per rõnẽ ſpecialẽ. Secunda ibi, ſed cum ita.& h d.legatum põt conferri in arbitrium alterius in vim conditionis. Item per modum declaratiuum, cui declarationi intelligit̃ ineſſe condõ ſuſpenſiua, vel impeditiua tranſmiſſionis.h.d. In tex pupillæ, vel cuicunq.alij. Iac. de Are. In tex.legato.i.legatum nõ eſt condõnale. In tex.mora.i. legatũ non eſt in diẽ. Dy.q.d purũ eſt, licet non liquidũ. In tex. ibi, collatũ.ſubaudi per modũ declaratiuũ.Dy. In tex.ibi, quæ.n. mora eſt.i.quæ dilatio ſuſpẽdit legatũ, vel obſõnẽ in legato relicto arbitrio boni viri†q.d.nulla.Iac.& Dy. In tex.ibi, exprimit.i.
3 certę q̃titatis expreſſionẽ inducit. Dy.†nã eo ipſo q teſtõr cõfert in arbitriũ tertij, vr̃ declarare illã quãtitatẽ, q̃ bonus vir d3 declarare.& q̃ ſit iſta q̃titas, ſubnectit pro virib.&c.ſic J.de le.3.ſi filię.
2 No.†q legatũ p̃t relinq ſub ↄdõne arbitramẽti, ſicut ſub alia ↄdõne.nã quo ad valorẽ non eſt dr̃ia, vtrũ teſtõr dicat, lego Titio fundũ, ſi Seius arbitrabit̃; an dicat.lego Titio, ſi Seius aſcenderit
3 Capitoliũ.†Scd̃o n.q legatum põt relinq ſub decl̃one arbitramẽti, vt lego filiæ meę arbitrio tutorũ.i.illã q̃titatem, q̃ arbitrabunt̃ tutores, vel q̃cunque alij, non eſt vis, q̃a hoc tanq̃ bono viro commiſſum vr̃, & in iſto caſu legatum non ẽ ↄditionale, nec in diẽ, ſed purũ, licet non ſit liquidum ante decl̃onem. Vltimo no.q id qđ poſtea declarat̃ p arbitratorẽ, vr̃ a principio declarari per teſtõrem: & q iſte declarator dẽt declarare vt bonus vir, oĩbus circunſtantijs conſideratis, & h.d. hęc no l.In gl.quælibet. ibi.ſi noluerit.ſ.arbitrari.& iſta eſt opi.Io.& Din. In ea gl.ibi, interrogatiue. vtraq; opi.in ſe eſt vera. ſ̃m expoſitio Io.magis congruit literæ,& ita diuiſi literam ſ̃m Cy. In ea.gl.ibi.non memini me,&c.in hoc articulo dicit Di.q cogitur cauſatiue non præciſe.facit ſup.de ven.inſpi l.1.§.de inſpiciendo ſ̃ a bi pu.edu. & b. l.1.§.quamuis ſ̃.n.i.l.etiam patris. Pe dicit q cogitur, ſi acceptauit: alias non. tu dic q vtraque opinio eſt vera ſimul iuncta. nã aut acceptauit: & cogitur, quia vr̃ promiſiſſe ſe arbitraturum, vt ſup.de re iu.ex ſtiã,& ſi dieis non appoſita pęna non cogitur arbitrari, vt ſup.de ar.l.3.& l.litigatores.ſ̃m de.ibi in arbitro, hic I arbitratore. arbiter enim eligitur ſuper iudiciaria cõtrouerſia, & non cogitur arbitrari, quia poteſt impune contemni, vbi non
4 eſt appoſita pœna ſecus in arbitramento, †quia id qđ declaratur per arbitratorem, vr̃ declarari per ipſas partes. vnde eſt eis ſtãdum, niſi appareat de iniquitate, vt ſup. pro ſo l.vnde ſi Neruæ aut non acceptauit, tunc non cogitur præciſè ſed cauſatiue. & ita Din.intelligit. In ea glo.ibi, nihilominus.i licet non cogatur. Din. In ea.gl ibi, §.generaliter. tu dic ſcd̃m Pe. aut iſte actus habet certos fines ſibi a natura deſignatos. ſuper quo ille arbitrari habuit; & tunc valet, licet non fuerit arbitratus, vt J.eod.l.cum pr̃.§.fi.& C.de iuſti.& ſub.l.pe.ſed ibi nõ verſabatur declaratio, ſeu arbitramentũ ſuper principali ſed ſuper quibuſdam extrinſecis, ſeu accidentalibus, quæ non ſunt de ſubſtantia.& ideo ſupplet hoc verbũ Pe per no.per Di.in l.triticũ, de ver.ob.aut non habet certos fines, tunc in contractibus non valet, niſi fuerit arbitratus, vt C.de contrahen.emp.l.fin ſ̃ loca ſi merces, in princ. de contrahen.emp.l.quod ſæpe §.i.de ver ob. ſi quis ar.ſecundũ Pe.ſed hoc verũ in mero arbitratore: ſed in mixto arbitratore, licet decedat antequam arbitretur, tranſmittitur hoc ius ad hęredem, vt l.ſi ſic, §.i.ſ̃.ti.i.Iaco.de Are.aut in vltimis voluntatib. & tunc refert: aut relinquitur ſub conditione, ſi arbitrabitur: & tunc expirat.ſi non arbitretur, vt hic, & J.de condi.& demon.l. qui hæredi.§.ſi & l.mulctã. aut arbitrium non fuit conditionaliter inſertum, ſed ſimpliciter, ſiue declaratiue tantum, tunc nõ expirat, Imo recurrit ad declarationem alterius, & dicit Pe. q ius declarandi transfertur in legatarium, vt l.fin.§. ſed & ſi quis. C.cum de le.ſecundum Pe. idem etiam in hoc videtur ſentire Di.tamen ille §.loquitur propriè in declaratione, ſed in declarationis electione, vt J.eo.l ſtatuliberum, §.Stichum.quærit Di. quare in contractibus non receditur a perſona: ſecus in vltimis voluntatibus, reſpondet q hoc operetur fauor vltimæ voluntatis, & quia contrahentes poſſunt ſibi prouidere poſt negligentiam arbitratoris, ſed teſtõris non, quia mortuus. Din. In ea glo. ibi, ſub hac, & ſup.de eo qđ cer.lo.nõ vtique. In ea.gl.ibi, qđ hic dicit i.in prin.l. In ea.gl.ibi, ſubijcit.ſ.in ver.ſed cum ita.& ille fi-
5 nis gl.ponit verum intellectum l.† & conclude q in arbitriũ cuiuſcũq; põt committi legatũ conditionaliter, & p modum declaratiuũ.ſed in voluntate refert.aut in voluntate, quæ requirit aliũ actum poſt ſe.ut ſi uoluerit aſcendere Capitolium, vel ſi voluerit arbitrari: & valet vt hic poſt prin.aut in uolũtate, quæ non reſpicit actũ extrinſecum, tũc in voluntate hr̃dis, uel tertij non poteſt poni.fallit ad pias cãs, vt in c.cum ubi, de teſta.ſed in volũtate honorati poteſt poni, vt ſup.ti.i.l.ſi ita le.§.illi ſi volet. In gl vt differatur.ibi, ad ſolutionẽ, quia anteq̃ arbitretur, non eſt liquidum, & ideo non exequendum. In ea.gl ibi, tp̃.ſ.arbitrandi, vel ſoluendi.poteſt ergo iudex præfigere terminum huic commiſſario, ſeu arbitratori ad arbitrandum ſeu declarandum. In ea.glo. ergo ſibi committitur.& c.aut diſpõ incerta committitur alicui certificanda: & valet vt hic, & J.de dot.præle.l. Theopõpus.aut non cõmittit̃ alteri certificanda.& refert aut ex nã cãæ, p p quã relinqtur, põt percipi certitudo, & valet, vt J eo.l.quidã. aut non põt percipi certitudo; & non valet.& ita loquitur gl de hoc per Cy.in l.id quod pauperibus, de Epiſ.& cler. in quinta oppoſi.

REPETITIO.

In arbitrium. Repetiturus l.i.ff. de leg.2. ſeruabo ordinẽ p alios cõſuetũ. Nam primo continuabo rubricã ad p̃cedentia. Scd̃o diuidã legem. Tertio ponã ſummariũ. Quarto caſum in terminis figurabo. Quinto legam literã exponendo eã. Sexto eliciã notabilia. Septimo deſcẽdã ad apparatũ q̃rendo,& opponendo. Octauo extra apparatũ aliqua dicã. Nono opponẽtes and iã,& quærentes. Decimo ad gratiarũ veniã actiones, & ero Deo dante de pñti actu breuiter expedit^9. Incipio igitur a primo, & dñi, gl.hic nõ cõtinuat, ſed J de l.3.in rubrica dicit, q principium tractatus in genere legatorũ diuidit̃

in tres

in tres libros particulares. In primo tractatur materia generalis legatorum, prout concernit ipſum legatū, ſeu rē legatā. In ſecūdo prout concernit perſonas. In tertio prout concernit interpretationes verborum, & ſignificationes. Tria.n.ſunt in omni teſtamēto neceſſaria.ſ.res, quæ eſt cauſa mālis. perſona quæ eſt cauſa efficiens actiua, vt teſtator paſſiua vt hrs, voces, ſeu vocabula quæ ſunt cāæ formales, ſunt enim voces notæ ſignificantes mētem teſtatoris, vt J.de le.3.l.non aliter, & inſ.de ſup.leg.l.Labeo, §.ve.ū dico ergo, in titulo præcedēti viſum eſt quid, & quantū legetur. merito ſubijcit quid.& a quo, & quibus verbis legetur de quo principaliter tractat iſte liber ſm glo.prædicte. Sed opp.& vr ꝙ ſunt plures ꝗ tres libri, vt J.de an.leg.& J.de ali.leg.& J.de condi.& demon. Rñ ſeo, iſti tres ſunt generales, & tractant de generibus ſingulorū, alij ſunt ſingulares, & ſpāles, & tractant de ſingulis generibus. vnde iſti tanꝗ gñales debuerunt præmitti, vt l.1 §.ſi cer.pe & §.de in inte.reſti.ti gñali. Veniamus ad ſugrum. In arbitriū, &c. & diuiditur principaliter in duas partes. nam in prima parte loquitur, qñ legatum certæ rei, vel quantitatis committitur alterius arbitrio p modū conditionis. in ſecunda parte loquitur, qñ legatū certæ rei, vel ꝗtitatis committitur alterius arbitrio p modū declaratiuum, ſecunda ibi, ſed cum ita. prima pars principalis ſubdiuiditur in duas, in prima ponit dictū. ſecūdo probat illud per ſimile. ſecunda primæ ibi, quid enim. ſecunda ſubdiuiditur in tres partes. in prima parte ponit dictum bimembre. in ſecunda probat quo ad primū mēbrum. in tertia probat aliquid quo ad aliud mēbrū. ſecunda ſecundæ ibi, cum placeat. tertia ibi, quæ enim. Caſus ſummariè. legatū pōt conferri in alterius arbitrium p modum conditionis: & tunc ē conditionale: & p modū declarationis; & tūc non eſt conditionale, ſed purū. h.d. Caſus in terminis, teſtator reliquit mihi a. ſub iſta conditione, videlicet ſi Titius arbitrabitur: quærit vtrū legatum valeat? r̄ndet Iuriſconſultus, & dicit ꝙ legatū valet. hoc primo. item eſt purū, inſtat quærens, dñe quō probatur, ꝙ iſtud legatū ſit purū? r̄ndet Iuriſconſultus, & dicit ꝙ relatio facta in arbitriū boni viri vr continere certam quantitatem ſm vires patrimonij teſtōris. h.d. Lego literam ibi, legatū.ſ. certum re vel qualitate. ibi, vel vt conditio.ſ. conditionaliter p ſi, vel cum ibi, voluerit i. volūtarie arbitratus fuerit. ibi, legatū.i. incertū ibi, legato.i. legatū non eſt condōnale. Di. ibi. nec mora i. legatū non eſt in diē. Di. ergo purū, & certum iuris intellectu. ibi, boni viri.ſ. fa.erc.l.cæteræ, §.1. ille dr̄ bonus vir qui æqui, & innocētis prætoris officio fungitur, de ver ob.l.ꝯtinuus, § cum ita. ibi, mora.i. dilatio. Din. ibi, iniectū.i. inſertū. Di. ibi, exprimat.i. certæ ꝗtitatis expreſſionē inducat. venio ad notabilia. Et primo no. ꝙ legatum poteſt poni in conditione arbitrij alterius Secūdo no. ꝙ legatum poni pōt in conditione facti alieni, & in eius voluntate relata. Tertio no. ꝙ legatum poteſt poni in declaratione tutoris, & ſic eſt ar. ꝙ tutor poſſit eſſe arbitrator in cauſa pupillæ ſuæ. Quarto no. ꝙ arbitrium boni viri non ſuſpendit legatum. Quinto no. ꝙ etiā anteꝗ bonus vir arbitretur dr̄ eſſe certum, quia eſt certū legi, & bono viro cum tale reputetur arbitrium, quale dēt eſſe. Sexto no. ꝙ legata ex facultatibus metienda ſunt, J.ti.1.l. filiæ. venio apparatum, & primo opponitur, dr̄ hic quod valet legatum ſub triplici forma. primo ſi Titius arbitrabitur. ſecundo ſi Titius aſcenderit Capitolium. tertio ſi Titius voluerit. Sed op. & videt̄ quod ſub iſta tertia forma legatum non valeat. vnde videt̄ obſtare §.ti.1.l. captatoriæ, §.de hære.inſti.l. illa inſtitutio, & l. ſi quis Sempronium, & J.de le.1.l. fideicōmiſſa §.q̄ꝗ, & J de cōdi.& de.l. nōnunꝗ. nō.n. poteſt teſtator committere arbitrium propriæ volunta. alterius, immo talis diſpō appellat̄ captatoria, vt C.de teſta.mili.l. captatorias. So. Ru. dicit, fateor ꝯ. non ob. iſta litera, quia exponit̄. quid enim intereſt, &c. ſubaudi, certè multum intereſt: quia altero caſu valet legatum, altero non, ſm Ru. Sed aliter dicit Io. ꝙ litera non ponit niſi duas formas. prima.ſ. ſi voluerit arbitrari.i. voluntariè ſit arbitratus, quia vtrobique valet legatum, & cum dicit, quid enim intereſt, ea pone nihil. i. nulla differentia eſt, non ob. contrariū, quia hic voluntas eſt inſerta arbitrio, non legato. non enim dixit teſtator, Lego ſi Titius vult me legare nam hoc mō legatum non valet. ſed ſi dixiſſet, ſi voluerit arbitra.i. ſicut ſi diceret, ſi Titius voluerit aſcendere Capitoliū tu dic clarius ꝙ ſunt plures formæ prima, ſi arbitrabitur. ſecunda, ſi aſcenderit Capitoliū. tertia, ſi voluerit aſcendere. quarta, ſi voluntariè aſcēderit Capitoliū. quīta, ſi voluerit arbitrari. ſexta, ſi volūtariè fuerit arbitratus: & in oībus iſtis valet legatū ſeptima eſt, ſi Titius voluerit. & iſto caſu legatū eſt nullum. Et ſic no. ꝙ id qđ eſt collatum in mera voluntate alterius non valet. ſed ſi conferatur expreſſo ſimul vtroq; vocabulo volūtatis, & arbitrij, valet legatum, vt cum dicit, ſi Titius voluerit arbitrari. itē no. ꝙ iſta conditio ſi voluerit arbitrari, requirit arbitrium eſſe, quia cum verbū voln determinetur per aliud verbū ſignificans actum facti, non ſufficit velle niſi tale factum ſequatur voluntatē, vt §.ſi cer. pe. l. ꝙ ſi ab initio, & in c. peccatum, per Din. de reg. iur. lib.6. de ſta. lib. l.1.§ ſicut. ſic pari rōne iſtæ tres formæ æquiparant̄.ſ. ſi aſcenderit Capitolium, ſi volūtarie aſcēderit Capitolium, ſi voluerit aſcēdere Capitolium. ſeptima forma, lego tibi ſi Titius voluerit, eſt nulla, quia voluntas dꝫ eſſe certa in ipſo teſtōre, non pendere eſſentialr̄, & initialiter ab alio, vt l. vlt. commu. pradio. propria enim voluntate dꝫ quis teſtari, non mixta ſua, & aliena, vt no. de dona. cauſa mor. l. tam is, C. qui teſta. face. poſſ. l. ſeruum. Secundo opponitur, & videtur quod legatum poſſit poni in mera voluntate alterius, vt ſup.ti.primo.l. ſi ita legatum. §. illi ſi nolet. So. diſtingue, aut legatum ponitur in mera voluntate grauati; & tunc non valet, quia nunquam condō eſt extitura, vt inſ. de leg.1.l. fideicommiſſa. §. quanquam. non enim poteſt dici oblō, quæ non ligat inuitum, vt patet ex diffinitione oblonis, inſti. de ob. in prin. aut ponit in mera voluntate tertij; & tunc non valet niſi ad pias cauſas, ut d. l. captatorias, & extra, de teſt. c. cū tibi. aut ponit in mera voluntate honorati, & tunc valet. nam & abſque tali condōne hꝫ in ptāte, an velit, in contrario. ſic ſup. de hæredi. inſti. l. iam dubitari, & l. concor. Tertio oppo. quod poſſit poni in mera voluntate grauati, ut inſ. de lega.1.l.11.§. fideicommiſſum. ſo. in voluntate extinctiua pōt poni, ſed non in ſubſtantiua, vt l. ſecunda. de in diem addic. & de ædil. edic. l. ꝙ ſi nolit. § fi. ad valorem enim actus ſufficit quod incipiat habere initium eſſe, licet poſſet reſolui, vt inſ. eo. l. vnum ex familia §. ſed ſi fundū, & inſ de leg.3.l. ſi ſeꝛ §. vxor, & ſup. loc. l.3. de preca. l. cum precario. ſic dominus Papa concedit lr̄as ad beneplacitum. non ita ſi nobis placuit, vt voluntas ſit terminus ad quem, non terminus a quo. facit quod no. de ſerui. l.4. Quarto oppo. lege cauetur quod ſi teſtōr iubet hæredem dare x. mihi, aut a v. ꝙ hæres qui hꝫ electionē, poteſt eligere xv. & volēte eo valet legatum in a v. ex ſua mera voluntate, vt inſ. eo. l. ſi ita relictum, §. fi. So. legatum non pōt conferri in mera volūtate hæredis quoad neceſſariam obligationem. ſed ſi hæres declarat ſe velle, ſua ſponte obligat̄, & tunc efficit̄ neceſſitatis quod erat voluntatis, vt in contrario. & facit ſup. commo. l. in commodato. §. ſicut. ſecundum hoc huiuſmodi legatū ſtat a principio eſſe in ſpe. Sed quinto oppo. contra, ſi iſtud legatum, ſi hæres voluerit, habuit a principio eſſe in quadam ſpe. ergo idem eſt, ſicut in illa ſi aſcenderis Capitoliū: ſed illa habet a principio eſſe in quadam ſpe, ut inſti. de uerbo. oblig. §. ex condōnali ſed leges apertam faciunt differentiam, vt ſup. de hære. inſti. l. ſi quis Sempronium. ergo iſtud legatū ſi hæres voluerit, quod eſt nullum, non hꝫ a principio eſſe in ſpe, qđ eſt verius. Reſpondeo igit̄ ad ꝯtrium: & dico quod ibi licet hæres eligat xv. tamen non dꝫ niſi x. vt inf. de uerb. obl. l. inter ſtip. § diuerſa cauſa eſt. non ob. ſi dicat̄ quod in alternatiua vtrumque debet. nam hoc eſt verum, quando cadit inter eligibilia: ſed quādo cadit inter eligibile, & non eligibile, eſt ſecus; ſed in ſummis cum non cadit affectio probabilis, electio debitoris non cadit: & ſic non nb. de hoc per Cy. de verbor. ſignific. l. cum ita. electio namque ait Ariſtoteles, eſt cum rōne, & intellectu: & nemo habens rationem eligit certum damnum: & ideo lex non putat cedere electionem debitoris in ſummis; & ita ſtatuit̄ præciſe debere. Sed ſexto contra hoc oppo. de dona. cauſa mor. quæ hꝫ tacitam condōnem, ſi donator voluerit, nec poteſt præciſe cogi tamen naſcit̄ oblō inter donātem, & donatarium, & ſic oblō ſtat in mera voluntate debitoris, ut no. infr. eodem. l. ut hæredibus. Sol. iſtud non eſt ſimpliciter concedendum, quod oblō oriatur contra donatorem: ſed eſt diſtinguendum. aut donatio incepit a promiſſione in forma obligatoria, & oritur obligatio, & olim erat neceſſaria ſtiplō, de dona. cauſa mor. l. inter mortis. hodie ſufficit ſola, & nuda pactio, ut no. inf. eodem. l. cum pater. §. Mæuio, & C. de dona. cauſa mor. l. 1. per Cyn. aut donatio præceſſit per verba ſimplicia, vt dono, quæ non habet formam promiſſionis; & tunc ex tali donatione oritur vtilis ex teſtamento, & requirit adōnem hæreditatis ex teſtamento, vel ab inteſtato; & ideo non confirmat̄; & aſt non tenetur donans, vt dicta l. prima. ſecundum Dyn. & Cyn. ibi. cum ergo habet obligatoriam formam, non eſt neceſſaria adō hæreditatis, quia agitur ex contractu. in confirmanda autem donatione inter coniuges nunquam requiritur aditio hæreditatis, quia nititur tradōne, de dona. inter vir. & uxo. l. Pap. Et per hoc a reliqua hæreditate per ſe decernitur nec vniuerſitati cæterorum bonorum annumeratur. argu. de mi. l. denique. §. ſed vtrum de pec. leg. l. cum dos. §. fi. hinc eſt qđ non eſt in fideicummiſſo vniuerſali relicto per hæc uerba, quicquid ex hęreditate peruenerit, ut l. ſequēs quæſtio. quia per ſed ſubſiſtit, nec ope adeuntis hæredis indiget. & tranſmittit, ſi ſimul utraq; decedat, qđ non eſt in legato, ut inf. de re. du. l. ſi inter virū, & inf. ad Treb. l. ea facto, §. j. ex prædictis apparet ꝙ Dyn. concedit uoluntariam oblōnem naſci. & ſic non eſt ſolutum ꝯtrium. Reſpondeo, voluntas ordinatoria præcedit, & pendentia non eſt circa voluntatem producentem oblōnem in eſſe, ſed circa ſecundariam voluntatē, quæ reſpicit ſolutionē, ut d. l. ſi t. §. ſic fideicōmiſſum. hꝫ ergo pendentiā nō in ſui eſſe, ſed in reſolutione eſſe. Septimo op. ꝙ in libera, & præciſa volūtate legatū poſſit poni, ut inf. eo. cū quidē. & l. vnū ex familia, & de re. du. l. vtrū. §. cum quidā. So. in volūtate alicuius qñq; ponit̄, an debeat̄. & hoc nō pōt fieri. qñq. non ponit̄ an, ſed cui: & hoc pōt fieri, vt in contra-

tarijs. quandoque ponit quid. & tunc refert aut relinquit genus generaliſſimum; & non valet. aut genus ſubalternum; & non valet, in quo ſpecies incluſæ poſſunt omni latere veluti narem conferre. aut eſt legatum alternatiuum; & tunc valet, ut no. ſup. ti. j. l. legato generaliter, & ꝫ. eo. l. Stanniberi. §. Stichũ. aut quantitas: & non valet in mera voluntate, ſed in arbitrio ſic, ut hic. vnderat Trebatius ꝫ. de vino. tr. l. cum quidam. Octauo oppo. dr̃ hic ꝙ legatũ, ſi Titius arbitrabiť eſt condõnale: ſed legatum arbitrio Titij eſt purum. ꝯ, quia ſemper ineſt condõ, ſi arbitrabit, vt C. de ꝯh. emp. l. ſi. Sol. in ꝯctib. eſt dr̃ia, vt ibi. ſed in vltima voluntate non eſt dr̃ia. ſi ergo non arbitrať, non ppea deficit legatum, ſed recurrit ad arbitriũ iuris. i. ad iudicem. ſed ſi non recurrereť, nulla eſſet dr̃ia inter ꝯctus, & vltimas voluntates: quod eſt falſũ. nam cum teſtõr non poſſit ſic cogitare, ſicut cogitant ꝯhentes, merito lex cogitat pro eo. hinc eſt quod iura magis fauent vltimis voluntatibus, quam ꝯctibus, vt no. C. de pac. eius qui. me. li. l. j. Nono opp. quod non recedať a perſonis, quia pana ſunt eligere alicuius fidem, & eius induſtriam ſpãlem. ſed in induſtrialibus non receditur a perſona, ergo nec in iſto arbitrio, vt C. de cadu. tol. § ne autem, & ſup. de cur. fur. l. cuius bonis. Sol. illæ ll. dñt ꝙ offm̃ non tranſmittiť ſup. de tu. l. tutelam. tñ per iudicẽ ſuppletur, vt hic. Decimo op. ꝙ non ſuppleat iudex, ſed lex vt inſ. eo. l. cum quidam, & l. vnum. § rogo. So. nam aut committiť electio facienda: & tunc non procedit, ſi non arbitrať. aut committiť declaratio alicuius certæ quantitatis: & loquiť hic. & ſic aliud eſt eligere, aliud declarare, ut no. ꝫ. de ver. ob. l. quicquid aſtringẽdę. Vndecimo opp. dr̃ hic ꝙ iſta verba, arbitrio talis, nõ denotant ꝯdõnem. ꝯ. inſ. de cond. & dem. l. a teſtõre. So. aut ablatiuus cadit ſuper certo. & eſt ſua nã, & tunc intellectu certum, & nõ facit cõdonem, vt hic. aut ſuper incerto, & facit condõnem, ut in ꝯrio. Duodecimo op. vr̃ ꝙ hic nulla ſit certitudo quia certa quãtitas nõ eſt expreſſa, ut l. certũ. ſ. ti. cer. pe. de uer. ob. l. vbi aũt nõ apparet. So. dupliciter dr̃ aliqd certũ. vno mõ qđ eſt certũ p veritatẽ, & probationẽ veritatis: & iſtud eſt certũ, & liquidũ, ut C. de co. l. ſi. & ſm̃ hunc modum non eſt hic certum. Secundo modo dr̃ certum. i. in ſe, & legi certum, ſed nobis nondum liquidum: & ita loquiť hic facit de cond. ob cauſam l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruũ. de iudi. l. ſed ſi ſeruituť. §. ſi. quo ad eſſentiam ergo hic certum, & quo ad tranſmiſſionem nam tranſmiſſio eſt ſequela eſſentiæ; ſed quo ad executionẽ non eſt certũ anteq̃ liquideť, & pronuncieť, ut C. de iure fiſ. l. facultas, & l. certi condõ, in princ. ſi cer. pe. ſuper uerbo, ex incerto ꝯtu. nos loquimur in mero executore, qui non dꝫ ſic arctari, cum non ſentiať commodum. vel dic, aut loquimur de iure deuoluẽdo a teſtamentario executore ad legitimum: & dꝫ labi annus: aut ab executore in legatarium, & tūc quam primum poteſt ſi certus eſt legatarius unus, uel plures, vt liberi, uel familia. ut inſ. eodem. l. unum ex familia. §. rogo, & l. ſi quis Titio. §. ſi. ſm̃ autem incertus, vt pauperes, quia nimis late patet hoc nomẽ, niſi dicať, pauperes talis hoſpitalis, & ſic ſub ſpẽ ſubalterna, tunc pp incertitudinẽ non fit deuolutio in ipſos omnes, ſed poſt annum fit in Ep̃m, ut in p̃rem pauperum, quia Ep̃s põt tunc vendere bona ſine ulla ſolemnitate, & diſtribuere pauperibus, in Auth. de ec. ti. §. ſi quis, & § interdicimus, ver. in capitulorum autem. nec per hoc Epiſcopus uenit ꝯ iuramentum de non alienando Romano Pontifice inconſulto, qa illud hꝫ locũ in rebus deputatis ad uſum menſæ. ſ. ad pauperum uſum menſæ, & dominium Epiſcopatus, nõ in iſtis quæ ea lege proueniũt, ut uendanť, & pauperibus erogenť, non ut theſaurizenť. facit quod no. in c. vltimo, de reb. eccl. non alie. per Hoſt. Sed quæriť, quare pauperes unius ciuitatis non dicunť certi, ſicut pauperes unius hoſpitalis? R̃ndeo propter difficilem numerationẽ, uel diſcretionem reputať impoſſibilis certitudo, ut ſup. de uſufr. leg. l. uſusfructua, §. ſi innatis. Sed an executor põt præuenire terminũ in declarando? vr̃ ꝙ non, vt l. ſi. C. qui admit. ad bon. poſ. & l. ſi minor, de ſeruis expor. de tu. & cur. da. ab his l. ſi tutor petitus. ſi mr̃, ad l. Tertul. ſup. ti. j. l. filius, §. Diuus. In ꝯrũ vr̃ poſſit præuenire, & valet ſi poſtea non faciat ꝯrium actum, ut inſ. eo. l. vnum ex familia. j & a. rito. So. a principio non tꝫ incõmutabiliter: tenet tñ, ſi non reuoceť poſtea. & ſicut põt fieri per nuncium, & epſtam inter abſentes, ita & reuocari quolibet iudicio, uolũtatis. No. l. ob. l. ꝯria, qa in l. ſi. loquiť in poſſeſſione bonorum, quæ dꝫ recẽ trahere ſuũ effectũ: alias non ualet. ſed electio, & declaratio põt fieri ex nunc, prout ex tunc, ar. de proc. l. obſeruare §. ſi. item non ob. l. ſi minor. qa ibi nõ tm̃ erat præuẽtio, ſed prohibitio. unde prohibito extraneo a quo, non poteſt lex fingere ſuper ualentia actus, ſed opus eſt recenti iudicio talẽ enũciatiuo. ut. eo. cũ proponereť, & d. §. ſi filius. quod in ſubiſtione hæredis non eſt uerũ, quia non firmať recenti iudicio, ſi non habuerit nunciũ, niſi recens iudiciũ ſit diſpoſitũ: ſed ſi habuerit nuncium, ſufficiũt uerba enunciatiua uoluntaria. ꝫ. de ſecũ. ta. l. qui ex liberis, §. teſtõ. item non ob. l. ſi tutor petitus. nam ibi erat impedimẽtum ex iure ter tij eneruante actũ, qui gerebať. & ſic nõ ob. Sed an executor dẽt adhibere quinque teſtes in noĩatione legatariorum, uel 7. in nominatione hæredum: quia executio eſt ſequela liquidationis, & ſnīæ. Vna ſtatuta, quæ loquũtur de executione, non habẽnt locum in non liquidis, niſi præcedat petitio, probatio, & pronunciatio. nam probatio ſine petitione nulla eſt, vt extra, de elec. c. dudum: itẽ probatio ſine ſnīa executionẽ non hẽt, vt no. in l. ſed & poſſeſſori, §. t. de iure iu. & ita ſeruatur, niſi Peruſij, vbi ſtatutũ dat aliam formam. ſ. petẽdi executionem ſacta probatione ſine aliqua condẽnatione: ſed de iure cõi prius dẽt fieri ſnīa condemnatoria, ſacit de iure fiſ. l. eius qui delatorem, vel declaratoria, vt in c. cum ſecundum legem, de hære. lib. 6. Vel dic quod ſi ſtatutum dicit ꝙ inſtrã confeſſionata mandentur executioni, nec diſtinguit liquida, vel non liquida, poterit peti executio inſtrumẽti ſicut ſnīæ, & in proceſſu declarabitur, vt l. facultas, de iure fiſ & l. pe. de confeſ. ſm̃ Bar. hic. ſed verius eſt ꝙ prius dẽt peti declaratio, quam petatur executio. Itẽ no. ꝙ licet non tranſmittantur conditionalia, tñ non liquida tranſmittunť. Vltimo op. quod legatum incertum nõ valet, de iure do. l. cũ poſt, § gener, de verbo. obl. l. triticum. ſo. aut certitudo nulli committitur declaranda: & tunc nõ valet fallit in dote, vt in § genet. Item fallit in pecunia, quæ relinquiť ad publicum, vel pium vſum, vt inſ. eod. l. quidam. aut alicui committitur declaranda: & tunc valet, qa ipſe cõmittẽs vr̃ a p̃cipio declarare id, qđ eſt neceſſario declarãdum. & qa lex ait certa de eo, qđ dẽt declarari. vnde lex ſtatim declarat, vt hic. alij dicunt aliter, ut no. Cyn. C. de Epiſ. & cler. l. nulli, in 5. op. ſ. ꝙ in dote. & refectione viæ hic nihil ſit ſpeciale: ſed ſit ideo, qa eſt certum pro relatione ad aliud, ut ꝫ. de leg. 3. l. ſi filiæ. ſed gl. uerior eſt. nam quando nulla eſt proportio termini referẽtis ad terminũ, quo ſit relatio, ibi nulla certitudo ex tali relatione deprehendiť, vt ſup. ti. 1. l. plane, & l. 2. §. ſi. ſed in l. quidã. nulla ẽ proportio. pone enim ꝙ refectio viæ milleſies mille, & in patrimonio non erant niſi centum. certe nulla eſt hic proportio. vnde eſt ſpeciale, vt valeat eatenus, quatenus ſunt vires patrimonij. ſecus ſi relinquererur in refectione priuatæ domus non expreſſa quantitate, quia tunc non valet, & illa eſt vera opinio. Quæro vtrum iſte commiſſarius ſit arbiter, vel arbitrator? & videtur quod ſit arbiter, quia hic dicit in arbitrium, non dicit in arbitramentum. item quia ſi eſſet arbitrator, laudum ſuum eſſet quædam trãſactio inter hæredẽ, & legatarium, in Auth. vt diffe. iudi. §. 1. & poſſet in modica quantitate accipere de iure vnius, & date alteri, vt no. de arbi. l. ſi de meis, §. recepiſſe qđ nõ vr̃ hic poſſe, niſi bona eius fides. quæ modicos defectus ſupplet, & cooperit adeſſet. ar. ꝫ. de cond. & demon. l. continuus. In contrarium ꝙ ſit arbitrator, vr̃ quia non hẽt procedere more iudiciorum. ad hoc de verbo. obl. ſi quis arbitratu. So. dic ꝙ proprie non eſt arbiter, nec arbitrator, cũ ſuum mandatum duret poſt mortẽ teſtatoris, vt l. ſi vero non remunerãdi, § ſi. ſ. mã. proprie ergo dr̃ commiſſarius ſeu executor, & hẽt valde diſtinctã mãm ab arbitro, & arbitratore. nam illi ſimul debent fungi offõ, de arb. l. quid tamen. executores vero teſtamẽtorum p̃nt facere particulares declarationes & electiones, vt ꝫ. eo. l. vnum ex familia, §. ſi duos. itẽ executores p̃nt declarare in articulo mortis p̃ntibus, & abſentibus partibus, vt ꝫ. eo. l. vnũ, in prin. & §. ſi fundum, item p̃nt declarare teſtando, nec vitiatur teſtm̃, vt d. §. Et ideo proprie nõ ſunt arbitri nec arbitratores, ſed largo modo aſſimilantur arbitratoribus, & ex eorum arbitramento non oritur actio, ſed ex teſtõ ſm̃ formam arbitramẽti declarati. ꝫ. eo. l. vnũ ex fa. §. ſi de Falcidia, in prin. legis. itẽ mors commiſſarij nõ facit euaneſcere legatũ, ſed mors arbitratoris facit euaneſcere diſpoſitũ, vt l. ſi. de contrahẽ. emp. & loca. l. ſi merces. vnde commiſſarius proprie non eſt p verba dep̃catiua, & põt eligi executor, ſed nõ tutor ſm̃ quoſdam, vt ſ. de eo. in alias eſt tex. vltima ti præcedẽtis ibi, deprecor te, &c. Secundo quæro, vtrum iſte commiſſarius poſſit cogi ad declarandum? Placẽ dixit, neſcio, quia l. non cauenit. Doct. dicunt ꝙ in defectu legum debemus recurrere ad rationes, & argumenta, cum per ea quæſtiones decidanť, vt legitur, & no. ꝫ. ad Treb. l. qui filium, in fi. & illa quæſtio formať hic per glo. & Din. in l. nulli, per glo. & Cy. ꝙ non cogať. probať ſic. iſtud offm̃ eſt priuatum, & a priuato iniunctum. ergo non ingerit neceſſitatẽ. hoc videmus in alijs officijs, quæ quis acceptare, & exercere non cogitur, vt l. filius, §. inuitus, ff. de procu. & C. de procura. l. inuitus. eſt enim iſte ſimilis procuratori conſtituto poſt mortẽ, vt l. ſi vero non remunerandi, §. ſuper ſ. man. ſed procurator non cogitur officium acceptare. ergo nec iſte. Præterea videtur caſus in hac l. ibi, nam hæc conditio, ſi arbitrabitur, exponitur. i. voluntarie fuerit arbitratutus. ergo nõ cogiť inuitus. Præterea priuatus in priuatum nullum habet imperiũ, ſicut magiſtratus in non ſubditum nil põt, quia quo ad eum cenſetur ad inſtar priuati, de tuto. uel cur. da. ab his l. 1. & l. pupillo, de iuriſd. om. iud. l. eum qui, & l. fin. & pro ſuo l. ſi. Præterea volũtarium eſt ſuſcipere talia officia. ut ff commo. l. in commodato, §. ſicut. quinimo etiam publica officia, quando cenſentur ad inſtar priuati officij, non cogitur quis acceptare. ſupra de tute. l. qui habet §. ſi pupillus. Præterea uidetur expreſſum, inſ. de cond. & demon. l. [illegible] non committitur, in princ. in uerbo arbitrari nolit. ad idem, ubi pu. edu. de l. 1. §. [illegible]. & l. 2.

ſup. de

perſona generali non receditur.i. ab ipſo iudice, ſed a perſona ſpeciali recedimus.i.a perſona nominata.nam duo ſunt præcepta teſtatoris, vnum quod bonus vir arbitratur, aliud qđ tertius tan quam bonus arbitretur. licet ergo deficiat vnum membrum re manet alterum,arg ff.de arbi.l. Celius, §.idem ait. & ideo non eſt conditionale, quia in conditionalibus non receditur a per ſona,C.de contrahen.emp.l.fi. ſecundo caſu aut fuit relictū ſub conditione arbitrij, & non recedit a perſona: aut fuit relictum p modum conditionis,& tunc receditur a perſona,& no. q rela tiuum iunctum futuro tempori,vt lego quātitatem quā decla rabit Titius,non facit hoc caſu conditionem, & eſt ratio, quia de præſenti habetur pro declarato id quod bonus vir debet de clarare;quod eſt no.dignum.tertio caſu ſemper receditur a per ſona,l.vnde ſi Neruæ,§.pro ſoc. caſus ſimilis eſt tam in contra ctibus quam in vltimis voluntatibus, quod eſt menti tenendū. Et prædicta ſunt vera, vbi in defectum executoris oportet adiri iudicem.ſed vbi non oportet adiri,quia alij deferunt, ↄ.eo.cum quidam,l. t. §. t.eōia de leg.tunc ſtandum eſt formæ traditæ a iu re, nec requirit forma iudicialis, & ſi Epiſcopus male exequit, & male arbitrat,ſuperior emendabit errorē.in Auth.de ec.titu. §.fin.aūt ſancimus,& hoc verū eſt,ſi Epiſcopus declaret princi paliter.ſed ſi emendat declarationē executoris teſtamētarij,nō videtur poſſe ab eo recedi.ſed certe poteſt dici verius q indiſſin cte ſtetur ei,quod declaret Epiſcopus,nec poſſit ab eo culpæ ra tione exigi,ſed tantum ei relinquat,vt l.nulli,ibi dum dicit, pro ſua conſcientia.nam quoties aliquid committitur conſcientiæ alterius,non poteſt de eo inquietari.no.in c.ſtatutum,§.aſſeſſo rem,de reſcrip.lib.6. Item quando aliquid committitur iudici, non vt diſceptatori, ſed vt bono viro,non poteſt ab eo appella ri.dicit.Innoc.in c.poteſtati,de reſcrip. Sed quærit, teſtator man dauit hæredi ſub pœna q faceret illud , quod diceret talis exe cutor. modo quia ille nil dixit, Epiſcopus declarauit,hæres no luit obſeruare declarationē Epiſcopi, an incidat in pœnā?gloſ. dicit q non, ↄ.de condi.& demon.l. mulcta non committit. & ideo dicit Bar.q licet ſi non ſtetur laudo,incurratur pœna com promiſſi;tamen ſecus eſt, ſi non ſtetur reductioni laudi. ad hoc ↄ.iudic.ſol.l.cum apud Sempronium, quo ergo ad pœnam non receditur a perſona , ſed quo ad principale diſpoſitum bene receditur a perſona, quod eſt menti tenendum. Et ſic videntur duo præcepta quo ad principale , non quo ad principale diſpo ſitum.non ob.§. idem ait,quia ibi non recedebatur a perſona, Quinto principaliter quæritur, vtrum executores dati ad decla randum circa rem, vel quantitatem poſſint declarare , non re quiſito hærede? Bar.dicit q non hic,& in l. ſi quis arbitratu. qđ non eſt verum,quia non oportet ad hoc adiri prætorem, nec fit actus iſte in forma diſceptationis, facit quod no. de bono. poſſ. l.2.§.1.de prælum.c.ſi.per Inn.in c.1.de offi.deleg.in cle.nam qđ poſſunt inuito hærede,poſſunt eo abſente, cum eorum officiū ab hærede non pendeat. ideo ſi excedit modum, reducitur ad modum,de vſu.placuit.in gl.& d.l.vnde ſi Neruæ,ſi tamen vo luerit adire iudicem,& facere citari hæredem, non eſt malum, vt l.Theopompus. Excederet autem modum,ſi arbitretur plus quam ſit æquum in talem cauſam relinqui.& ſi parua ſunt me rita,minor cadit remuneratio quam ſi ſunt magna.l. illud, de ma.vindi.de dona.l.Aquilius Regulus,& l.ſi pater. Sed videtur q requiratur citatio,ſup.eo.l.ſi tamen quibuſdam.ſo.ibi præſen tes non habebant ius potentius quam abſentes, ſed para ius.vn de non poſſunt præiudicare abſentibus non citatis;ſed cōmiſſa rius maior eſt hærede in exequendo , & ideo poteſt exequi pari auctoritate rem,vt ↄ.eo.l.Titia cum teſtamēto.§.1. & no.in l.2. C.quando decre.opus non eſt.facit c.licet Epiſcopus,de præbē. lib.6.& l.per fundum,de ſerui.ruſti.prædi. Et ideo ſi plures ſunt executores ſeorſum vnus ab altero,dum tamen in vnam ſnīam conſonēt,poſſunt declarare,vt d.l.ſi p fundum,& l.huiuſmodi, §.fi.ſ̄.ti.1.ↄ.de fideicom.lib.l.legatarius,§.duobus,vel dic cōtra, vt l.ſicuti,de arbi.quod ē verum in meris executoribus,qui ſunt quaſi arbitratores.ſed in mixtis executoribus , qui iure proprio exequuntur,oportet q ſint ſeorſum. Sexto principaliter quæri tur,per quæ verba detē alicui arbitrium meræ voluntatis?reſpon deo quando committitē voluntati & abſoluta poteſtas præferen di iniquum æquo,vt ↄ.ti.1.l.11 §.quāquam,ↄ.eo.l.cum quidam. quod eſt verum,vbi tractatur de lucro captando.ſed vbi tracta tur de damno vitando, omne verbum debet reduci ad arbitriū boni viri,no.in l.1.ſ̄.de arbi.C.de do.promiſ.l.1.per Cyn.in l.cre ditor,§.Lucius,ſ̄.mand.idem,ſi dicatur committo libero arbi trio tuo,quod idem eſt dicere q in voluntate tua, quia non eſt aliud voluntas niſi liberi animi motus,l.1.C.de ſacroſan.eccl.cū ſi.in dubio aūt tanta libertas non videtur dari, ſed libertas mo derata,vt ↄ.eo.l.cum filius,§.pater,de fideicom.lib.l.Thais,§.ſo rore,& §.Lucio.Vltimo facit hæc l.ad quæſtionem diſputatam per Iac.Bu.l.municipali cauetur, q nulla pbatio alicuius debiti a 20 lib.ſupra poſſit fieri p teſtes.accidit q aliquis promiſit mi hi damnum,& intereſſe,quod peto ex inſtrō,& probo mea in tereſſe in centum per teſtes. quæritur an talis probatio valeat? & tenet ipſe q ſic,quia per inſtrūm probatē debitum: per teſtes ve ro talis declaratio declaratē. vnde teſtes veniunt non ad principa lē probationem ſubſtantiæ debiti , ſed quo ad coadiuuandum probationem,id eſt declarandum id quod implicite continet.& per hoc facit hæc lex;nam in ipſo inſtrō fingitur expreſſe quan titas intereſſe, vt hic. Item aliquid admittitē ad coadiuuandū qđ principaliter non permittitē,l.fi.C.de eden.item probatio facta in inſtrō tacite includit ſuum effectum.facit de te.l. hæredes palā, §.ſed ſi no.& l.fi.de præto.ſtipu.& credo quod dicat verum.

† In Arbitrium. Hæc † lex diuiditē in duas partes . nā primo ponit vnum dictum.probat il lud per quandam ſimilitudinem.ſecundo,ponit aliud dictum & probat illud per rōnem ſpecialem.ſecunda ibi,ſed cum ita.& h. d. legatum poteſt conferri in arbitrium alterius in vim condō nis.Item per modum declaratiuum, cui declarationi non intel ligitē ineſſe condō ſuſpenſiua,ſeu impeditiua tranſmiſſionis.h.d. ibi,ſiue pupillo vel cuique alij. Iac.de Are.ibi,in legato.i. legatū non eſt in diem. Dy.ſed ſupple,ſed purum.ibi,collatum,ſubaudi per modum declaratiuum.Dy.ibi,mora eſt.id eſt quæ dilatio ſu ſpendit legatum & oblīonem in legato relicto ad arbitriū boni viri? Dy. Iac.de Are.q d.nulla ibi,exprimit.i. certe quātitatis ex preſſionē inducit.nā eo ipſo q teſtōr cōfert in arbitriū, vr̄ decla rare illā quantitatē quam bonus vir d; declarare;& quæ ſit iſta quātitas ſubnectit pro virib.&c inſ de le.3.l. ſi filiæ,in prin. No. q legatū pōt relinqui ſub condōne arbitramēti ſicut ſub alia ↄ dōne.nam quatū ad valorem legati non eſt drīa,vtrū teſtōr di cat lego Titio fundū,ſi Seius arbitrabitē,vel ſi Seius aſcēderit Ca pitoliū.Scđo no.q legatū pōt relinqui ſub declaratione arbitra mēti,vt relinquo filio meo arbitrio tutoris,qa hoc tanq̄ bono vi ro cōmiſſum dr̄,& in iſto caſu legatū nō eſt ↄdōnale,nec in diē, ſed purū,licet non ſit liquidū ante declarationē,quia illud q po ſtea declaratē,vr̄ a principio declaratū per teſtōrem, & q iſte de clarator d; declarare tanq̄ bonus vir oībus circūſtantijs conſide ratis.In gl.ſi condō.ibi,ſi voluerit.& iſta eſt opinio Dy.In ea.gl. ibi,non memini me legiſſe. in hoc articulo.h.d.Dy.q cogitē cau ſatiuè non præciſe.facit ſup de ven.inſpi.l.1. §. ſi de inſpiciendo ſup.vbi pu.edu.de.l.1.§.ſi q̄uis.ſ̄.n.1 l.&t ſi patris.Pe Dicit q cogi tur,ſi acceptauit:alias nō.tu dic q vtraq;opinio ſimul iuncta eſt vera.nam aut acceptauit:& cogitē, quia vr̄ ſe promiſiſſe arbitra turum,vt ſup de teſta. tu.l.ex inīa.Sed ſi tu dicis,non eſt appoſi ta pœna,ergo non cogitē arbitrari,ut ſ̄.de ar.l .& l.litigatores.re ſpondeo,ibi in arbitro,hic in arbitratore. arbiter.n. eligitē ſuper iudiciali controuerſia,& ideo non cogitē arbitrari,quia poteſt im pune contemni,ubi non eſt appoſita pœna.Secus in arbitramē to,quia illud quod declaratē per arbitratorem,vr̄ declarari per ip ſas partes.vnde ſtandum eſt ei,vt hic.niſi appareat de iniquitate. vt ſup.pro ſoc l.unde ſi Neruæ.ſiue non acceptauit; & tunc non cogit præciſe,ſed cauſatiue,ut dicit Dy.In ea ibi,nihil.i. licet nō cogatur.Dy.In ea.ibi,§ generale.tu dic ſ̄m Pe. aut iſte actus h; certos fines ſibi deſignatos a nā,ſuper quo ille arbitrari valuit ; & tunc ualet,licet non fuerit arbitratus,vt inſ.eo l.cum pater.§. fi.& inſ de inſti.& ſubſti.l.pe.ſed ibi non verſabatē declaratio,ſeu arbitramentum ſuper principali,ſed ſuper quibuſdam extrinſe cis,& accidentalibus,quæ non ſunt de ſubſtātia.& ideo ſupplet hoc verbum Pe.inſ.de ver.ob.l.triticum.aut nō h; certos fines: & tunc in ↄctibus non valet,niſi fuerit arbitratus,vt C.de ↄhen. emp l.fi.ſup.loca.l.ſi merces,in prin.& de ↄhen.emp.l.ſæpe § i & de uerb.ob.l.ſi quis arbitram,ſ̄m Pe.ſed hoc verū in mero arbi tratore.ſed in mixto,licet decedat anteq̄ arbitret , tranſmittitur hoc ius ad hæredem,vt l.ſi ſic,§ fi.ſup.de leg.i.& ibi per Iac.o.de Are.aut in vltimis voluntatibus.& tunc refert,aut relinquitē ſub condiione,ſi arbitrabitur; & tunc expirat,niſi arbitretur,vt hic in principio,& inſ.de cōdi. & demon.l qui hæredi.§ fi.& l.mul cta.aut arbitrium non fuit condōnaliter inſertum.ſed ſimplr̄ ſi ne declaratione,& tunc non expirat, imo recurritur ad declara tionē alterius,'& dicit Pe.quod ius declarandi transferē in lega tarium,vt l fi.§.ſed & ſi quis,C.communia de le.ſ̄m Pe idem & in hoc vr̄ ſentire Dy cum ille §. non loquatē proprie in declara tione,ſed declarationis electione,vt inſ.eo.l.ſtatuliber §. Stichū. Quærit Dy.quare in ↄctibus non recediē a perſona : ſecus eſt in vltima voluntate?& reſponde quod hoc operatē fauor vltimæ vo luntatis, & quia ↄhentes poſſunt ſibi prouidere poſt negligen tiam arbitratorum.ſed teſtōr non, quia mortuus ſecūdum Dy. In ea.ibi,ac.& ſup.quod cer.lo.l.non vtiq. In ea.ibi,qđ hic, dicit ſup.in prin.l in ea.ibi,ſubijcit.ſ̄.in ver.ſed cum ita. & iſte finis gl. ponit verum intellectū l. Et conclude,q in arbitriū cuicunq. pt cōmitti legatū.ſed in voluntate refert,aut in volūtate,quæ req rit aliū actū poſt ſe,vt ſi voluerit aſcēdere Capitoliū,vel ſi volue rit arbitrari:& tūc ualet,vt hic poſt pri.aut ī volūtate q̄ n̄ reſpicit actū extrīſecū,tūc ī volūtate hr̄dis.vel tertij n̄ pt poni fallit ad præ cās,vt ext.de teſt.c.cū tibi.Sed ī volūtate onerati pt poni,ut ſ̄ ti j. l.ſi

ADDITIO.

a Sapei ſtum,quia idem cum primo commentatio. Pet. Ved. Bat ſuper a.Infor.

l. ſi ita legatum, §. illi ſi nollet. In gl. vt differat. ibi, abſolutionem. quia anteq̃ arbitret. non eſt liquidum. & ideo non eſt exequendum. In ea. ibi, arbitrio iudicis arbitrandi, vel ſoluendi. poteſt ergo iudex præfigere terminum huic commiſſario, ſeu arbitratori ad arbitrandum, ſeu declarandum, quod no. In gl. ergo committit l. aut diſpõ certa commiſſi alteri ad certificandum & tũc refert an ex natura cauſæ, propter quam relinquit, põt percipi certitudo, & valet, ut in ſ. eo. l. quidam. aut non poteſt percipi certitudo: & non valet & ita loquit gl. de hoc Cy. in l. id quod pauperibus, in quinta oppoſitione, de Epiſ. & cler.

L E X II.

Quotiens. Plurium rerum enumeratio ſpecialis plura facit legata. generalis vero enumeratio vnũ legatum inducit. h. d. Dy. Et eſt ar. hæc l. quod ſi Epiſcopus dicit, abſoluo te ab omni excommunicatione. quod vnica ſit abſolõ, & vnica dicat ſnĩa. ſi autem dinumerat excõmunicationes, tũc tot ſunt abſolõnes, quot ſunt excommunicationes per iſtam l.

L E X III.

Si ita. Legatum põt conferri in arbitrium legatarij, vel hæredis negatiue. h. d. Dy. ibi, aſcendere. Sed qñ dr̃ exiſte recõdõ, ſi hæredi ſit intertã? ſideo, cũ deſierit aſcẽdere poſſe, vt J. de ver. ob. quicquid aſtrin. §. ſi & l. ſi ita ſti. Alij dñt fauore vltimæ voluntatis, cũ potuit aſcẽdere. & omiſit, ut J. de ↄd. & de. hęc cundõ Iac. de Are. adde q̃ no. ſ. de hær. inſti. ſi quis inſtituatur.

L E X IIII.

1 *Legatarius non poteſt diuidere legatum partem acceptando, & partem repudiando: ſecus ſi ſint plura legata.*

2 *Commodum, cui onus eſt annexum, non poteſt ſine onere acceptari.*

1 Neminem. † Legatarius non poteſt diuidere legatum partem acceptando, partem repudiando: ſecus, ſi ſint plura legata, niſi rõne oneris ſint connexa. h. d. & legatum vniuerſale dr̃ vnum, & non plura. h. d. vſque ad l. ſi Titio. & a. ſde ſupra titu. primo. legatarius, in j. tunc No. in l. ſi ea duobus, 2 † quod commodum, cui onus eſt annexum non poteſt ſine onere acceptari. Item no in una re vel quantitate ipſam detrahi Falcidiam pro omnib. legatis facit inf. ad l. Fal. l. plane. & l. ſi fundus cum ſi. Cum iſta l. grege concor. l. quot ſup. eod. & facit de elec. in geneſi.

L E X VII.

Si Titio. Qui non admittitur ad partem propter vitium perſonæ, vel delictum, facit partem. h. d. & hoc dic. ut dixi plene in l. huiuſmodi §. Titio. ſup. titu j. & adde quod no. l. 1. C. de ſecundis nuptijs.

L E X VIII.

Si quis ſeruum.

1 *Legatum relictum purè, eſt legatum per ſe, ab eo, quod relinquitur ſub conditione.*

1 §. Si ita legetur. † Legatum relictum pure eſt legatũ per ſe ab eo, quod relinquit ſub condõne. h. d. Et dicit hic Pe. quod in § noſtro non eſt legatũ alternatiuum, quia ad hoc, vt ſit alternatiuum, requiritur dictio aut, prolata ſub eadem conceptione uerborũ, ut lego a. aut Stichũ. Sed ſi qñ dicit lego a. & ſi noluerit, lego ſibi Stichum, tunc non eſt alternatiua, ſed ſoluta, quia non profert ſub eadẽ conceptione verborũ. & de hoc ſ. ti. j. l. ſi qñ. §. ſi. ſm Pe. & Cy. In gl. quantũ ſibi, q̃ non placet. imo placet J. eo. l. ſi illud. 2 reſo. ubi inũ dr̃ legatũ eſſe, & non poſſet in idem tps concurrere, q̃a ſub ↄditijs conditionis relictum: & hoc approbat ſup. ti. j. ſi ex toto. §. ſi. & d. l. ſi illud. Pe. & Dy. & hæc veritas eſt. cõcor. ſup. ti. j. l. ſeruus le. j. In tex. 2. & ſic in eadem concep. verborũ, & facit inf. d. e vi le. cũ certis ubi dr̃ q̃ dictio Ea, habet caſſare. nec ob. ſup. tij. quidam teſtã, quia ibi in diuerſis cõceptionib. Dy. In tex. ibi, non extinguitur. l. in tot. In tex. ibi, rãtũ modo. hoc ideo, quia certus locus eſt deſignatus, ut ſ. ti. j. ſi ſeru°. §. q uer. alias ſecus, & J. e. ſi pecuniã.

2 *Competitores ubi per omnia ſunt pares in probando, poteſt reus gratificari, cui vult.*

3 *Gratificatio eſt duplex, voluntaria, & neceſſaria.*

3 *Gratificatio locum habet, quando ſunt plures perſonæ non declaratæ per aliquam demonſtrationem.*

4 *Iudex ſi Titium condemnat, & duo ſint Titij, non habet locum gratificatio, vt vnum morti tradat, & alium dimittat, ſed debet illum punire, qui culpabilis reperitur.*

1 Si inter duos. † Vbi competitores ſunt pares per oĩa in probando, poteſt reus gratificari, cui 2 vult. h. d. no. † & dico q̃ gratificatio eſt duplex ſ. voluntaria, & neceſſaria. voluntaria eſt nemine probante de ſe ſenſum. neceſſaria eſt vtroq; plene probante de ſe ſenſum. vnde neceſſe habet hæres alterum eligere, & alteri gratificari q̃a cõuictus eſt hæres per probationes ſic ſup ad Syl. l. ſi q̃s in grau. §. ſi cũ oẽs ſed glo. dicit. & Cy. q̃ gratificatio nunq̃ eſt neceſſaria in iſto §. imo põt hæres ſibi retinere, ſi vult pp incertitudinem perſonæ ſed ſi nõ vult retinere põt gratificari. & ſi dicis, quõ poteſt cõuictus p probationes? rñdeo, quia rõne cuiuſdã tacitæ ↄtrietatis illæ probationes inuicem ſe elidunt. pro opinione mea facit ſ. de petit. hære. l. pen. & ſ. de rei vendi. l. is a quo. pro me etiam facit, quia declaratio debet pertinere ad hæredem, qui debet de neceſſitate declarare, arg. ſ. tit. 1. ſi quis a filio, § ſi quis plures, & quod ibi no. & etiam, quia dicit litera debet, & non dicit poteſt. ſed pro gl. vide 3 tu caſus in l. quam allegat in l. ſi fuerit. de re. dub. † No. quod qñ ſunt plures perſonæ non declaratæ per aliquam demonſtrat. q̃ 4 habet locum gratificatio. † quid ergo d. cemua in caſu illo? iudex ↄdemnauit Titium ad mortẽ, & cum eſſent duo Titij, cepit ambos an poſſet gratificari, vt vnum tradat morti, alium dimittat? dico q̃ non ſed debet illum tradere morti, qui culpabilis reperitur, q̃ ſic probo. quia vbi agitur de commodo, præſumit ſenſum, de amico, vt hic. ergo vbi agitur de pœna, & incommodo præſumitur ſenſum de inimico. ergo ille eſt morti tradendus. Cy. tangit hic. ſed in ↄtrium facit l. eum quem temere. nam citatio ita confuſa vr̃ temeraria. ſed reſpondeo, non eſt confuſa. q̃a qui deliquerat, debuit cogitare de ſe, q̃ ipſe citaretũ iuxta illud, Conſcius ipſe ſibi de ſe putat oĩa dici Item non ob. l. duo ſunt, de teſt. tu. quia ibi nulla certitudo apparet ex aliquo adiuncto. ſed hic apparet certitudo ex aliquo adiũcto, ſ. quia deliquerat, & pœnam merebatur, & cum eſſet iſta quæſtio Florentiæ, fecit iudex confiteri captum, q̃ ipſe commiſerat maleficium, citatũ, & comparentem, & ſic ſopitum eſt omne dubium.

1 *Præſumitur in dubio magis pro inſtituto, quam pro ſubſtituto.*

1 §. Certam. † Præſumitur in dubio magis pro inſtituto q̃ pro ſubſtituto. h. d. vel ſic præſumitur potius pro illo, qui vocatur p̃ prius, q̃ pro eo qui vocatur p̃ poſterius. h. d. In tex. ibi, inſtitutu. gl. dicit p̃ obliquum ſed Iac. dicit directo. vt ſi primi noluerint, habeant ſecundi. ſic ſ. de leg. l. ij. legatarios. & ſi repudiauerint primi, habeant ſecundi. vt C. de im. pub. & al. ſub. l. l. hæres. Iac. de Are. nam ſi eſſent ſubſtituti per fidei. non poſſent agere ↄ hæredem. ſed ↄ legatarium. & hic male loqueretur hic ſm Iac. & Pe. niſi ſuſtinendo gl. diceres, q̃ legatarius deceſſerat, & erat quæſtio inter hæredẽ legatarium, & fideicommiſſarium, qui dicebat legatum remanſiſſe ad hæredem cum onere & ideo petebat ab hærede ſm Cy. ſi dic. q̃ gl. bene loquitur, & exẽplum pone, q̃ legatarius petebat ab hærede, & fideicommiſſarius ab hærede. ſed ideo dicebat fideicõmiſſarius hęredem ſibi teneri, quia aſſerebat legatarium repudiaſſe. & ſic remanſiſſe apud hęredẽ cum onere. vnde p̃ vnum & idem medium mouet fideicommiſſarius, & directo ſubſtitutus quæſtionem hæredi p̃ modum. & ita poteſt ſuſtineri gl. ſi autem fideicõmiſſarius fateretur legatum acceptaſſe, tunc non poſſet conuenire hæredem, nec impedire, qñ hæres ſolueret legatario, niſi forte legatarius eſſet receſſurus. quo caſu non debet hæres ſoluere legatario, ſed fideicommiſſario ſecundum gl. no quæ eſt hic. Iuxta quam conſueuit quæri, vtrum hæres poſſit ſoluere legatarijs inuito executore? & videtur quod ſic ſuiro mixto executore, vt ſ. tit. proximo. l. quidam teſtamento, §. ſi ſcriptus. ſed non mero executore, niſi hoc faciat probabili ratione, puta propter ſucceſſionem, vt hic ſecundum Cy. arg. contra. J. de excep do l. ſi operam, & facit ad iſtum §. l. 1. C. de edic. diui Adri. tol. facit & quod no. in l. 2. in magna gl. C. communia de leg.

1 *Legatarius partis hæreditatis ſubijcitur oneribus, ſed non legatarius partis bonorum.*

1 §. Si cui. † Legatarius partis hæreditatis † ſubijcitur oneribus ſed non legatarius partis bonorum, & vide l. ſi. de vſufru. leg. circa intellectum huius §. & l. ſeq. dicit Dy. aut teſtator fideicommittit, & tunc nõ refert, an dicat bona, vel hæreditatem, aut legat, & tũc refert, vt hic. & ita dicit Dy. J. de verb. ſigni princeps bo. vel dic ſecundum Pe. aut teſtator habet aliũ hæredem vniuerſalẽ. & tunc ſiue leget, ſiue fideicommittat, refert an dicat bona, vel hæreditatẽ. ſi autem nullum alium facit hæredem, ſed dicit ſolum, relinquo tali bona mea, vel hæreditatem, non eſt ita, quia ſemper implicitus eſt oneribus hæreditarijs ſecundum Pe. & vide J. ad Treb. cogi, in princ. Item vide q̃ no. Cyn. C. ad l. Iul. de vi. ſi tutoris, & ſup. de iure do. mulier bona, & de iure fiſ. l. 1. § ex cauſa.

L E X X.

1 *Ampliatis per teſtatorem rei legatæ finibus, legatum quoque ampliatur*

2 *Imperator ſi eximit caſtrum, & illud caſtrum poſtea creſcat & efficiatur ciuitas, totum videtur exemptum.*

1 Cum fundus. † Ampliatis p̃ teſtatorẽ rei legatæ finibus, legatum ampliatũ h. d. Et per hoc reſpondet ad l. ſi ita, de au. & argen. leg. quia ibi in alia re principali, hic in augmẽto, quod ſequit naturam primi legati. Item p̃ hoc reſpondetur ad id, quod legitur & no. ſup. ti. 1. l. ſerui electione, §. fundus. Nam ibi vtraque pars per ſe principaliter cenſet, nec vna alterius acceſſio efficitur, hic ſecus, & iſta l. facit ad no. J. de dam. infec. damni, §. ſi is. de ſer. vrb. præd. ſi ſeruitus. de con 2 trah. emp. l. Rutilia. † Et eſt arg. q̃ ſi imperator eximit caſtrum, & illud caſtrum poſtea creſcat, & efficiatur ciuitas, quod totũ hoc ſit exemptum. argu. huius l. dictæ l. ſi ſeruitus, & quod no. per Cy. C. de ſeruit. non modus.

L E X

LEX XI.

Statuliberum. Hæres nõ legat ſtatulibero, niſi ſub conditione libertatis, vel niſi fiat liber p morte hæredis.h.d principium. In tex.ibi, quia &c.ſic ſ.ad Silla.l.1.§.ſerui. In tex. inſeruit. expreſſe.nam tacita repetitio nõ fit ex teſtamentis diuerſorum, vt hac l. primo reſponſo. In tex. valet legatum, quia collatum in tempus, quo liber erit. In tex. competit.quia libertas cum legato concurrit: Dy. In tex.ibi, ſuperuacuum. i. impoſſibile. nam ex quo fit liber ea teſtamento primi teſtatoris, non poteſt effici liber ex teſtamento hæredis.

1 *Terminus, qui aſſignatur a teſtatore, eſt peremptorius, idem in contrahentibus.*

2 *Electio ex vltima voluntate non poteſt mutari.*

§. Stichum. Qui concedit electionem vſque ad tẽpus, poſt tẽpus videtur eam reuocare, & alteri
1 concedere.h.d.† Vel ſic.terminus qui aſſignatur a teſtatore, eſt perẽptorius.idẽ in contrahen.vt ſ.de contrah.emp.qui fundum. No. etiam in electione ꝙ non põt fieri poſt terminum, & per hoc dico ꝙ ſi terminus eſt aſſignatus executoribus, ipſi poſt terminum non poſſunt ſe intromittere de exequendo. In tex.elegent.ratio eſt, quia cum hæres ſit priuatus electione, conuertit electio ad legatarium ea natura legati alternatiui, vt no. J. eo.l. Lucio, quæ ratio non placet, quia illud nõ habet locum, qñ verba executiua fuerunt directa ad hæredem, vt hic fuit, quia dixit dato. & ideo vera ratio eſt ex natura termini: nam terminus reſpicit fauorẽ eius, cui aſſignatur interim dum pendet: poſt vero reſpicit fauorẽ aduerſarij. & p hoc facit quod no.ſ.de acq. hær.
2 l.quandiu inſtitutus.† No.in fi.ꝙ electio ea vltima volũtate non poteſt mutari.dicit gl.ꝙ hoc eſt propter tranſlationẽ dominij. ni dic ꝙ eſt, quia vltimæ voluntates non debent pendere, vt l. acceptum.com.prædi ſecundum omnes.

LEX XII.

Si pecunia, Legatario pecuniæ debetur pecunia numerata, licet in bonis teſtatoris non ſit inuẽta pecunia, ſed immobilia.h.d. & eſt arg. ꝙ licet hæres fecerit inuentarium: tñ ſi hæreditas eſt ſoluendo legatarijs quãtitatum, debet ſoluere quantitates, & non in corporibus hæditarijs. h.d. Iac.de Are.in tex.ibi, legata.vt quantitas. Dy.

§. Quod ita. Legatum in morte hæredis collatũ interim decedens legatarius non tranſmittit. h.d In gl.& ſic, in fi. ibi, ſed alius caſus, quia ibi exiuit conditio legati hoc ipſo ꝙ moritur inſtitutus, cui erat legatum ſub conditione, ſi non eſſet hæres, vt inf.quando di.le.ce.l.fi.Dyn.

LEX XIII.

1 *Teſtator ſi vni reorum mandat iura cedi contra reliquum, hæres cedendo videtur ceſſionarium liberare.*

2 *Debitor quando facto hæredis liberatur, imputatur hæredi.*

1 **Qui duos:** † Si vni reorum teſtator mandat iura cedi ↄ reliquum, hæres cedendo vr̃ ceſſionarium liberare, & ea hoc tenet alteri, cui eiuſdẽ nomen eſt legatũ h.d. & hoc eſt hic valde ſingulare, ꝙ ſi ſunt duo debitores, & vni ceduntur iura ↄ alterum, ꝙ hæc ceſſio habet duplicẽ effectũ. i.cedendarum ↄ alterũ, & liberationis in ſe ipſo, quod alibi neſcio, & l.illa q̃ multum ad idem facit, eſt J.de lib.leg.ſi damnatus. In tex.onera ſ.duplici præſtatione.i.in ceſſione, & ꝙ ſoluat tantundem de ſua burſa alteri legatario. No.quod hæc l.non ẽ vera de iure ſſorum, ſed hodie cum correi habent beneficium diuiſionis, ceſſio nõ poteſt fieri vni ↄ alterum, niſi pro parte hic ceſſionarius remaneat obligatus in alia parte, quam præſtabit alteri legatario: vnde hæc l.ceſſat hodie, quoniam correi habent beneficium diuiſionis ſm Pet. hoc tamen beneficium non habent illi, qui renunciant.item non habent illi, qui ſunt correi ea vltima voluntate, vt J.de leg.3.l.ille aut ille, in princ.& ſ.ti.1.ſi ex toto, §.ſi ita ſcriptũ, & J.ad l. Fal.l.in l.Falcidia hoc eſſe ſeruandũ. In tex.facto eius.i.hæredis cedẽtis.Dy.In tex eſſet. nam eo ipſo ꝙ per ceſſionem hæreditatẽ accepit, cæpit Mæuius eſſe creditor conſequenter deſinit eſſe debitor, quia non põt ipſe apud ſeip-
2 ſum obligatus eſſe, l.hæres a debi. J.de fideiuſ An & Cyn.† No. ꝙ quando facto hæredis debitor liberatur, imputatur hæredi. & per hoc dixit Bar.teſtator reliquit alicui actionem, quam habebat contra Titium, quam hæres legatario ceſſit. demum dũ legatarius ageret, fuit excluſus p excep.compenſationis ea perſona hæredis debitoris.dicit Bar.ꝙ habet legatarius contra hæredem regreſſum, quia facto hæredis non ſoluentis fuit debitor liberatus, vt hic, & J.eo.qui ſoluendo, in fi.arg. ſup ti.1.non quocunque.§.Caium, & inf.§.prox.

§. Si is qui. Iura ceſſa vni non poſſunt poſtea cedi alteri hoc d.In gl.contra.ibi ſol.vt quia ibi in ſpecie legata ſeparatim duobus, quod nil eſt, vt ſ.tit.1.l. ſi pluribus, dic ergo ꝙ ibi legauit ſecundo partẽ de eo, quod primo legauerat. vnde legato totius videtur derogaſſe p legatum partis in ea parte, ſicut per legatum ſpeciei derogatur legato generis in ea ſpecie, vt in ſpecie, vt ead.l.§.fœliciſſimo, & §.codicillis, & eſt expreſſum, C.de lega.l.cum quæſtio.Dyn.

LEX XIIII.

1 *Quoties duo ſimul relinquuntur, quæ ſimul valere non poſſunt, valet fauorabilius, ſiue prius, ſiue poſterius.*

1 **Si idem.** † Quoties duo ſimul relinquuntur, quæ ſimul valere non poſſunt, valet fauorabilius, ſiue prius ſiue poſterius.h.d.ſecũdum Dy.& Cy.In tex.euidens. vt quia dixit teſtõr libertate ſeruo data, talem ſeruum, cui libertatem legaui, tali lego, arg.inſ.de cond.& demon.l.nam ad ea. Pe.nam commemoratio libertatis, idem operatẽ, quod clauſula, non obſtante libertate relicta. & ſic eſt argu. quod commemoratio primi teſtamenti idem operetur, quod clauſula derogatoria.

LEX XV.

Si quis duobus. Legatum alternatiuum etiã a pluribus indebitum eſt indiuiduum in effectu. No quod in diuerſis rebus non poteſt fieri ſo. facit J. de uer.ob.l.in executionibus.

LEX XVI.

1 *Alternatiua poſita inter perſonas collata electione non habet vim copulæ.*

2 *Alternatiuæ natura eſt cuilibet in ſolidum rem appropriare.*

1 **Si Titio autem.** † Alternatiua poſita inter perſonas collata electione non habet vim copulæ.ad hoc allegatẽ. No.quod per alternatiuam cõſtituũtẽ duo rei credendi in ſolidum. & ille erit potior, qui prius litem conteſtabit. Item nota quod hæres, qui eſt in mora eligendi, perdit beneficium eligendi, ſicut inf.e.l.cum quidam. Item no.ꝙ in teſtamento poſſunt conſtitui plures rei debendi, ſicut in ↄctibus. In gl.imo vtrique.ſ.cuilibet pro parte. In eadem glo.ibi, tollit ↄn ſi. hic non fuit alternatiua ſimpliciter poſita, ſed cum p̃ãte eligẽdi. vnde hæc l.limitat illam l.cum quidam.in gl.debendi.i.quib. debet. Iac.de Are.ſed melius ſtaret credendi; & ita expoſuit Dy.
2 & no.† quod nã alternatiuæ cuilibet in ſolidum rem appropriare ſolet.in gl.ibi, neg.geſt. vt percepta communicet.ſed hoc eſt falſum, quia litera dicit ꝙ perinde eſt, ac ſi ipſi ſoli eſſet legatum. ad idẽ ad l.Fal.in Falcidia hoc eſſe ſeruandũ.aliud ergo eſt in pluribus legatarijs, aliud in plurib.ea quoniã communi pecunia ius eſt ↄctum in ſolidum, quia illi tenent communicare, cum ſint creditores ex cauſa non lucratiua. hic ſecus, quia nihil alteri abeſt. & ideo melior eſt condõ occupantis non ſolum reſpectu inſtãnæ, ſed etiam reſpectu finalis commodi, quicqd no.hic, & ſ. de cõd. indebi.l frater a fratre, ſm Iaco.de Are. & Pe. facit ad iſtam diſ. ꝙ no.ſup.ad Vel.l.vir vxori.§.ſi.c.rca fi.magnæ gl. ibi, qui pecuniam.ſed hic alternatiue, ibi cõiunctiue, & ideo utriq; pro parte ſecundũ Dy. nẽ in l. nr̃a vnus ſortit ius ex mora alterius: & ideo nil mirũ, ſi non debent cõicare, vt inf e.l.cũ quidam.§.Scæuola.

LEX XVII.

1 *Fideicommiſſi defectus ex poſtfacto contingens cedit commodo legatarij, non hæredis.*

2 *Nudum dupliciter dicitur.*

3 *Nullus miniſter nullum debet ſentire commodum, quia non repræſentat ſe, ſed alium.*

1 **Si quis Titio.** † Defectus fideicommiſſi ex poſtfacto contingens cedit commodo legatarij, non hæredis: ſecus in nudo miniſtro, cui nullum cedit commodum.h.d. In tex.mortuus.ſ.poſt teſtm̃, viuo teſtatore, & ſic non tranſmiſit. No quod teſtõr damnauit hæredem per viam legati, & legatarium per viam fideicommiſſi. & ſi deficit fideicommiſſum, non deficit legatum. hoc primo. Et ex hoc no.quod legatarius, qui debet alij reſtituere, non eſt nudus miniſter, licet ipſe aliquod commodum non ſit habiturus, vbi fideicommiſſum ſit vtile a principio, & ex poſtfacto: tunc certum eſt quod non retinet aliquod commodum; & tamen non dr̃ nudus miniſter ſe-
2 cundum glo.& Cyn.quod notandum eſt.† Aduertatis, quia nudum dr̃ dupliciter.uno modo nudum a iure agendi, & tunc nunquam legatarius dr̃ nudus miniſter, cum habeat actionem, & titulum legatarium, & in titulo differt a quibuſdam executoribus, qui habent actionem, & tamen ſunt nudi executores, vt ad pias cauſas: quia illi non habent titulum, nec habent actionem nomine ſuo, ſed nomine pauperum, vel ut ita dixerim nomine illius piæ cauſæ, vt C.de epiſc.& cler.nulli, & l.ſi quis ad declinãdam. ſecundo modo dr̃ nudum abſtractum a commodo: & hoc poteſt conſiderari dupliciter.i.potentialiter, & hoc modo legatarius non dr̃ merus miniſter, quia ex defectu fideicommiſſi poſſet ſibi remanere commodum, ut hic. alio modo actualiter, & tunc ubi imminet reſtõ, hr̃ loco meri executoris, ut nullum redeat commodum, ut ſup.man. l.creditor. §.inter. & ſup.ſde iure do.l.mulier.alias ſimplicius. & concluſio ſtat in hoc quod nudũ dr̃ vel abſtractum a commodo & titulo, uel abſtractum a com-
3 modo, ſed non a titulo, quod no & hoc eſt veritas.† Secundo no. hic regulam generalem, quod omnino nudus miniſter nullum debet ſentire commodum. & hoc patet ex vi ſermonis, & quia nudus miniſter non repræſentat ſe, ſed alium, ut infr.eo.peto.§. mater.In gl.ibi.§.mater.iſte §.male allegatur per gl. quia ibi nõ erat nudus miniſter, ſed mutatus.tamen ideo deficit legatũ, quia

eſat relictum contemplatione certæ cauſæ, quæ fuit per teſtō-rem adempta, & reuocata, & ideo reuocat legatum, vt inf de a-di. le. l. adēptio. § Seia. ſm Pe. In gl. cū alle. ibi. l. Lucius, §. j. ibi eſt caſus pro gl Dy. in ea gl. ibi, pro anima. gl. quæ quotidie allegat, quod ubi ſi quæ relinquit pro anima, dr relinqui ad pias cauſas, & hoc verū niſi ſit color quæſitus. nam ſi quis conſanguineo di-miti legat pro anima, hoc non cenſetur ad pias cauſas. ita dicit no. gl. in l. illud, de ſacroſan. eccl & in cor. ut. cum de ap. co. §. ſi v-num de prædictis. ibi, dum dicit, animæ piſſimæ, &c.

1 *Teſtator vbi ſentit de incerto, & indeterminato legatario, incerti de incertis determinando per hæredem non eligentem omnes agere poſſunt.*

2 *Appellans alternatiue reſeruata ſibi poteſtate eligendi, ſi eſt in mora eligē di, electio conuertitur ad aduerſarium.*

1 **§. Si hæres.** † Vbi teſtōr ſentit de incerto. i. indeterminato legatario, incerti de incertis determinādo per hæredem nō eligentē omnes agere poſſunt. h. d. & ſic legatum unius conuertit ad plures. inf. eo. l. cum quidā, ꝙ no. In tex. conſtituerit. i. hæres. In tex. omnibus. qui faciunt ſibi partes per concurſum, & repræſentant omnes re cōiuncti, q̄quā teſtōr ſenſerit de uno; ꝙ eſt no. nō ob. s. eo. ſi quis ſeruū § ſi inter duos. qa ibi teſtōr ſenſit de certo quo ad ipſum teſtōrē, hic uero de uno incerto, & indeterminato determinando tm̄ per hæredem, ſm

2 Pe. † Et eſt ar. iſte § ꝙ ſi qs appellat alternatiue, reſeruata ſibi ptāte eligēdi, & eſt in mora eligendi, ꝙ conuertat electio ad aduerſarium l. corā quo appellatus uelit proſequi appellationē. ſi aūt non reſeruaſſet ſibi electionem, Arc. & Io. And. dicunt ꝙ nō teneret appellatio alternatiua: tamen de facto ſeruaē contrarium.

LEX XIX.

1 *Errans circa electionem non poteſt variare, nec habet locum condictio indebiti propter errorem electionis.*

2 *Error non reuocatur poſt quam tranſiuit in executionem iuris, & facti, vel iuris tantum.*

1 **Si is cui** † Errans circa electionem nō pōt variare, nec hȝ locum cōdictio indebiti pp errorē electionis. h. d. Et hȝ locum in alternatiua, non in oblone generis, ut ſup. de ꝯ di. inde. cū is. §. fi. & ibi no. & facit s. de proc. is qui ſti. & rō iſtius l. eſt, quia in quolibet extraneorum reperitur debitum, & ideo quolibet exacto, vel ſoluto ceſſat condi. inde. Item in l. iſta non erat error in cauſa ſubſtantiali ipſius obligationis. ſed quodā extrinſeco valet electio, ſm Bar. opp. ſi hæres qui ſoluit tanquā Stichū legatū, credit eſſe legatarij: cū ergo non ſit legatarij. qa ex legato alternatiuo non transferē dn̄ium ante electionē, ſequiē ꝙ ſoluendo non transferat dn̄ium. ergo nō pōt uendicare, ut l. 3. §. ſubtilis, de condi. ob ca. Io. dicit ꝙ ille §. hȝ locum, qñ dn̄ium transferē ex mera voluntate tradentis, ſed hic dn̄ium transfertur ex legis ptāte. eo ipſo quod eligit ſiū dare. Bar. vel dic ꝙ dn̄ium transfertur potius facto teſtōris non errantis, quā facto hēdis errantis circa electionem, argum. inſ eo. vnum ex familia, in prin. & ſup. de teſta. tu. tutores. Non ab hær. No hic ꝙ error non reddit electionem nullam. quod eſt verum, quia hic in qualibet parte erat ius competens: ſecus cum eligitur ius incompetens, ut s.

2 de inoff. teſta. mr̄ decedens, § præterea. † Vltimo no. errorem nō reuocari poſtquam tranſiuit in executionem iuris, & facti, vel iuris tantum; ad hoc allegatur per Dy. inf. de uerb. obli. ſi ſeruum. §. ſequitur. & per Bar. hic, qui allegat ad idem l. qui ob rem non defenſam, ſup. de condi. inde.

LEX XX.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali in proprietate.*

1 **Sed & Proculo.** † Inter coniunctos coniunctione legali non habet locum ius accreſcē di in proprietate h. d. tex. ſed in uſufructu ſic h. d. gl. rō iſtius l. eſt, quia coniuncti coniunctione lega. non ſunt coniuncti iudicio teſtōris, ſed ex accidenti propter mediam perſonam, per quam cōiungūtur. Et no quod iſta l. non habet locum in hæreditatibus directo delatis, ut ſup. de acq. hær. l. ſi ſeruus communis ab extero. ſi: gl. ibi, facilius. rō eſt, ut no. in auth. hoc locum, C. ſi mu. ſecundo nup. & uide quod no. per Cy. & alios Doct.

LEX XXI.

Cum quidam. Legatum certæ quantitatis pro dote debetur, licet dos non debeatur, & uide inf. de uer. ſign. ſi diuortio. Et no. quod uerbum, reddere, quandoque ponitur pro dare.

LEX XXII.

1 *Teſtator non præſumitur velle duplicare legatum.*

2 *Teſtator poteſt præuenire hæredem in executione vltimæ voluntatis.*

3 *Executio ſemel facta, iterato non eſt facienda.*

4 *Teſtator non præſumitur minuere legatum.*

5 *Executio partis non tollit exactionem alterius partis.*

6 *Duratio voluntatis præſumitur, niſi aliud probetur.*

7 *Teſtator ſi legat rem cum commodis, & prouentibus quod veniunt percepta vivo teſtatore.*

8 *Reuocatio tacita non inducitur per actum neceſſarium, ſed per actum voluntarium fit.*

9 *Dominus comparens ex neceſſitate iuſſu iudicis, non videtur reuocare procuratorem; ſecus, ſi ex voluntate.*

10 *Aeſtimatio in bonæ fidei iudicijs propter difficultatē præſtandæ rei peti poteſt, ſecus in ſtricti iuris iudicijs, vbi nō eſt recedēdū a forma contractus.*

11 *Pater ſi legat filiæ mille pro ea maritanda, vel pro dote, demum pater ſuperuiuens tradit eam nuptui cum quingentis, an patre mortuo filia poterit petere reſiduum ab hæredibus vniuerſalibus patris, cum diſtinctione.*

Lucius Titius. Si teſtator, quod legauit viuens, ſoluit, legatarius iterum petere nō poterit, niſi probet teſtatorem duplicare voluiſſe. ſed ſi partem ſoluit, reliqua pars petitur, niſi hæres probet teſtatorem pœnituiſſe. vel ſic. ſi teſtator ipſe exequitur, vlterius executio nō petiē. h. d. In tex. ibi, cōmodis. id eſt introitibus, & emolumētis, facit j. de leg. 3. l. his verbis. In tex. ſi hoc. i. totum precium. Dyn. In tex. ibi,

1 exigebat. quærebatur. And. de Piſis. † No. quod non præſumitur

2 teſtator velle duplicare legatum. † Secundo no ꝙ teſtator pōt

3 præuenire hæredem in executione vltimi iudicii. † Tertio no.

4 ꝙ executio ſemel facta non eſt iterato fienda. † Quarto no. quod

5 teſtator non præſumitur minuere legatum. † Quinto no. quod

6 executio partis non tollit exactionem alterius partis. † Sexto no. ꝙ præſumitur duratio voluntatis, niſi aliud probetur, ſic s. de proba. cum tacitis, & l. quinquaginta. & s de confir. tu. in cōfirmando, & ex hoc apparet ꝙ voluntas ſemper præſumitur ea-

7 dem vniformis, niſi reuocata probetur. † Et no. hic incidenter, ꝙ ſi teſtator legat rem cum commodis, & prouētibus. ꝙ veniunt pcepta viuo teſtatore. Item no. de libello alternatiuo, peto rem, vel precium. Opp. & videtur ꝙ fructus medij temporis non veniant. vt inp. eo. l. cum pater, §. filia. ſo. iudicio teſtatoris veniunt, quia teſtator hoc expreſſit, vt hic: ſed iudicio l. non veniunt, ſcilicet, quando teſtator legauit ſimpliciter, vt in contrario, & adde quod no. in l. ſi quando, de bo. vacan. item adde quid in dona. cauſa mortis, & dic, vt j. ut t. l. ſed ſi habenti. item quid in dona. Inter viuos, quæ morte cōfirmatur, vt no. ſup. ti. t. talis ſcriptura. Secundo opp dicitur hic ꝙ per venditionem non videtur legatum reuocatum contra venditio eſt actus contrarius legato, qa quod vni legatur, alij datur. ergo inducit tacitam reuocationē, vt j. de ap l. rem legatam ſol. dicit gl. aut quis legat rem ſimpliciter: aut rem, vel æſtimationem. primo caſu diſtinguitur cauſa alienandi, aut fuit voluntaria: & reuocatur legatum. aut neceſſaria: & non reuocatur, vt j. de leg. 3. l. ſi. §. ſi rem. ſecundo caſu nō reuocatur legatum, quando debeatur precium a teſtatore re-

8 dactum, vt hic. † Ex hac ſo. no. quod per actum neceſſarium non inducitur tacita reuocatio, ſed per actum voluntarium ſic, non ob. C. de dona. inter vir & vxo. l. ſi maritus, vt ibi no. & eſt argu.

9 † ꝙ ſi dominus comparet ex neceſſitate iuſſu iudicis, non videtur reuocare procuratorium. ſecus, ſi ex voluntate. vt dicam in §. ſi rem. Quærit hic glo. quando teſtator alienat ex neceſſitate, an legatarius debet petere rem, vel precium? & dicit glo. ꝙ rem, alias non eſſet libellus bene formatus, vt inſti. §. ſi rem. eo. ti. Bar. dicit ꝙ poteſt peti etiam precium, quaſi ſuccedat in obligatione propter difficultatem præſtationis, vt s. tit. 1. l. plane, §. ſi rem emiſſe. quod credo verum, quia legata habētiuſtar bonæ fidei,

10 † & in bonæ fidei iudicijs propter difficultatē præſtandę rei poteſt peti æſtimatio, arg s. de act emp. l. 1. in prin. & quod no. inſti. de ac. §. actionum. ſecus in ſtricti iuris iudicijs, vbi non eſt recedendum a forma contractus, vt j. de verb. obli. ſi ſeruum ſn. § an

11 filius, & § effectus, & §. nouari. Quærit hic Dyn. † de iſta q. pater legat filiæ mille pro ea maritanda, vel pro dote filiæ. demū pater ſuperuiuens tradit eam nuptui cum quingentis, an patre mortuo filia poterit petere reſiduum ab hæredibus vniuerſalibus patris? & videtur hic caſus ꝙ ſic. ſed hæc l. non facit, quia hic loquitur in ſimplici legato. ſed quæſtio formatur in legato ob cauſam. nam vbi ob eandē cauſam interueniunt diuerſi actus, ſtatur vltimo actui, & non primo, vt inf. de ali. le. libertis quos, i prin. & ita no. s. de proba quinquaginta, & in hoc reſidet Dyn. Old. dicit contrarium, quia interitus cauſæ non minuit legatum certę quantitatis. vnde ſi lego mille pro alimentis illi, qui non indiget niſi ducentis: tamen conſequitur integrum legatum, vt j. de ali. le. Lucius, ad idem facit j eo. tit. l. quæro, de vſu & hab. l. ſi habitatio, §. ſed ſi ſic, C. d iure do ſi mulier, & quod ibi no. per Cyn. & j. de dona. l. donationes in concubinatu, §. ſpecies, & qd ibi per Iac. quidam vero diſtinguunt, aut dixit pro filia maritanda. & tunc quaſi finita cauſa ſit finitum legatum, arg j. de ali. le. alumnæ, §. Seia. & j. de au. & arg leg. medico, §. fi. & de cōdi. & demon. Titio cē. §. ſed cum ante nup. & quod no. s. de tranſac. cum hi. §. ſi vni. aut dixit, relinquo pro dote, & tunc non minuiē legatum propter nuptias, quia etiam conſtante matrimonio poteſt conſtitui dos. facit quod no inf. de actio. & oblig. obligamur, §. lege ego credo, ꝙ aut indicia ſunt mutatæ voluntatis, vt quia pater poſt teſtamentum genuit plures filios maſculos, & tunc intelligitur mutata voluntas, vt j. ti. 1. l. ſi filiæ pater, & ad hoc facit quod no. l. qui filiabus, ſup. ti. 1 §. 1. per Iacob. aut non apparent talia iudicia, tunc præſumo durare voluntatem, vt in l. iſta nonobſt. ſi dicis, cauſa eſt finita, quia modico quod eſt impleta.

impletā, vt C. de inſti. & ſubſt. l. antepe. & J. eo. ſi ita ſit ſcriptum, §. ſi pater. itē nō ob. l. liberis, quoſ. q̄a ibi erant duæ diſponendi formæ diuerſæ: hic autē non erat niſi vnica diſpoſitio, ad cuius execp. teſtator pro parte proceſſerat, & ideo non intelligitur reuocata: & ſic in hoc teneo dictum Old. & facit §. mand. l. creditor, §. ſi inter. Secundo eſt hæc l. in argum. q̄ ſi mater dixit ita, dono filiæ meæ tantum quantum relinquam filio meo, & poſtea mater pariter inſtituit filium, & filiam, q̄ nihilominus filia poſſet agere ex donatione: ad hoc §. tit. 1. Lucius, & tamen hoc non credo verū, quia ratione filij, ne filia præferatur plus habēdo, tacite vr̄ comprehēdi matris voluntas, q̄ reliquerit filiæ tanquam exequens illam donationem. non tanquam p̄ferens eam filio maſculo, arg. ſup. ſol. mat. ſi cum dotem, §. ſi pater, & l. fi. C. com. vtri. iudi. Quæro vltimo ſi teſtator rem legatam tradit, quē titulum habet iterum legatarius? ſol. vt no J. eo. l. legatū eſt, & ibi dicam. & per hoc patet, an tale legatum requirat confirmationem per aditionem hæreditatis; & credo q̄ non quia excedit notiſſimos terminos legati. ad hoc facit quod no. J. eod. l. cum pater, §. mater, in gl. 1. fal.

L E X XXIII.

1 *Electio in alternatiuo legato eſt legatarij.*

2 *Legatum alternatiuè factum de toto, vel parte, vtrunque eſt in obligatione.*

1 **Lucio Titio.** †In alternatiuo legato legatarij eſt electio. h. d. No. †quod vbi legatur alterna tiue totum, vel pars, q̄ vtrunque eſt in obligatione. Contra primum opp. q̄ ſit electio debitoris, vt §. de iure dot. pleriunque cū ius ſit electio in debito alternatiuo refert. aut verba executiua ſunt directa ad debitorem, & eſt electio debitoris. aut ad creditorē, & eſt electio creditoris tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus, vt l. ſi ita diſtrahatur, & l. ſi in emp. de contrah. emp. & eſt ratio, quia verba debent interpretari pro eo, cuius fauore opponuntur, vt J. quando di. le. ce. nec ſemel, §. 1. aut verba executiua in neutrum ſunt directa, tunc in legatis eſt electio legatarij, vt hic, idem in beneficijs, vt in l. 2. C. de caſtren. & mi. lib. 12. ſed in contractibus eſt electio debitoris, vt l. pleruque, & §. de eo quod cer. lo. non vtique, & dic, vt ibi. de hac materia no. per Dyn. in c. in alternatiuis. extra, de reg. iur. lib. 6. & Inſti. de ac. § huic, in pœnis verò criminalibus electio eſt iudicis, de effract. & expil. l. 1. §. expilatores, & C. de ſerui. fu. l. 1. & ibi p̄ Iac. But. caue tamen quod ſi ſtatutum dicit, Puniatur in cētum, aut amputet manus, q̄ iſta non eſt proprie alternatiua, ſed eſt quædam pœna ſubordinata. l. corporaliter in defectum pecuniariæ, & non propter naturam pœnæ corporalis, vt §. de iuriſ. om. iud. ſi quis id quod, & de in ius voc. l. fi. & adde quod dixi §. titu. 1. l. ſi quando, §. fi. Contra ſecundum no. op. & videtur quod pars præciſe debeatur tanquam minus, vt J. eo. ſi ita relictum, §. ſi ita ſcriptum. ſo. aut alternatio fit in res, in quib. cadit affectio. & vtrūque eſt in obligatione, vt ſi duo rei, de ver. ob. aut inter res, in quibus non cadit affectio, & refert. aut eſt electio creditoris, & idē, vt hic, & in l. plane, la 1. §. fi. ſup. ti. j. aut electio debitoris, & tunc ſolum eſt in oblōne quod minus eſt, quia debitor nunquam ē electurus, quod plus eſt, vt J. de ver. obl. ſi ita ſtipulatus fuero x. aut xv. & ibi per Dyn. & Pet. poteſt dici q̄ iſtud eſt verum de toto, & parte, q̄ eſt eiuſdem formæ. & naturæ: ſecus, ſi pars non ſit eiuſdē formæ & naturæ, vt eſt vſuſfructus formalis, quia tunc cuiuſcunque ſit electio, vtrunq; eſt in obligatione alternatiuę, vt J. de viuſ. leg. ſi Titio fundus, & iſtud eſt meum dictum.

L E X XXIIII.

1 *Electionem habēs perſona ad voluntatem poteſt præferre indignum digniori ſecus ſi habet electionem inter dignos.*

2 *Verbum volo, denotat arbitrium ab omni æquitate abſtractum.*

3 *Eligens indignum ſe facit indignum, & præſumitur illum indignum ſcienter elegiſſe.*

4 *Mora eligendi poteſt purgari vſque ad litem conteſtatam.*

5 *Competitores plures quando ad idem poſſunt admitti, quidam venientes, & ius commune omnium proſequentes, non ſunt audiendi niſi alijs citatis, & explorata eorum voluntate.*

6 *Voluntas dicitur eſſe duplex.*

7 *Poteſtatem habens eligendi pauperes, non tenetur eligere pauperiores.*

Cum quidam. Habet tres partes principales. Nam ponit quatuor dicta Marcelli. Secūdo ponitur reprehenſio Scæuolę circa 4. dictum, & ſubditur rō reprehenſionis p̄ Scæuolam ſatis cōfuſe, & obſcure. Tertio opinio Scæuo. confirmatur p̄ auctorē legis cum quadam modificatione. ſecūda ibi, Scæuola. tertia ibi, vr̄. quarta ibi, niſi forte. & hæ ſunt partes huius l. dictum in l. ſi tamen, q̄ cōtinuauit, addit

1 nouum dictū ad prædicta, & hoc facit, †& hoc dicit. habens electionem perſonæ ad voluntatem, poteſt præferre indignum digno. hoc primo. Sed habens electionem inter dignos eligendo indignum ſe priuat poteſtate eligendi, & omnes digni admittuntur. hoc ſecundo. Et ſi neminem eligit, & eſt in mora, ſimiliter admittunt omnes, inter quos cadebat electio. hoc tertio. Et ſi aliqui decedant. non tranſmittunt ante electionem, ſed vltimo riens tranſmittit. hoc quarto ſecundum Mat. Sed ſm Scęu. omnes tranſmittunt poſt moram hæredis, quæ redditur inpurgabilis, ēt vno litem conteſtante. hoc quinto quod verum eſſe apparet ex dicto Marcelli. quia ſi mora hæredis differt omnibus petitionem, neceſſario ſequit̄ quod omnes tranſmittunt tanquā purum legatum hoc ſexto. ſi aūt interim anteq̄ hæres ſit in mora eligendi, aliqui decedant, non tranſmittunt præter vltimo morientem. hoc ſeptimo. Et ſi omnes veniunt, & qui de alijs abſentibus agunt. non admittuntur ad ſolidam petitionem, niſi explorata abſentium voluntate. nam ſi volunt abſentes concurrere, faciunt partes per concurſum. ſi non volent, tunc petentes admittuntur ad ſolidi perſecutionem. h. d. octauo, & vltimo vſque ad l. ſi, cuius. ſm dictum Marcelli incipit ibi, & ſi ita. 3. ibi, idē ait. 4. ibi. plene. dictum Scæuolæ ibi, Sceuola. cōfirmatio ibi, vr̄ limi

2 tatio reprehenſionis ibi. niſi forte. caſus nouus, ibi ſi tñ. † No. q̄d verbum volo, denotat arbitrium ab omni æquitate abſtractū & ideo dicit Pe. no. ꝯ illos, qui ſubmittunt ſe voluntati alterius promittendo q̄ quicquid ille uoluerit facier, quia ſeruāda eſt voluntas ſiue æqua ſiue iniqua, vt hic, & ſup. de arb. l. diem proferre §. ſtari. ſecus ſi arbitratu alicuius ſe ſubmittunt, quia iuſtum arbitriū important. & ideo ſi iniqua ſit eius voluntas, requirit̄ ad arbitrium boni uiri, ut ſup. pro ſocio. l. ſi ſocietatē, & inſ. ti. j. l. ſider. §. q̄q̄ ſm Ia. de Ra. & Pe. Aduerte quod iſti volūt q̄ ēt tanq̄ in arbitrum compromittat̄ poſſit reduci, ſi compromittit̄ tanq̄ in arbitrum non tanq̄ in meram voluntatem, q̄d tenent canoniſtæ, vt no. 2. q. 6. c. a iudicibus. item volunt iſti Doc. q̄ ſi cōpromittit̄, tanq̄ in arbitratorē cū pacto q̄ ſtet̄ eius voluntati, quod non poſſit peti reductio tñ ꝯnum no. in l. pe. ſup. de arbi. & C. de do. promiſ. l. 1. per Cyn. & hoc eſt verius. non ob. hæc l. quia hic loquit̄ in uoluntate declaratiua, non in voluntate diſpoſitiua, vel obligatiua. quia hoc non pōt fieri, & no. inf. de reg. iur. l. in perſonā, §. generaliter, & ſupr. ti. j. l. Senatus, §. legatum. omnes tñ fatent̄ quod rōne doli ſemper pōt peti reductio, ut ſup. de arb. l. nō diſtiguemus, §. cū quidam, & ſup. man. l. creditor. §. Lucius. quæ ver-

3 ba uo. † Secundo no. hic q̄ qui eligit indignum, ſe facit indignū, & præſumit̄ ille, qui eligit indignum, ſcienter elegiſſe, vt ſup. de confit. tu. l. ſi patronus, & ibi per Iac. de Are. Tertio no. quod propter moram relictum voi perſonæ non determinatæ a pluribus

4 petitur. † Quarto no. quod mora eligendi poteſt purgari vſque ad litē cōte. Quinto no. q̄ illud, quod eſt in pūri petitione, nō eſt in tranſmiſſione. Sexto no. quod condō importata per relatiuū

5 iunctū verbo futuri temporis impedit tranſmiſſionē. † Vltimo no. in l. ſi tñ, & q̄n ad idē pñt admitti plures competitores, quidā venientes, & ius cōmune oīum perſequētes nō ſunt audiēdi, niſi alijs citatis, & explorata voluntate abſentiū. & iſta eſt multū no. theorica, & practica ſm Bar. & adde q̄ notat. C. ad Tre. l. pe. §. fi. & facit inf. de aqua plu. ar. l. in concedendo. Opp primo. & vr̄ q̄ legatū non poſſit conferri in uoluntatē hæredis, ut ſup. ti. j. l. Senatus. §. legatū. ſo. ſubſtantia legati non pōt cōferri, vt ibi. ſed qualitas, & declaratio perſonæ ſic, ut hic. & ita dixit tex. inf. de rebus du. l. virum, §. cū quidam. & facit de ma. vindi. l. pater ex prouincia. ubi dr̄ q̄ declarator eſt pica, & organum, non aūt diſpoſitor actus. Secundo op. dr̄ hic q̄ hrs d; eligere ſine mora ꝯ inf. e. l. cum pr. §. logo. ſo. aut eſt data ptās eligendi q̄ncunque voluerit: & tunc vſque ad mortem durat ptās eligendi, ut ibi. aut ſimplr̄ & tunc d; eligere ſine mora, ut hic ſm Cy. & hoc eſt no. q̄ q̄n aliqui ſunt facti electionarij, puta alicuius capitanei, quod tacite vr̄ ineſſe quod eligāt quam primū poſſint. unde electio non d; diu ſtare in ſuſpento. Tertio op. quod vſq; ad annum duret ius eligēdi, ut C. com. de le. l. fi. §. ſed & ſi quis. ſo. ibi in electione rerū, hic perſonarum ſm Bar. intellige q̄ in electione perſonarū d; eligere ſine mora temporis. nunquid tñ ſi teſtōr reliquit mille pauperibus eligēdis per quoſdā executores, an habeat locū hæc l. & dico quod non, q̄a hic loquit̄. q̄n eſt collata electio circa incertam perſonam de certis. unde propter morā oēs tanq̄ certi admittuntur ad peti. ut hic, & ſup. eo. ſi quis Titio. § ſi hæres. ſed in exemplo poſito eſt relictum certo de incertis. quo caſu lex dat annum executori ad declarandū: alias poſt annū deuoluitur declaratio ad Ep̄m, vt l. nulli, prope fi. de Epiſ. & cle. & ita tenet Iac. de Are. in materia executorum, quicquid dicat hic Bar & ſic practicat. Item op. dr̄ hic quod hæres poteſt purgare moram. inſ. eodem. ſi is cui. ſo. ibi interuenit electio, per quam dominium transfert̄. hic non interuenit talis electio. & ideo dñium hoc nō transfert̄ cum mera pot. potuit purgari ſecundū Bar. Item op ad idem de l. ſtatuliberum, §. Stichum. ſup. eo. ſo. ibi fuit appoſitum tp̄s certū iudicio teſtōris. hic aūt nō ſunt præfixa certa dies per teſtōrem: vnde minus agitur cū l. q̄ cū teſtatore. item minus agitur in die incerta q̄ certa circa purgationē moræ, ut no. Cy. in l. magnā. de ꝯ ien. & cō. ſti. quod no. Vltimo op. & vr̄ q̄ liberi in deſcendentes tranſmittant, q̄a tacita condō non impedit tranſa. ut l. condōnes quæ extrin. de cond. & de. ſed condō importata per relatiuū eſt tacita, ut no. §. ti. j. l. Stichū. ergo non impedit trāſmiſſionem

respondet Dy. quod tacita condi. non impedit transmissionem: verum est, quando legatarius est certus, sed hic non est certus legatarius, & ideo non transmittit fm Dy. intellige quando est certus, nisi ultimus moriens, vt inf. de op. le. l. optio. & ideo semper vltimo moriens
6 transmittit, quicquid sit de alijs præmorientibus. † Quæro primo an hæres posset eligere quoslibet indignos, vel non capaces? & videtur sic, quia voluntas alicuius potest facere multa, & multa dicit sic, est duplex voluntas, vna absoluta, alia regulata, vt hic, & in § quærebatur, quam. sol. dic. quod hæres potest eligere indignum, simpliciter tamen, sed non indignum de iure, vt non capacem, arg. eorum quæ not. in l. Lucius. § in testamento. infra eo. & no. quod indignus dicitur qui offendit testatorem, item infamis, dicitur quem testator offendit: & de ma. te. testator Centurio. & si talis offensa interuenisset post testamentum homini non posset eligi, arg. sup. de confir. tu. vtilitatem, & infra de adi. leg. l. in fi. vnde quod hic dicit de demerito, est intelligi quod demerita præcesserint testamentum, secus si postea interuenerit, & adde infra eo. l. Lucius Titius Daciam. Secundo quæro, si quis hæres debet eligere dignum, vtrum debet præferre digniorem? & dicit glo. quod non. & est dignus omnis, qui non est odibilis legi, vel testatori. dicit Pe. quod illud est verum vbi datur alicui hominis electio, secus, si a lege, vbi dignior præferri, vt in auth. de mona. § ordinationem, collat. i. vbi dignior præferri, quando sunt plures coelecti, sed si est vnus solus electus, talis electio est digna,
7 licet alij sint digniores. & per hoc no. quod qui habet potestatem eligendi pauperes non tenetur eligere pauperiores, et tamen non tenetur servare formam iuris communis, quæ disponit de pauperiore secundum Dy. Tertio quæro, vbi nemo eligit, an admittantur omnes tam digni quam indigni? Rn. sic, vbi testator contulit in voluntatem, sed vbi in arbitrium non admittuntur nisi digni, fm Cy. & alios. Vlt. quæro si vnus ex pluribus electus verum tenetur alijs conferre? Rn. sic, si alij habent ratum, & non potest eis imputari negligentia, si autem non haberent ratum, vel sunt exclusi per suam negligentiam, non tenetur eis communicare exactum, vt in l. si tamen. Dy. & An. non ob. § post. Titio autem Seio. quia ibi loquitur in pluribus, quibus debentur in solidum. hic loquimur in pluribus, qui faciunt sibi partem per concursum, ... In l. si tamen, habes vnam gl. quæ dat illam formam citandi vocatos, & petas si vis, & habes sic gloss. in l. de pupillo. § nunciasse, de ope. no. nun. & C. si man. ita fue. alie. ea, quidem item dicit gl. quod post terminum quis excluditur a iure suo, quod dic, vt inf. de op. le. l. mancipiorum, & plene no. per Inn. extra, qui ma. ac. possunt, cum in tua.

LEX XXVI.

1 *Testator rem simpliciter legando, intelligitur legare proprietatem suam, & formalem vsumfructum hæredis.*

1 **Is cuius in seruo** † Testator legando rem simpliciter intelligitur legare proprietatem suam, & formalem vsumfructum hæredis compu. sup. eo. cum filius. § dominus, & l. Mæuius. § fundo. No. quod testator videtur legare non solum ius proprium, sed etiam ius hæredis sui illud intellige tamen quando ius hæredis confunditur per aditionem hæreditatis, nam eo casu tale ius reputatur esse pars rei legatæ, & non dedit ab ... hæredis, vt inf. eo. Mæuius. § fundo. & sup. de seru. Per. ... tamen non intelligit testator legare, vt inf. eo. l. si quis ... § si. & inf. si vsusf. le. Sticho. & C. de leg. l. ... patrimo.

LEX XXVII.

1 *Præstatio vnica finalis, vnicum facit videri legatum.*

1 **Si illud** † Vnica finalis præstatio facit vnicum videri legatum, siue alternatiuum, siue sub diuersis conditionibus relictum eidem ab eodem, vel eidem a diuersis, vel diuersis a diuersis h. d. Vel sic, cuius existentia in vna re terminatur, illud dicitur vnum legatum. Vel sic, illud dicitur vnum quod finaliter est vnum. Et istud est, quod solum ... quia vna est vnitas finalis, & alia est vnitas quo ad conceptionem verborum, lex n. nostra loquitur de vnitate fi. sed l. quæ loquuntur respectu concep. verborum, & respe... pluralitatis rerum quantum ad finalem effectum legati. & facit sup. de condi. inde. l. ... § ... per hanc l. colligitur, quare in legato alternatiuo non transit alternatiuum dominium, quia istud legatum habito respectu ad finem est legatum vnius rei non pluriu rerum: & ideo non debet transire dominium plurium rerum. nec ... dominium est quædam executio, quæ non debet fieri in vtraque re, ... alternatiuis, n. admittitur petitio alternatiua, sed executio necesse est quod fiat in altera re: & vnde quod no. sup. de rei ven. l. si in rem ... aliquis.

LEX XXVIII.

1 *Priuilegium personæ concessum, personam non egreditur.*

1 **Cum patronus.** † Quod alicui in priuilegium prædictur, personam non egreditur. a la. de Are. & Dy. uel sic, grauamen appositum in legitima quod est nullum respectu eius, cui infert. est aliquid respectu eius, cui accrescit. h. d. no. in tex. quod l. priuilegium. No. quod onus quod infertur in legitima, est tanquam pro non scriptum quo ad eum cui debetur legitima. sed si ille repudiat legitimam, & accrescit cohæredi, mutatione personæ mutatur nomen iuris, & onus inutiliter ... qd no. pro legitima patroni, & idem est pro legitima filij. Dico etiam quod

illa portio quæ legitima non est legitima, si repudiatur ab eo, cui debebatur, sed assumit generale nomen reliquæ hæreditatis.

ADDITIO.

a Non egreditur. Vnde mutata persona mutatur priuilegium, fm eundem Bal. in rubr. C. de vsu. q. vers. quæ mutatione personæ, per l. i. C. de impo. lucra. descri. lib. 10. in l. Paulus, in fi. sup. ad S. C. Treb. And. Barb.

LEX XXIX.

1 *Fideicommissum legatario iniunctum non resoluitur, resoluto relicto, sed fit ... præstari ab hærede.*
2 *Hæreditatis portio siue onere cohæredi accrescit tribus concurrentibus.*

Cessus pater meus. Legata quasi caduca accrescunt cum onere: pro non scripta non crescunt sine onere. h. d. Dyn. & alia lec. firmatur in glo. quæ incipit, sed post testam. sed reuocatur in dubium in gl. quæ incipit, ex hoc. & dicit Pe. quod illa non est vera lec. sed infra dicam veritatem in processu. Et dicunt vt sm gl. & Dyn. in tex. sunt tres partes. prima loquitur in quasi caducis. Secunda loquitur in pro non scriptis in genere. Tertia loquitur in pro non scripto in specie ponendo exemplum. secunda ibi, quod alicuius, tertia ibi, si filio, in tex. ibi, ipsius. s. testatoris, vel liberti ... curo. Dyn. in tex. decessisset post
1 testamentum, & sic erat legatum quasi caducum. † No. quod resoluto relicto non resoluitur fideicommissum iniunctum legatario, sed debet
2 præstari ab hærede. † Secundo no. in § quod alicuius, quod portio hæreditatis accrescit cohæredi sine onere tribus concurrentibus, primo quod sit pro non scripta. secundo quod onus sit iniunctum alicui, & non omni hæredi, tertio quod sit iniunctum sub nomine proprio, & non appellatiuo, & hoc verum, quicumque sit iste cohæres, ... accrescit, siue extraneus, siue filius, & h. d. Pe. tamen non placet quod sit differentia inter pro non scriptum & caducum, vel quasi in hæreditatibus, quia semper dicitur accrescere cum onere, nec non placet sibi differentia inter nomen proprium, & appellatiuum, cum semper ... tacita conditio, si hæres erit, ... appona... non ... proprium, ... est tacite qualificatum & conditionatum fm Pe. ad hoc infra de fideic. lib. l. Lucius, tu dic vt dicam in solutione contrarium, In gl. sed post testam. ibi, secus in pro non scripto, quam nullum habes inuentum, vt no. infra de hæred. insti. l. ... & infra de do. ad ... si. In ea gl. ... ibi, no. ... dic quod, ibi Iustinianus loquitur habito respectu ad legem Papiam, quæ disponebat caduca confiscari vt sup. de ... hæreditatem ... §. antequam, & hoc est quod corrigit Iustinianus, vt ibi no. l. media iuris prudentiam inuentam per Pap. Bar. In ea gl. ibi, ... debo... legatario: & ideo non fit digestio post ... ad hæredem ... dic quod illud legatum non est caducum, sed sua natura finitum, sicut si esset legatum ad certum tempus finito tempore, & ideo finito legato finitur onus fideicommissi, quod coniunctum erat eidem tempori, & sic non ob. In ea gl. & l. peculium, & infra de vsuf. leg. l. si ab eo. p. Dy. & And. In glo. ex hoc §. ibi, in singulis, & l. ... § si cohæredis ... In ea gl. in pro non scripto hæc vera. Dyn. sed Pet. dicit, quod ista est falsa, quia hic loquitur in hæreditate accrescente. licet enim pro non scripta accrescant sine onere, vt ead. §. in primo tamen hæreditas cum onere accrescit, vt ead. § is ita, pro hoc ... est de iure cod. quidam referunt, in fin. Pe. illa l. non probat hoc, quia ibi pro non scriptum respicit codicillos, sed in institutionem hæredis, ita quod ibi institutio non erat pro non scripta. sed Bar. allegat pro Pe. de leg. i. l. si duobus, § hæres sed ille § hoc non dicit, quia ibi vnus tantum fuit scriptus, plures vero grauati, vnde aliud est dicere, iste non est scriptus: aliud, iste est pro non scriptus quod no. fictionem, quia vbi non est essentia, fingitur per l. non esse scriptura l. ergo Bar. non loquitur proprie in pro non scripto, sed magis in quodam relicto inepto quo ad eum, qui erat scriptus hæres, apto tamen quo ad eum, qui erat scriptus hæres. Item allegatur ad idem de leg. i. ciuitatibus, § Lucio, sed ille §. non loquitur in vero pro non scripto. & hoc patet ex verbo, habendum esset quod denotat quandam fictionem, vt no. infra de verb. sig. mercis. vnde ille §. loquitur in quasi caduco, & sic non est contra glo. ad § is ita. responde quod intelligitur secundum distin. pro § in primo, & pro secundo. & ita potest defendi gl. & Dy. sed dic verius secundum quod no. infra de cond. & demon. quæ conditio, in glo. parua, quod aut loquimur in pro non scripto legati: & remanet sine onere. aut in pro non scripto hæreditatis, & tunc refert aut fuit onus infertum omnibus hæredibus; & tunc accrescit cum onere, vt in § is ita aut onus insertum certo hæredi, & non cohæredi, tunc accrescit sine onere, vt hic. & ideo ponderanda sunt illa duo verba, quæ sunt hic, scilicet alicuius, & nominatim. item tenet gl. in l. quæ conditio. & Bar. etiam hic, & est veritas, sed quæ est differentia inter pro non scriptam hæreditatis, & legati? & respondeo, quia hæreditas habet personam repræsentatam, in qua potest vitari oneris, sed res singularis, & certa non habet in se repræsentationem personæ, vt ... eodem quædam § i. & l. ex facto, de hæred. insti. sed quid est ratio quod aut grauantur omnes, aut vnus nominatim, in pro non scripto hæreditatis? respondeo, quia quandoque omne onus est a gradu; & ideo afficit succedentem in illo gradu, sed quando ab vno, onus non est a gradu, sed a persona, sm. de lib. & posth. l. & si per ... quando ab omnibus, omnes sunt in onere coniuncti.

Q. vnde

vnde,vt videt hic ĩ tex.in ver.ſane,ꝙ ibi ab eo.hic a diuerſis.Ext.
op.ſm Dy.ſic, imo vr ꝙ qñ debitor legat creditori,licet per eũ

dem modum,legatum ſit vtile propter duo commoda, quæ cõ
ſequuntur ex legato,& non ex contractu.ſ.quia habet dominiũ
ſine traditione, vt C.communia de leg.l.2.quod non eſt in con-
tractu. Item quia poteſt per actionem ex teſtamento conſequi
expenſas litis,vt J.de leg.3.l.ſi mulier.§.ſi rem.ſo.aut debitor tan
tondem legat; & inutile eſt legatum, quia nec transfert domi-
nium,nec veniunt ſumptus.aut eſt debitor ſpeciei alienæ;& idẽ,
aut propriæ,nunc aut hæreditariæ aut propriæ.i.quæ non fuit te
ſtatoris.ſi quidem fuit teſtatoris,non valet legatum, vt hic.ſi au
tem non fuit teſtatoris,valet legatum;& ita loquitur lex contra-
ria ſecundum Dy & alibi dicit Dy. quod ſemper valet legatum
non propter emolumentum circa rem legatam, ſed propter ta-
citam hypothecam,quam prius habebat,& nunc habet, vt not.
Dy.ſup.tit.1.l.ſicut legatur.§.fin quod forte non eſt,quia ſi non
tenet principale,non tenet hypotheca,quæ eſt acceſſoria,vt inf.
3 de lib.leg.l.petitor.In gl.quod quatuor.ibi.&c.† Quinto no.glo.
ſingula.quod plus dicitur quinque modis,re,tempore,loco,cau
ſa,& actionis genere. dicitur ſexto modo plus dominij tranſla-
tione,vt d.l.ſi rem,ſecundum vnum intellectum.Item acceſſio-
ne cautelæ,vt l.ſeruus,in princ.ſolu.matri.& ſic ſeptem vel octo
modis dicitur plus.

A D D I T I O.

a Nõ concurrunt.adde tex.in l.omnes.inſ.de ac.& obl.adde d.Alexan.de
Imol.in l.exiſtimo.inf.de verb.oblig.

1 *Teſtatores duo legando partem indiuiſam,ſine relatione ad eandem partẽ, vna parte ſoluta per vnum hæredem,non liberatur alter hæres.*

2 *Cauſæ plures lucratiuæ quando concurrere poſſint.*

3 *Actio ſemel extincta non reſuſcitatur.*

4 *Receptio penſionis ab emphyteuta poſt ceſſationem biennij,non reſtituit ius emphyteotæ,quod eſt ſemel extinctum.*

5 *Demonſtratio duplex eſt,ad oculum,& ad intellectum.prima tertior eſt.*

§.Duorum. Duæ cauſæ lucratiuæ non concurrunt in
eadem parte deſignata,ſed poſſunt ſucceſ
ſiue quo ad ſolutionem concurrere in eadem parte indiuiſa, nõ
deſignata. Item in legato generis in eadem ſpecie non poſſunt
concurrere duæ cauſæ lucratiuæ. idem in ſtipulatione ex cauſa
lucratiua,quia in legato generis ſpecies,quæ ſoluitur, fingitur a
principio declarata, h.d.iſte §.principaliter diuiditur in duas par
tes.Primo tractat de legato partis indiuiſæ. Secundo tractat de
legato generis. Secunda ibi,non idem. Prima ſubdiuiditur in
quatuor partes, nam primo ponit quando legatur pars indiuiſa
deſignata. Secundo ponit quandam ampliationem circa idem.
Tertio ponit quando legatur pars indiuiſa non deſignata.Quar
to ponit rationem differentiæ inter deſignatam & non deſigna
tam. vel poſſet dici quod quarto reſpondet cuidam obiectioni.
Secunda ibi,neque poſtea. Tertia ibi,ſed ſi pars.Quarta ibi,neq;
plures.Item ſecũda pars principalis ſubdiuiditur in quatuor par
tes,nam primo ponit quoddam dictum in legato generis.ſecũ-
do extendit illud ad ſtipulationem.tertio probat per vnam ratio
nem.quarto probat per quandam comparationem, ſeu per ar.
a ſimili.Secunda ibi,eandemque. Tertia ibi,hominis. Quarta
ibi,neque.In tex.eſt pro indiuiſo.Dy.ſo.In tex ex alio teſtamen-
to.i.ex teſtamento alterius teſtatoris. Dy.In tex.ſimpliciter.i.ſi-
ne demonſtratione perſonæ domini.In tex.alteram actionem.i.
actionem ex teſtamento ſecundi competentem.Dy.In tex.ſuã.
i.iſtius alterius hæredis, cuius obligatio durat. No.primo quod
quando duo teſtatores relinquunt eidem eandem partem pro
indiuiſo deſignatam,puta partem quæ Mæuij eſt,ſoluta iſta par-
te per hæredem vnius teſtatoris obligatio vtriuſque hæredis eſt
extincta, & licet legatarius alienet illam partem: tamen recedẽs
ab eo dominium obligationem funditus extinctam nõ reſuſci
1 tat.† Secundo no. quod ſi duo teſtatores legant partem indiuiſã
ſine relatione ad eandem partem, quod vna pars ſoluta per vnũ
hæredem non liberat alterum hæredem. & ex hoc ſequitur qđ
ſi legatarius alienat partem ſolutam,poteſt ei eadem pars itera-
to ſolui.Tertio no quod iſtud non eſt ꝯ regulam de duab.cauſis
lucratiuis,quia regula obtinet certam rem, quæ habet fines a na
tura, vel per ſpecificationem, vel demonſtrationem teſtatoris,
non autem in re non demonſtrabili,ſed quæ ſolo intellectu per-
cipitur,ſicut eſt pars indiuiſa. Quarto no.quod ſi duo teſtatores
legant eidem in genere, vnus hæres ſoluendo nõ liberat alium,
ſed facit quod ſpecies ſoluta eximatur ab alio legato, & a pote-
ſtate ſoluendi eandem ſpeciem,& quod idem eſt in contractib.
lucratiuis. Quinto no. quod legatum generis eſt legatum ſpe-
ciei de genere, non ſpeciei determinatæ, vel demonſtratæ per
ſolutionem, & ideo in eadem ſpecie demonſtrata non poſſunt
procedere duæ cauſæ lucratiuæ. Vltimo no. quod in legato ge-
neris non venit res legatarij,cum habet dominium a princip.&
eodem modo eximitur a legato,ſi nanciſcitur dominiũ ex poſt-
facto.Opp.cõtra iſtum §.de templo ad ſerpium. nam primo dicit
quod ea pars indiuiſa de vno non debetur,vel ſoluitur.ſed ſtatim
poſt dicitur in ver ſed ſi pars quod obligatio non tolliũ, & ꝙ ea.
ps đ vno ſolutũ,& ſic ꝯdicit ſibi ipſi ĩ duob.primo reſpectu obl'o
nis ĩ primo caſu tollẽdæ,ſecũdo reſpectu ſolutionis:qa in primo
cauſa

caſu in eadem parte indiuiſa non compatiuntur ſe, & ſic vide-
tur magna contradictio. ad hoc reſpondeo ſecundum Dy. ꝙ nõ
poteſt aliud dici, niſi ꝙ in primo dicto huius §. obligatio perſo-
næ, cui competit dominium partis, includit concurſum cauſarũ
lucratiuarum. ſed in d. §. ſup. ſed ſi pars, nulla ſuit facta aſſignatio
partis, & ideo ſolutione vnius partis non perimitur altera obli-
gatio, & perſeuerante obligatione ex eius conſequentia permit-
titur ſolutio; & ſic nõ ob. Ex hoc collige duas regulas. prima eſt
ꝙ in eadem parte deſignata extinctio vnius obligationis eſt ex-
tinctio vtriuſq. obligationis, quod eſt verum, quando extingui-
tur obligatio per veram & naturalẽ ſolutionem: ſecus, ſi extin-
gueretur per ciuilem. vel interpretatiuam ſolutionẽ, vt ſ. tit. 1. l.
plane, §. duorũ. & eſt ratio, quia regula de cauſis lucratiuis habet
locum, quando vtraq; ſolutio foret eiuſdem generis, & formæ,
ſed diuerſitas formarum in ſoluendo excludit regulam de pluri
2 bus cauſis lucratiuis. † Secunda regula eſt iſta, ꝙ in eadem parte
non indiuiſa per teſtatorem non deſignata impoſſibile eſt quod cõ
currant diuerſis temporibus plures cauſæ lucratiuæ. ratio, quia
cum non ſit ſublata obligatio altera per alteram, ſecũda ſolutio
in eadem parte contingit ex accidenti, non ex forma obligatio-
nis, & dicamus ſic. aut loquimur de concurſu liberationis, & obli-
gationis, aut de concurſu circa liberationem. Primo caſu nõ eſt
dubium qđ illæ obligationes etiam eiuſdem generis, & formæ
concurrere poſſunt, vt d. l. plane, §. quod ſi rem. Scđo caſu ſimili
ter poſſunt concurrere, vt hoc §. 1. reſponſo. Tertio caſu ſcilicet
vtrum obligatio vnius concurrat circa liberationem alterius, re
fert, aut ambæ cauſæ formaliter concernunt eandem partẽ; &
non concurrunt, vt hoc §. 1. reſponſo. aut nõ concernunt forma
liter eandem partẽ, ſed cõcernunt partẽ in gñe, & tunc concur-
runt, vt in ver. ſed ſi pars. & ꝙ pars indiuiſa abſolute prolata dica
tur pars in ſpecie, no. in l. 1. §. pen. ſ. ſi pars her. pet. Quarto caſu re
fert aut extinctio vnius cauſæ eſt extinctio alterius, & non eſt tra
ctandum de concurſu. aut extinctio vnius cauſæ eſt exemptio
ab altera, & non eſt tractandum de concurſu, vt in verſ. non idẽ.
aut non eſt extinctio, nec exemptio; & tunc procedit concurſus
reſpectu eiuſdem partis, ſed non reſpectu eiuſdem temporis, vt
in verſ. atque Secundo opponitur & vr, quod duæ cauſæ lucrati
uæ concurrunt quo ad obligationẽ, & ſolutionem in eadem re.
vnde vr obſtare ſup. titul. 1. l. ſi ſeruus legatus, §. 1. Sol. aut plures
cauſæ poſſint concurrere & refert, aut ſunt omnes oneroſæ &
poſſunt concurrere, aut vna lucratiua, & alia oneroſa; & idem,
vt ſup. tit. 1. l. ſi ſeruus, §. Stichus. de act. & oblig. l. ſi ex promiſſio
ne, de ſol. l. qui duos, in princ. ſecundum vnum intellectum aut
ambæ cauſæ ſunt lucratiuæ, & tunc refert, aut ſumunt originem
in eadem perſona, aut in diuerſis. ſi in eadem perſona ſcilicet re-
cipientis, non dico debentis, non concurrunt, vt hic 1. reſponſo.
aut in perſonis diuerſorum, ſcilicet creditorum, nõ debitorum,
quia ita debet intelligi iſta materia, tunc refert, aut quælibet cã
eſt in ſolidum perſecutoria; & concurrunt ambæ cauſæ, vt d. l. ſi
ſeruus legatus, §. 1. aut quælibet eſt perſecutoria partis; & tũc vni
ca exactio totius rei quamlibet obligationem extinguit, vt ſ. tit. 1.
l. ſi mihi & tibi, in prin. ſm Pet. & adde hic diſtinctionem domi-
ni Dyn. quam ipſe poſuit in l. ſi plurib. § ſi ita legatum, ſ. eo. vbi
3 omnino videas. † Tertio opponitur, & dicitur ꝙ actio ſemel ex-
tincta non reſuſcitatur. contra imò reſuſcitatur. vnde videtur ob
ſtare ſup. ſi ex noxa. cauſa aga. l. 2. in fi. & fortius, obſtat j. de iure
fiſ. l. deferre, §. ſi & l. ſed reuocata. Sol. actio funditus extincta per
ſe nunq̃ reuiuiſcit, ſed ope prætorum viuit. interdum reuiuiſcit
vtilis, vt d. l. 2. in fi. Item ope ſuperuenientis æquitatis, vt d. l. defer
re, §. fi. nam tunc fingitur obligatio retro non diſſoluta, cum res
in plenum non ſit facta accipientis, & ſic non obſt. vel poteſt di
ci ꝙ aut remanent aliquæ reliquiæ; & tunc non põt reuiuiſcere,
vt ſ. de pac. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret. qui §. probat hanc diſt.
Quarto oppo. dicitur hic ꝙ non facta diuiſione corporali plures
domini pro indiuiſo non habent dominium iuris intellectu di-
ſtinctum. contra imò habent dominium diſtinctum iuris intel-
lectu. patet, quia quod ratione dominij diſtincti poteſt peti cor-
poris diuiſio, & diſtinctio, vt Inſti. de offi. iudi. §. fi. ſup fam. ercis.
& communi diui. per totum, & probat ſ. eo. l. Proculo. ſol. iſta li
tera non dicit ꝙ dñium nõ ſit diſtinctum iuris intellectu; ſed di-
cit ꝙ non eſt diſtinctũ quo ad certam demonſtrationẽ, i. ꝙ poſ-
ſit demonſtrari ad oculum. non percipitur ergo hæc diſtinctio
ratione & intellectu reſpectu partis quotæ, ſed reſpectu loci, vel
corporis, cum minima particula diuidatur. i. quilibet ex conſor-
tibus habeat in illa parte, vt plene leg. & no. j. de verb. oblig. l. q
Romæ, §. duo fratres. ita ergo debet intelligi hæc litera, ꝙ plures
non facta diuiſione fundi, vel rei ex ſolo iuris intellectu non ha-
bent dominium, per quod aliquis ipſorum poſſit certam partẽ
demonſtrare ad oculum, vt poſſit certam partem poſſidere, vn-
de cum non cadit diſtincta traditio corporalis, ceſſat regula de
duabus cauſis lucratiuis, & ad hoc dicam j. ea. l. §. fundo. Quin-
to oppo. de iſto §. ad ſcipſum, nam in ver. ſed ſi pars, dicit quod
vbi debetur res in genere, eadem res non poteſt denuo ſolui, &
ſic eſt contradictio, quia vbique loquimur inter duo genera.
Reſpon. aliud eſt in parte diuiſa, quæ ſolo intellectu percipitur,
aliud eſt vbi certa ſpecies traditur. nam certa ſpecies demonſtra
tur non ſolum ad intellectum, ſed ad oculum, vnde eſt ibi quid
deſignatum ſecuta ſolutione, ſed in parte indiuiſa non eſt quid
deſignatum: & ideo non poteſt dici quod duæ cauſæ lucratiuæ
non concurrunt, quia illud eſt verum, quando eſt certum quid
deſignatum, & ſic non obſtat. Sexto oppon. dicitur hic in verſi-
cul. eademque. quod ille, qui erat ſtipulatoris tempore ſtipula-
tionis factæ in genere ex cauſa lucratiua, non poteſt alienatus
ſolui. iſtud eſt expreſſe contra tex. inf. de ſolutio. l. qui decem §.
Stichum, & l. qui duos. 1. reſponſo. ſol. eſt duplex, vna eſt quod
ibi genus erat in obligatione ex vnica cauſa tantum, vnde ſi ſol
uitur, ſemel tantum ſoluitur, quod poteſt fieri, quia non oſten-
ditur regula de duabus cauſis lucratiuis, hic autem debebatur
ex duabus cauſis lucratiuis. Vnde prima ſolu. in ſpecie derogat
generi, argumen. ſupr. de pact. l. ſi vnus. §. & generaliter, & C. de
pign. l. ſolita. Secunda ſolu. eſt quod de rigore iuris non poteſt
ſolui, vt hic, ſed de æquitate ſic, vt in ll. contrarijs. prima ſol. ma
gis placet. nam ſecunda ſol. quod hic loquatur de rigore, ibi de
æquitate, eſt contra rationem iſtius §. & illius § nam ibi, & hic
fundat ſe Iuriſconſultus in vna ratione. & ſic in rigore & æqui-
tate ſimul. Septimo oppon. dicitur hic quod legatum generis
continet ſub compendio homines contra, imino nullum con-
tinet, vt ſupr. titu. 1. l. cum incertus, & in l. qui x. § Stichum. 1. re-
ſponſo. ſol. dicit Dyn. quod continet ſingulos inſpecta ſolutio-
ne. vt hic, quia poteſt fieri in qualibet ſpecie, ſed non continet
ſingulos inſpecta obligatione, vt in contrarijs. vel aliter dico qđ
non continet ſingulos inſpecta veritate ſoluendi, quia oportet
quod ex genere per ſolutionem determinatur ad ſpeciem. nec e-
nim eſt poſſibile genus aliter ſoluere niſi prout repræſentatur in
qualibet ſua ſpecie, vt l. 1. ſup. ſi certum petatur, poteſt dici tertio
quod iſta litera cum miniſterio continet genus. q. d. iſtud genus
prædicatione ſe habet ad ſpecies, non deſignatiue. quantum ergo
ad prædicationem loquitur hic quantum ad deſignationem lo-
quuntur ll. contrariæ. & facit j. qui & a quibus l. ſi optio. ſupr. de
lega. 1. l. ſi duo. Octauo oppo contra iſtum verſic. atque. & vide-
tur quod ab initio conſiſtit legatum, vel ſtipulatio non vitietur,
licet res incipiat eſſe ſtipulatorum, vt j. de ver. obl. l. æſtimo. ſol.
ibi loquitur in ſtipulatione conditionali, in qua media tempora
non curantur, & ideo dominium interim acquiſitum & aliena-
tum non vitiat. nec etiam in § noſtro vitiaret, ſi primo cederet
dies vnius legati, & ex illo legato ſolueretur, & poſt alienatio-
nem legatarij cederet dies ſecundi legati. nam cum iſta legata
non habuerint principium eodem tempore, extinctio vnius nõ
potuit extinguere legatum, quod nondum erat, & hoc deter-
minat glo. in verſicu. neque poſtea, quæ incipit, hæc dicit. quæ
4 glo. eſt ſubtilis, & vera. Dyn. † inducit iſtum §. ad quæſtio. quod
receptio penſionis ab emphyteuta poſt ceſſationem bienuij nõ
reſtituat ius emphyteutę, quod eſt ſemel extinctum. Dy. tenet
contrarium, quia non eſt extinctum, niſi dominus velit, vt l. j. in
fi. cum l. ſeq. ſupra ſi ager vect. & ideo dixit Dy. aut recepit ſcien-
ter, & conualeſcit emphyteuſis, de pact. inter emp. & vend. l. cõ-
miſſoriæ. & argumen. ſupra loca. l. cum plures. § lege dicta. aut
ignoranter, tunc dominus ſic recipiendo non generat ſibi præ-
iudicium, vt ſup. de inoff. teſta. l. mater decedens, in princi. facit
quod no. ſup. de proc. l. peculium. §. ſi ære. Iac. de Are. alibi. ſ. in l.
optio, qui & a qui. inducit illam, & poteſt inducere iſte §. in arg.
ad eum, qui receptus eſt in auctoritate Papæ quod poſſit obti-
nere beneficium, quod duxerit acceptãdum, vt in præiudicium
eius teneat per capitulum de alio facta electio, vel prouiſio, vel
5 collatio ſecundum Iaco de Are. † Vltimo nota quod duplex eſt
demõſtratio ad oculum, & ad intellectum: & ea quæ eſt ad ocu-
lum, eſt demonſtratio certior, & habet in ſe magnum effectum
in materia de duabus cauſis lucratiuis.

1 *Pars in toto plus valet, quam pars ſeparata.*
2 *Locum religioſum facere eſt quodammodo illum alienare.*

1 §. In fundo Quando minus quam debeatur, ſoluitur,
id quod deeſt, petitur. h. d. † Not. in §. iſto
dum dicitur, quod æſtimatio debet referri ad totum precium
totius fundi, quod plus valet pars in toto, quam ſeparata a to-
to, vnde angulus ſeparatus a fundo minus valet, quam ſi ſit con
iunctus cum fundo. hinc eſt ꝙ ſi quis in pluribus rebus haberet
milleſimam partem pro indiuiſo, non debeat aſſignare in diui-
ſione milleſimam in quolibet fundo, quia ad nihilum quaſi re-
duceretur æſtimatio, ſi deberet aſſignari in eadem re, vt ſ. tit. 1. l.
2 pen. heres. † Et no. quod facere locum religioſum eſt quædam
alienatio. facit l. vlt. inf. de relig. & l. vlt. inf. vt in poſ. leg. in gloſſ.
immo. ſed hoc non eſt verum. quod potuerint alibi commode
inferri, quia tunc non eſſet factus locus religioſus, vt l. ſi locus, ſ.
de reli. dic ergo ꝙ ibi res legata conſumpta fuit in funus, qa for-
te funerantur cum veſtimentis legatis. hic autẽ extat res, licet fa-
cta ſit deterior. Iacob. de Are. Sed certe idem operatur interitus
rei, & eximere eam a commertio, vt inf. de verb. oblig. inter ſtip.
§. ſacram. dic ergo ꝙ aut heres conſumpſit ignorans, & tenetur

a ctione in factum. vt in contrario: aut ſciens, & tunc tenetur actione ex teſtamento, & ita loquitur hic, & facit ℐ.eo.l.fi.

1 *Legatum ab vno hærede relictum, deinde ab omnibus, vnica præſtatione conſumitur.*

1 **§. Eum qui,** †Legatum ab vno hærede & deinde ab omnibus relictum, vnica præſtatione cõſumitur. hoc dicit. In tex. qui ſolus. hoc in ſoliduũ hoc expreſſo a teſtatore, & tunc iſte §. procedit ſine aliquo ſcrupulo, vel ſubaudito intellectu. & eſt ſenſus ꝙ ſi grauatus in teſtamẽto ſoluit integraliter æſtimationem rei, omnes ſunt liberati. ſed gl. ponit caſum ꝙ fuit oneratus ſolus. nõ in ſolidum, ſed ſimpliciter. quo caſu non videtur grauatus, niſi in hæreditaria parte, & ideo eius ſolutio liberat eum, ſed non liberat cohæredes. eſt ergo ſenſus literę, ꝙ de vno non conueniantur omnes, ſed tantum non ſoluentes, & ita intelligit gl. In glo. nunquid, ibi, §. ſi libertus. Mod. gl. reprehendunt quoad intellectum huius §. & dĩr ꝙ in ſolidũ præſtabit, & oportet ꝙ partes aliorum redimat per l. cum quaſi, §. ſi plures, de fideicom. lib. ſed iſtud non eſt verum. vnde tu dic cum gl. & primo p rõnem nam vbi teſtator mihi relinquit partem, quam habet, ius quod in ea habet, videtur mihi legare. ergo ſic cum hr̃dem grauat, in eo iure, ꝙ hæres habet, vr̃ grauare, quia eſt ea. perſona cũ defuncto, arg. ſ. de leg. i. l. ſerui electione, § j. & l. ſi domus. §. fi. iuncto §. j. in Auth. de iureiur a mo. præſti. Sc̃do per dictũ §. libertus non obſtãtia, & ideo ad eorum ſolõnẽ diſtingue, aut teſtator relinquit ab vno hæredum rem non hæreditariam, & tunc tenetur in ſolidum eam præſtare ſolus, quia æque põt hr̃e ſicut partem: alias ad q̃ſtõnem tenetur; & ita intelligitur l. ſi tibi homo. §. j. ſup. tit. j. aut rem hæreditariã, & tunc aut in quantitate, & tunc in totum tenet̃ ea ratione, ar. ℐ. ad Trebel. l. deducta, §. nummis, & l. ſi pecuniam. ſ̃. eo. aut certam rem, ſeu ſpẽm, & tunc aut põt præſtari pro parte, & tunc in parte tenetur, vt hic, & in §. libertus, & ℐ. eo. l. cum pater. §. ſi pars donationis, aut non põt pro parte præſtari, vt l. libertus, vt inf. de libe. ca uſa. l. duob. & tunc tenetur in totum redimere. ſic intelligo §. ſi plures, ar. ſ̃. de iure codicil. l. qui grauũ, & l. quidam referuntur. & l. pen. §. pe. In gl. nunc ſiſidet. ibi, vno, dic ꝙ non petit ab alijs, ſed remanet apud eum æſtimatio ſecundum Dy. in terminis gl. dicit verius, quia pro partibus aliorum ſolutio æſtimationis fuit indebita, vnde cum poſſit condici, non liberat alios. vt inf. de ſo. l. qui hominem. §. fi. In glo. i. non præſumitur. ibi, applicatur ad omnes. no. hanc gl. ꝙ quando præcedit ſpecies perſonarum, & ſequitur genus, ſiquidẽ ſ̃m rõnem recti termonis põt reſtringi ad ſpecies, reſtringitur, vt in §. qui plures. Si autem non poteſt reſtringi ſalua ratione recti termonis, non reſtringitur, vt hic, & de au. & arg. leg. l. Paul. & ℐ. ad Treb. l. fin. Sed econtra quando præcedit genus, & ſequitur ſpecies, dic vt ℐ. de verb. ſig. l. ſi cum fundum. & pleniſſime in l. quæſitum. §. fin. ℐ. de fun. inſtru. vide etiam hic Bar. & tene omnia bene menti.

1 *Solutio nudæ proprietatis ſine vſusfructu, cum vterq; debeatur, vſusfructus poterit peti, & ſuper eo formari libellus.*

2 *Vſusfructus conſiſtit in iure, & non in parte.*

3 *Vſusfructus, quando deficit aliquid, quod non venit principaliter, ſed in conſequentiam non formabitur ad hoc, quod deficit, ſed ad rem principalem propter id quod deficit.*

4 *Legatum rei propriæ non valet propter ius extra rem.*

§. Fundo legato. Hæres tenetur, ſi fundus tradit̃ diminutus in iure vſusfructus, vel pignoratum, vel ab alio poſſeſſus: ſecus, ſi alij ſeruiant. Itẽ non valet legatum rei meæ propter ſeruitutem alij debitam. h. d. Diuiditur in quatuor partes. In prima parte loquitur, quando traditus erat diminuta reſpectu vſusfructus. In ſecunda parte, quãdo erat diminuta reſpectu eorum, quæ veniunt in quandam cõſequentiam. In tertia parte, quando traditio non erat diminuta, quia erat tale quid, quod non veniebat principaliter, nec in conſequentiam. In quarta parte ponitur quoddam aliud dictũ iuxta præmiſſa. Secunda ibi, fundo vero. Tertia ibi, non. n. Quarta ibi, ſin autem. In tex. vſusfructus. reſpondet tacitæ obiectioni, diceret quis nonne legatarius habet totum fundum, vt ℐ. de verb. ſig. l. recte: ergo denuo non poteſt agere. Reſpondet ꝙ vſusfructus continet emolumentum rei, vt hic, & l. j. ſup. de vſufr. vnde qui non hẽt emolumentum, non dr̃ plene hr̃e fundum, vt ℐ. de ver. ob. l. qui vſusfructus. ideo merito denuo agit, & hoc ſequit̃ hic in tex. ſecundum Iacob de Are. In tex. non in parte. ſ. quota, nec in parte ſubiectiua: conſiſtit tamen in parte cõſtitutiua ſeu integrali. nam plenum dominium in duobus integratur. ſ. proprietate & vſufructu cauſal. l. ita no. ℐ de ver. ſig. l. recte dicimus, vbi gl. melius loquitur, quam alibi. In tex. vel aliena. ab alio detenta. & no. hic ꝙ hæres tenetur legatarium facere poſſeſſorem, Iacob. de Are. In tex. non idem, quia non agitur, vt pro vſufructu, nec agitur, vt pro re obligata, vel quando poſſeſſio eſt aliena. †In tex. ibi, cautas. ſ. ſeruitutum. no. quod vbi ſoluitur nuda proprietas ſine vſufructu cum vterque debeatur, vſusfructus poterit peti, & ſuper eo formabitur libellus. & eſt ratio, quia vſusfructus venit principaliter, & ideo poteſt peti principaliter.

2 †Secundo no. quod vſusfructus conſiſtit in iure, & non in parte quod declara, vt in tex. dixi. †Tertio no. quod quando deficit aliquid quod venit non principaliter, ſed in conſequentiã, non formabitur libellus ad hoc quod deficit, ſed ad rem principalẽ propter hoc quod deficit. Quarto no. quod quando deficit id, quod non venit nec principaliter, nec in conſequentiam ad illud, non 4 poteſt formari petitio aliquo modo. †Vltimo no. quod legatum rei propriæ legatarij non valet propter ius extra rem. Op. ad primam partem & vr̃ quod licet vſusfructus ſit alienus, non poſſit conueniri hæres, quia teſtator videtur legaſſe ſolum ius quod habebat, vt l. ſi domus, §. fi. ſup tit. i. iol. ſ̃m Bar. quatuor ſunt caſus. interdum nec teſtator, nec hæres eius vllum ius habet; & tũc intelligitur legare rem, vt hæres eam det pleno iure, vt ℐ. l. prox. §. ſi rem. & ita poteſt intelligi iſte §. interdum teſtator habet ius proprietatis, interdum vſusfructus, & idem, vt ℐ. eo. l. cum filius, §. domus, & hoc etiã poteſt intelligi hic. interdum teſtator habet vtrunq; ius, & iſte eſt quartus modus intelligendi iſtum §. eſt & quintus modus quando teſtator habet nudam proprietatem, & quidam tertius habet vſumfruct. & hoc caſu non venit vſusfructus, quia teſtator non legat ſolum ius quod habet, vnde iſto caſu non loquitur iſte §. niſi teſtator expreſſerit quod vult rem præſtare pleno iure, nunquid tunc poterit habere locũ §. noſter, & ſic ex ſex caſib. in quib. caſib. habet locum §. iſte, & in vno non habet locum, vt patet ex prædictis. Secundo opp. dicitur hic quod vſusfructus poteſt poni in libello. ſ. vſusfructus cauſalis. contra, imò non debet peti vſusfructus, vt ſup. tit. i. l. huiuſmodi, § ædes. Solu. illud contrarium non ſoluitur melius alibi quam hic in tex. nam vt patet ex iſta aduerſatiua, no. ꝙ aliud eſt, quando deeſt vſusfructus, & aliud eſt, qñ eſt alia diminutio reſpectu alterius iuris. primo caſu petitur ipſe vſusfructus. ſecundo caſu petitur ipſa res, vt ius quod deeſt, ſuppleatur. ita dicit iſte tex. ratio differentiæ eſt iſta, quia quandoq; deficit ius, quod eſt pars dominij, ſed tunc illud quod deeſt, ſuppletur, vt ſup. ea. l. §. in fundo. Tertio opp. dicitur hic, ꝙ hæres tenetur luere rem obligatam. contra ſ̃. tit. i. l. ſi res obligata. Sol. plures ſunt caſus. nã aut teſtator legat rem extranei, tunc hæres tenetur luere, quia tenetur tradere rem perfecte ita quod res poſſit euinci non per hypothecariam, cum poſſit euinci, vt ſ̃. de euic. l. ſed cum vẽditor, in prin. & iſto caſu loquitur iſte §. ſecundum verum intellectũ. Secundus caſus eſt, quando teſtator legat rem hæredis: & idẽ, quia hæres tenetur tradere plene & perfecte. ita etiam poteſt intelligi inſ. l. prox. §. ſi rem. Tertius caſus eſt, quando teſtator legat propriam rem ab ipſo teſtatore obligatam, & in iſto caſu debet iſte caſus intelligi non ſimpliciter, ſed cum diſtinctione l. contrariæ ſecundum Bar. alias concludo quod in duobus caſibus tenetur hæres tradere rem obligatam. ſ. quãdo erat poſſeſſio aliena, & quando erat hæredis: ſed quando erat teſtatoris, debet diſtingui, vt diſtinguitur in l. a ſubſtituto. §. fi. ſup. tit. i. l. ſi domus. §. de euic. vbi plene de hoc. Quarto opp. dicitur hic, quod hæres tenetur legatarium facere poſſeſſorem. hoc eſt dicere quod tenetur tradere poſſeſſionem vacuam, vt C. de prob. l. cum res. Sed iſtud eſt falſum. nam ſi res alteri ſeruit, poſſeſſio non eſt vacua; & tamen dicitur in ver. non idem, quod hæres non tenetur liberare rem a ſeruitute. ergo male. ſo. dico quod tunc poſſeſſio dicitur vacua, quando ciuilis & naturalis poſſeſſio eſt vacua, ita qđ ex re poſſint percipi emolumenta rei. vnde cum ſeruitutes non cõcernant naturalem & ciuilem poſſeſſionem rei, poſtea non dicitur poſſeſſio vacua, vt hic, & ſup. de euictio. l. quod ad ſeruitutem. ſecundũ Bar. adde hic, & vide l. fi. C. vnde vi, ſ̃. de act. emp. l. ſi quis fundum. Quinto oppo. dicitur hic quod valet legatum rei propriæ legatarij propter ſeruitutem debitam leganti, vel tertio. contra, iſtud videtur falſum, quia poteſt mihi legari res mea, in qua alius habet ius, vnde videtur obſtare ſup. tit. i. l. ſenatus. §. fi. & l. ſi tibi homo, in princ. & de lib leg. l. i. §. i. gl. timore iſtorũ contrariorum diſtinguit hic notabiliter, ſed ad clariorem intellectum dicas, quoddam eſt ius rei, ſicut eſt ius dominij. quoddã ius in re, ſicut eſt ius hypothecæ. quoddam eſt ius ad rem, ſicut actio perſonalis pro re, quoddam eſt ius extra rem, & extra commoditatem rei, vt ſeruitutes prædiales. reſpondeo ad primum, & dico quod ſi aliquis habet ius rei, poteſt illud legare proprietario. ſup. de leg. i. l. ſi domus. §. fi. & l. ſi tibi homo, in fine. Idem dico, ſi habet ius in re, vt ius hypothecę, ſimiliter valet legatum, quia continet emolumentum poſſeſſionis, vt non noceatur hypothecaria; & ita loquuntur ll. contrariæ. Idem, ſi habet ius ad rem, tenet legatum, quia habens ius ad rem, proximus eſt habenti ius in re. ſup. tit. i. l. apud Iul. §. Titius. Si vero eſt ius extra rem, aut finitur morte teſtantis; & non tenet legatum, vt hic ſecundum vnum intellectum. C. de le. l. ſi vxor. aut non finitur morte legantis. & tunc refert, quia aut huic iuri correſpondet rei emolumentũ, & poſſeſſio naturalis. v. g. habeo proprietatẽ fundi, & tu vſumfructũ. modo teſtator legat mihi illũ vſumf. certe tenet legatum, quia cenſetur mihi legare pars dñij. aut tali iuri nõ correſpondet ratio naturalis, nec intrinſecum emolumentum rei, vt in ſeruitutibus prædialib. & tunc legatum non tenet. aut eſt legatum

gatum conceptum ſuper ipſa re; & ita loquitur hic. ſecus, ſi eſſet conceptum ſuper liberatione ab ipſa ſeruitute. nam tunc eſt afferat emolumentum, non eſt dubium quod valet legatum. & ratio differentiæ eſt, quia cum legatum formatur ſuper re ipſa, eſt inutile reſpectu rei legatæ, vnde nihil poteſt in conſequentia videri. ſed quando formatur ſuper ipſa liberatione, eſt vtile ipſũ legatum principale, quia eſt vtiliter formatum & ſuper re populi de iure. Incidenter quæro, quare ſeruitutes dicantur ius extra rem? Iac. de Rau. dicit quod ſeruitutes ſunt ius in re, vt ſupra de noxa. l. in noxalibus, de damn. infect. cottum, & no. in l. in prouinciali, §. ſi ego, de no. oper. nunci. Et ideo reprehendit gl. & dicit quod ſeruitutes ſunt ius in re. Ego credo gl. bene dicere. non nego tamen per l. 1. inf. de vſufru. leg. quin ſeruitutes inhæreant rei & afficiant rem. ſ. de neg. geſt. l. qui in aliena, §. fi. de contrah. empt. l. aquæ ductus. Et ad intelligentiam pleniorem dic quod ſeruitutes perſonales habent duo extrema, vnum reale, aliud perſonale, quia debentur a re perſonæ. ſeruitutes prædiales habent duo extrema, quodlibet reale. ſunt etiam obligationes perſonales, quæ non habent aliquod extremum reale, ſed vtrunq. extremum, ſcilicet actiuum, & paſſiuum, eſt perſonale, id eſt non rei cohærens, & iſta probantur de ſerui. ruſti. prædio. l. pecorum. de ſerui. l. vt pomum, de adi. leg. l. Mela. §. cum quidam. cum ergo in re, vel perſona dante non reſideat, niſi alterum extremorum, & reliquum ſit reale, merito iſta appellantur iura extra rem; & iſte eſt ſubtilis intellectus verborũ iſtius l. Vltimo ſignanter quædam oppoſitio l. qui tabernas, de contrah. emp. Solu. ibi erat ius in re, non extra rem ſecundum And. de Piſ.

LEX LXIX.

a *Electio collata in tempus mortis, poteſt fieri in articulo mortis, & etiam ante.*

b *Debitor fruſtra legat creditori, conferendo legatum in tempus debiti.*

Vnum ex familia. Grauatus reſtituere vni ex familia, quem tempore mortis elegerit, poteſt eligere quem vult, & vſq. ad mortem variare, & fruſtra legat electo, & ſi reuocat electionem, non conualeſcit legatum. h. d. vſq. ad §. ſi de Falcidia. & vſque ibi Iuriſconſultus ponit tres quæſtiones, & earum deciſiones. Secunda ibi, ſed ei. Tertia ibi, vtrunque, ſecundum Dyn. In tex. ſiue tamen, hic re-
1 ſpondet non in iſto † principio, quod electio collata in tẽpus mortis poteſt fieri in articulo mortis, & etiam ante, & valet ſi perſe-
2 ueretur in ea. † Secundo no. ꝙ debitor fruſtra legat creditori cõferendo legatum in tempus debiti. Tertio no. electionem poſſe reuocari. Quarto no. & vltimo quod legatum quod per electionem erat meum, non conualeſcit reuocata electione. quia non valuit ab initio ſecundum Dyn. extra no. hic in verbo, debet, q̃d ille cui eſt commiſſa electio, cogitur ad eligendum officio iudicis ſecundum Dy. ex hoc habes morientem cogi, dummodo ſit ſanæ mentis. & eſt argu. quod Epiſcopus poteſt cogere vſurariũ laborantem in extremis ad faciendum cautionem. Oppo. & dicitur quod ſtatim debeat eligere, non in morte differre, vt ſupra eo. l. cum quidam, verſ. videtur enim. Solu. ibi fuit grauamen pure, hic fuit grauamen collatum in tempus mortis; & ſic non ob. Secundo opp. & videtur quod legatum non ſit fruſtra, vt ℑ. ead. l. §. ſi fundum. Sol. non eſt fruſtra quo ad ipſum legatum ſecundum Dyn. quod eſt verum in terminis iſtius principij. nam hic prius elegerat, poſt ex legauerat, vnde legatum non excludit tacitam electionem, cum expreſſa præceſſerit, vt ſup. de vulg. ſubſti. l. cum ex filio, §. filium. Tertio oppo. quod eligens non poſſit variare, vt ſup. eo. l. ſtatuliberum, §. Stichum. Solu. ibi in electione rerum, hic perſonarum. ſed hæc eſt falſa, & ad hoc extra, de elec. c. publicato. dic ergo quod hæc electio erat in pendenti & in ſuſpenſo vſque ad tempus mortis, ſed in contrario electio nõ erat in pendenti, & ideo non poteſt mutari, vt ſup. tit. 1. l. serui electione. Quarto op. dicitur hic quod electus electione mutata ex neutro teſtõ agit ℑ. imò agit ex priore tanq̃ vnus ex familia, vt inf. eo. §. rogo, ver. itaque. Sol. hic mutauit electionem, & alium elegit, vt inf. §. prox. ver. nam poſtquam. ibi vero neminem elegit, & ſic non ob. Quærit gl. vtrum iſte poſſet eligere indignum? & reſpondet remittendo ad l. cum quidam, ſup. eo. extra no. in iſto princ. quis poteſt præuenire diem in eligendo, & valet electio, ſi perſeueretur in ea vſque ad illum diem, in quem erat collata; quod eſt notabile.

1 *Ius ex electione non quæritur, ſed potius declaratur.*

2 *Actio non oritur ex laudo arbitratorum, ſed ex compromiſſo.*

§. Si de Falcidia. Electus non dicitur acquirere ius in electione, ſed ex teſtõ, ex quo procedit electio. & ideo in ratione l. Falcidiæ non inſpiciuntur vires patrimonij eligentis, ſed teſtantis. h. d. Et I. C. ponit hic dictum circa l. Falc. triplici ratione fulcitum. prima, quia hæres eligit iuris neceſſitate, & in neceſſitatibus &c. vt l. rem legatam, de adi. leg. ſecunda, quia non vr̃ relinquere, ſed debitum ſoluere vñ de nõ defalcat̃, vt l. 1. §. ſi debitori. ad l. Fal. tertia, quia electio fruſtra legatur, vnde non defalcatur ex teſtõ eligentis ſecundũ Dy. In tex. nominatim. no. quod nominatus ab eligente videtur nominatus a committente, ſeu conferente electionem, & ſic eſt argumentum quod ſi per adunantiam generalem ſunt aliqui deputati ad nominandum aliquos officiales, quod illi qui nominabuntur, videntur nominati in ipſa adunantia generali. facit l. item eorum. §. ſi decuriones. ſupra quod cuiuſque vniuer. no. & ſupr. de exerci. l. prima §. magiſtrum. In tex. facultas neceſſaria. facultas eſt reſpectu perſonæ, neceſſitas eſt reſpectu electionis, ſeu actus. neceſſario enim eligit, ſed voluntarie præfert hunc vel illum. i. cogitur eligere non hunc, vel illum. ſimile no. ſup. de pro-
1 cur. l. mutus. §. his qui. In tex. reliquiſſet. ſ. hæres. † No. hic quod non dicitur ius quæri electione, ſed potius declarari. vnde eſt ar. ꝙ non ſoluatur gabella de electione. ſed de ipſo teſtamento ſecundum Bar. Item eſt arg. † ꝙ non oriatur actio ex laudo arbitratorum, ſed ex compromiſſo. facit l. 1. ſup. eod. Secundo no. ꝙ non præſtat beneficium qui impedit debitum. ſic ſupr. ℑ. de hær. inſti. l. ſi tertio fideicommiſſo, & ſup. de ritu nup. l. 1. & eſt arg. ꝙ Epiſcopus non videtur donare beneficium, quod ſibi non poteſt retinere, ſi habet de neceſſitate conferre. Tertio no. hic ar. ad q. d. decretalis, ꝙ de relictis ad certos diuinos vſus non debetur quarta, vt extra de teſt. ca. ſi. modo ponamus ꝙ non ſpecificauit hoc teſtator, ſed executor, nunquid debebitur quarta? dicendum eſt ꝙ non, quia ſpecificatum ab executore videtur ſpecificatum ab ipſo teſtatore, vt hic ſecundum Dyn. Ray. & Bar. vltimus no. hic, ꝙ electio poteſt fieri in teſtamento relinquendo. ſic ℑ. ea. l. §. ꝙ ſi fundum. ergo ſequitur quod non ſit neceſſaria præſentia electi, vnde executores teſtatoris poſſunt eligere abſentes & ignorantes ſecundum Bar. quod eſt notandum, quia de natura electionis non eſt præſentia electi, nec de eius ſubſtantia. In gl. ideoque. ibi, pater filium. ſed opp. quod ſit locus detractioni Falcidiæ ex teſtamento. nam quarta, quæ debetur hæredi, debetur hæredi hæredis, ad hoc ſup. eod. l. Martiuns, in princip. Solu. concedo ſecundum Dyn. ſi primus teſtator legaſſet vltra dodrantem, nec eſt hoc contra teſ. iſtum.

§. Itaque. Satis eſt vnũ eligere, & electio vnius eſt excluſio reliquorum. h. d. & ſemper repete idẽ thema. In tex. diſpari. No. non curari ordinem per executorem circa electionem fiendam ſecundum Dy. & eſt ar. quod ſi teſtator legauit tot clericos eligẽdos per executores, ꝙ executores poſſunt eligere clericos, quos volunt etiam inferiores ordinis, & eos præferre clericis ordinis ſuperioris, vt diaconos presbyteris non ob. ſup. eo. l. cum ita legatur. §. in fideicommiſſo, quia ibi ſimpliciter fuit relictum non collata in aliquem electione, hic aũt fuit electio collata alteri. ita ſoluit gl. & Dyn. In tex. conditione duplex erat conditio. vna ſingularis in perſona cuiuslibet. ſ. ſi eligeretur, & hæc extitit in perſona electi: altera communis in perſona omnium, ſi nullus eligeretur, & hæc deficit per electionem vnius, & hoc vult litera ſecundum Dy. No. in iſto verſicu. in eo, quod dicit, ſatis eſt vnum eligere: nã minime poſſunt eligi plures. & eſt arg. quod deputatus ad electionem pauperum, quod poſſit eligere vnum hoſpitale: & plura, ſatis eſt vnum eligere. facit ad no. c. Eccleſia antiquitus. 16. q. 1.

1 *Hæres non venit contra factum defuncti.*

2 *Teſtator ſicut poteſt legare rem hæredis, ita & debitam hæredi.*

§. Sed ſi vno. Non dicitur eligere de familia, qui vno de familia inſtituto, fundum legat extraneo, & ideo omnes de familia admittuntur ad petendum: eis tamen inſtitutus facit partem virilem, & ideo ad petitionem illius partis virilis inſtituti cæteri excluduntur per exceptionem doli. h. d. In tex. ex familia. pone quod erant tres in familia, vnus fuit inſtitutus, alij duo non fuerunt. & fundus Vetrianus fuit legatus extraneo. In tex. ex illo. i. ex primo. In tex. cæteris. puta illis duob. de familia. In tex. facere partem. vt alij non petant, niſi ſuas viriles, non autem tertiam virilem, quæ contingit hæredem. & quod eum contingat, probat, quia de familia ipſe ſicut cæteri, & hoc ſubijcit, namque &c. iſta tñ portio ei continget, prodeſt legatario & facit ℑ. ead. l. §. ſed ſi fundum. j. reſponſio, ibi, compenſationem. i. computat. ſeu connumerat. quia connumeratur perſona inſtituti cum cæteris de familia, & ideo facit eis partem. ſimile C. de ſacroſ. eccl. auth. ſi qua mulier. Item no. compenſationem. i. quandam confuſionem: nam hæres Sempronij inſtituendo vnum de familia ad ſolidum videtur inſtituiſſe animo cõpenſandi. i. ad confundendum legatum cum inſtitutione. ar. ℑ. ſolu. ma. l. ſi ſocer, in prin. & ℑ. de ſol. l. Stichum. §. aliquando iſta ergo compenſatio reſpicit hæredem primum & ſecundum inter ſeipſos, non autem agentes, & conuentum, inter quos non eſt mutua obligatio, nec eſt tractandum de compenſatione. No. ꝙ qui non admittitur ad partem, quia eſt hæres vniuerſalis, tamen
1 facit partem. † Secundo no. quod hæres non venit contra factũ defuncti. tamen per hoc nihil accreſcit alijs, qui contra factum defuncti venire poſſunt. Tertio no. quod qualitercunque quis excludatur per habitum, ſeu quandam cõpenſationem. & non per meram priuationem, nunquam accreſcit alteri. Quarto no. quod ius accipiẽdi dantis ſingulari ſucceſſori, & quod legatarius

ſuccedit in iure hæredis, vniuerſalis, vt hic, & infr. eadem l. §. ſi a rem, dominus Bar.† colligit hic notabile quod ſicut teſtator poteſt legare rem hęredis, ita & debitam hæredi. Oppo. dicitur hic quod familia admittitur ad petendum contra. inſtitutio hęredis habet vim electionis ſicut legatum, vt inf. ea. l. §. ſed ſi fundus, & §. duos. cum ergo per inſtitutionem vnius de familia ſit electus, cæteri conditione deficiunt. vt ſup. ea. l. verſ. itaque & l. cum ille hæres ſit grauatus de reſtituendo, illud onus ponit impoſuit ei, quia loco hominis habebat vniuerſam hęreditatem rogati, vt d. §. ſi fundũ. in reſponſo. Sol. reſpondet gl. quod aut vnus de familia inſtituitur, & fundus extraneo directo legatur, & tunc non videtur inſtitutus electus in fundo, cuius dominium tranſit in legatarium recta via, ita quod nunquam fuit hæredis, vt ſupra de peculio l. ſi damnum, aut legat fundum vni ex familia, & rogat eum reſtituere, tunc illis de familia acquiritur dominium, & aliquo momento ſtat penes eum, vt no. C. communia de leg. l. 3. in gl. ſic ergo, merito igitur tunc legatum habet vim electionis, quia transfert dominium ſaltem momẽtaneum. iſta eſt ſententia gl. declarata, & approbata per Dy. & And. de Piſ. ſed mihi videtur ꝙ dominium non tranſeat in legatarium recta via, quia quo ad virilem partem inſtituti, qui eſt vnus ex familia, illud eſt legatum rei hęreditariæ, quoad reliquas partes eſt legatum rei prorſus alienæ, & ideo non tranſit dominium, vt inſ. eo. t. l. ſi hęredi ſeruus. nam mortuo Titio hærede immediate ex teſtamento Sempronij transfertur dominium in familiam, & datur rei vendica. ergo non poteſt ex legato Titij dominium familiæ in alium transferri. pro tanto iſta ratio eſt falſa, vt patet in alia glo. quæ incipit. i. peteret vera ergo ſol. eſt quod hic legando elegit extraneum, quod non potuit. hæredem enim non eligit, quia ſpecies derogat generi. ſed in §. ſed ſi fundus. legando elegit vnum de familia, quod potuit, & ſic non ob. ex prædictis collige vnam concluſionem contra Bar. qui dicit in l. cum quidam. ſup. eo. ꝙ poſt tempus eligendi non tranſit dominium recta via in legatarios, vt hic apparet in tex. & gl. totum contrarium, niſi ſuſtineamus quod aliud eſt per mortem, vt hic, aliud per moram, quæ poteſt purgari, vt l. contraria. ex prædictis apparet ꝙ falſum eſt notabile Bar. ꝙ hic non fuit legata res hęredis, ſed ſibi debita, quia imo eſt hic res hæredis pro ſua virili. In gl. eſt autem, no. ꝙ participantes in ead. ratione debent participare & in commodo, quod ex illa ratione prouenit. In gl. ibi, plures legatarij ſunt inuicem. hæc gl. melius dicit quam illa quę eſt C. de iuris & facti ignor. l. poſt diuiſionem.

1 *Executores teſtamenti poſſunt aliqualiter recedere a forma, ſi non recedunt a mente teſtatoris.*

2 *Patroni Eccleſiæ poſſunt eligere rectorem in vltima voluntate.*

§. Si duos.

Quatenus quis rem in familia relinquit, eatenus videtur eligere, quatenus ergo legat extraneo, non videtur eligere. & ideo inſtituto excepto eatenus pro rata. i. virili cęteri vendicabunt. hoc dicit. Continuatur cum §. præcedenti, quia ibi nihil de fundo fuit relictum in familia per electionem hæredis, hic vero tres partes fuerunt relictæ in familia per electionem hæredis, quarta pars extra familiã; & quod iuris ibi de toto ad totum, idem iuris eſt de ipſa quarta parte quo ad ipſam quartam partem: & iſta eſt concluſio iſtius §. In tex. non æquis. vel etiam æquis, non eſt vis. Dyn. In textu, hæreditario, id eſt, legatario. ex primo teſtamento. & illa expoſitio poteſt tolerari, quia legatarius quoddammodo hęres eſt in re legata, vt infra de vſucap. l. in tempus. §. primo. In tex. non petitur. per tertium ex familia non inſtitutum. Dyn. in iſto §. retentis terminis principij huius l. quod teſtator mandauit vnum eligi, & tamen valet electio duorum ex præſumpta mente teſtantis, quod eſt 1 no. ſecundum Bartul. † Et eſt argumen. quod executores poſſunt aliqualiter recedere a forma, ſi non recedunt a mente teſtatoris. Secundo no. quod quis poſſit facere particularem electionem. vnde hic fecit electionem pro tribus partibus pro quarta non elegit. Ex quo no. quod executores poſſunt facere particularem diſtributionem & pro parte fungi, & pro alia parte nõ fungi officio ſuo ſecundum Bar. & ideo ſi executor teſtamenti diſtribuit partem bonorum, & aliam partem non diſtribuit, & deceſſit. ad Epiſcopum pertinet ſola diſtributio non diſtributorũ, & ſic acta ab executore ſtant firma, reliqua deuoluuntur ad Epiſcopum. in arbitris habetis contrarium ſup. de arb. l. quid tamen. Tertio no. hic quod ille qui aliquem inſtituit, videtur eum eligere, vnde rogatus reſtituere pauperibus eligendis per eum, ſi deceſſit inſtituto quodam hoſpitali videtur eligere pauperes illius hoſpitalis; quod no. ſecundum no. Bar. Vlterius habes quod electio poteſt fieri in vltimis voluntatibus, & non vitiat teſtamen2 tum: & ſic facit ad no. ſup. de teſt. l. hæredes palam. §. fi.† Vltimo no. argu. ꝙ patroni Eccleſiæ poſſunt eligere rectorem in vltima voluntate. gl. colligit hic notabile, quod tantum valet generalis collatio, quantum declaratio ſpecialis; allegat ad idem C. de ſecun. nup. l. ſi quis prior. §. illud. Quærit hic glo. qualiter illi de familia admittuntur ad petitionem? & dic, vt in ea quæ gl. declarat, l. ſi cum quibuſdam. ſup. eodem.

1 *Eligens ex neceſſitate, non poteſt electum grauare.*

1 §. Sed & ſi fundum.

†Eligens ex neceſſitate nõ poteſt electũ grauare, niſi contemplatione alterius emolumenti, quod ei relinquit, proportionaliter grauet. h. d. iſtud principium. No. hic quod dr̃ eligere, etiam ille, qui electum grauat de reſtituendo. Item no. quod eligens ex neceſſitate non poteſt grauare, & ſic eſt arg. ꝙ executores teſtãtium, qui eligunt certos pauperes, non poſſunt eis imponere onus. v. g. eligunt hoſpitale Miſericordiæ in pauperem hoc pacto quod debeat ſoluere centum. ego credo ꝙ poſſet hoc modo grauari alteri hoſpitali, vel pauperi, ſed non extraneo. i. non incluſo ſub officio iſtorum executorum, puta quod daret centũ cuidam aduocato, & teneret electio, & non teneret grauamen annexum. Dicit etiam hic D. Bar. quod executores poſſunt eligere ſucceſſiue hoc modo, eligimus talem pauperem in vita tua, vel vſq. ad 10. annos, & poſt eligimus talem in pauperẽ. nam ſicut executores poſſunt facere particularem diſtributionem in re, vt §. ſi duos. ita in parte ſm Bar. quod eſt not. apparet ergo qđ particularis electio non trahitur ad vniuerſum, & ſic electus ab executore non habet ius accreſcendi. Oppo. & vr̃ quod ille qui fundum relinquit extraneo, non dicatur eligere, vt ſup. ea. l. §. ſed ſi vnũ. Sol. illud eſt verum, quando directe relinquitur extraneo, ita ꝙ relictum incipit ab extraneo per obliquum, quia prius legat vni de familia, & eũ per fideicommiſſum grauat extraneo, tũc bene videtur eligere, vt hic, quia actus primus eſt electiuus, & ita eſt mens Dy. & facit quod no. C. communia de lega. l. 2. in gl. ſic ergo. & illud tene pro vera concluſione totius glo.

§. Sed ſi quidem.

Hic declarat quod dixit, qđ valet fideicommiſſum ab electo ĩ extraneum collatum per aliud emolumentum. nam hoc eſt verum, quã teſtõr relinquit vni de familia eligendo, ſed ſi mãdauit ne fundus exiret de familia, tunc iſte electus poteſt præſtare fideicommiſſum extraneo in ſui præiudicium. vt ille habeat, donec iſte viuit, ſed iſto mortuo alij de familia vendicant, & facit inf. eo. l. peto. §. prędium. In tex. aut quibus voles. disiunctio l. eſt. vnde no. hic Bar. quod rogatus reſtituere pauperibus poteſt ea gere vnum pauperem quoad omnia bona a ſecundum Bart.

ADDITIO.

a Bona. Vide Pan. de Caſt. in conſ. 145. vbi ponit quod non poteſt eligere vnum pauperem ad bona pauperibus relicta, ſed ad relictum pro anima ſic, vel plures, de quo etiam per D. Alex. de Imo. in l. 2. §. ſed ſi vnus, inf. vt bo. rap. & per eundem Bal. & Ang. 17. & 22. q.

§. Quod ſi talia.

Si res quæ debet in familia detineri, legetur vni de familia cum onere fideicommiſſi in perſona extranei: mortuo extraneo reliqua familia admittitur ad petendũ, & fideicommiſſario debetur ęſtimatio. h. d. vſque ad illum ver. & ideo. Caſus. Sempronius teſtator. Titius hæres. mãdauitq; teſtator, ne fundus ſuus veteranus exiret de familia. mortuo Sempronio Titius fecit teſtamentum, & inſtituit vnum de familia, & rogauit eum cum moreretur præſtare iſtum fundum extraneo dicit ergo quod illi extraneo debebitur ęſtimatio, quia mortuo hærede hæredis fundus redit ad reliquam familiam. h. d. Vel ſic. Sempronius teſtator. Titius hæres. fundus veteranus vetitus alienari extra familiã. mortuo Sempronio. Titius inſtituit proximiorem de familia, & fundum extraneo relinquit pure. dicit litera quod licet vlteriores de familia viuente hærede hæredis non admittantur, nec fundum poſſunt auocare: tamen ibi extraneo debetur ęſtimatio. quod intelligo tempore, quo euincitur ab eo fundus. & ex hoc not. quod hæres qui legat, videtur legare ius quod habet, quod ſcit, vel ſcire debet ſe non poſſe legare. ſed videtur potius legare ęſtimationem rei, & ſic ob. C. de co. l. vxor patri, & inf. de vſuf. leg. l. Sticho. dicit Dy. quod hic iſte hæres qui legauit, ſciebat rem non poſſe alienari, ſed in contrarijs ignorabat. vel die quod hic non poterat alienari propter prohibitionem, & ſic debetur ęſtimatio, arg. ſup. de leg. 1. l. cætera. §. ſi duobus. ibi vero non poterat alienari propter ipſius rei naturam, quia erat vſusfructus, qui finiebatur morte. verſic. & ideo. ſi fundus, qui non poteſt alienari extra familiam, in vnum de familia conferatur, ille cauere tenetur. h. d.

§. Rogo fundum.

Hæredis eſt eligere, cui de familia reſtituat, & interim nullus admittitur ad petendum. ſed ſi hæres moritur anteq̃ eligat, non tranſmittitur ius eligendi, ſed omnes de familia admittuntur ad legatum. h. d. In tex quandiu pſerri. no. arg. ꝙ ſecundus expectãs non admittitur, quandiu non poteſt præferri. facit de inoff. teſta. l. pater filium. In tex. euenit. & ratio eſt, vt ſup. ea. l. ver. & poſtq̃.

1 *Legatum rei hæredis ab ignorante teſtatore relictum valet.*

1 §. Si rem tuam.

†Valet legatũ rei hæredis ab ignorante teſtatore relictum. h. d. No. ꝙ facilius grauatus præſumitur ille, qui habet facultatem rei præſtandæ, quam ille qui non habet, ſed eũ oportet redimere. vide hic ꝙ no. C. de rei ven. l. cum a matre. Item quæro ſi teſtator habet partẽ in re, & partẽ hæres, verum intelligatur teſtator legare

partem

3 actum, & ex hoc arguit Di. † q pœnalis ſtipl̃o interpoſita in primo contractu locationis non videatur repetita in ſeq. locationis, quia pœna non eſt de natura ꝯtus, ſm Bar. In gl. ſubaudi. ibi, nõ valeret. quia ideo tex. fundat ſe in coniectura, & non habet locũ coniectura in caſu certo, vt l. cõtinuus, §. cum ita, ſm Ia. de Are. tñ hoc caſu, vbi ſemper remittit ſtipulationem ſorori, ita dos non computaretur ei in legitima, vt no. Iac. de Are. ꝫ. de le. 3. l. vxorem, §. pater naturalis, quod eſt no. & hoc ſentit etiam gl. iſta.

§. A filia. Debens eligere in morte, non poteſt immutabiliter preuenire tempus eligendi, hoc dicit. & ideo pauperes eligendi poſt mortem alicuius, non poſſunt ante eligi, ſecundum Bar. In tex. ex liberis. qui poſtea deceſſit matre viuente. Iaco de Are. & Pet.

§. Fidei heredum. Teſtamento manumiſſi, non per fideicommiſſum manumittendi, nomine familiæ continentur. h. d.

1 *Ordo mentis, vel intellectus vbi apparet, non curatur ordo verborum, vel ſcripturæ.*

1 §. Fidei tuæ. Verba vniuerſalia includunt præcedentia & futura, & non attẽditur ordo ſcriptu-
a ræ, ſed ordo intellectusa h. d. In tex. verbum, quod poteſt poni in præterito & futuro, in dubio ponitur in vtroque, & vtrunq; cõplectitur, & facit ad illam clauſulã, ſi nõ valuerit iure teſti & c. quod exponatur tam in præſenti, quam in futuro: quod eſt notan. No. q in vniuerſali fideicommiſſo non veniunt bona propria rogati, vt in ver. ſed dos. concor. de vulg. ſubſti. l. cohæredi. § cũ filie, ver. in fideicõmiſſo. †Item no. q vbi apparet ordo iuris, vel ordo intellectus, non curatur ordo verborum, vel ſcripturæ, vt hic. ſecus, vbi non apparet, vt ſup. de vſuf. l. quoties, de ſtip. ſer. l. ſi ſeruus communis, & de conſe. diſt. 2. c. in Chriſto pater.

ADDITIO.

a Intellectus. Adde eundem Bal. in 2. conſtitu. C. §. quibus, nu. 14. & remiſſ. quas ibidem dedi in apoſtil.

1 *Decedens cum liberis naturalibus, non dicitur decedere ſine liberis.*

1 §. Volo prędia. †Nõ dr̃ decedere ſine liberis, q decedit cũ filijs nãlibus, & vide hic l. vlt. ſ. de in. del. & ꝑ Cy. C. de ſtend. na. l. libertinũ In tex filium. ſ. rogati. In tex ex voluntate. i. præſumpta, & vide C. de inſt. & ſubſt. l. generaliter, in fin. Quæro hic, ſtatutum eſt in ciuitate, q magnates debeant præſtare cautionẽ de non offendẽdo aliquẽ, qui ſit de numero popularium. q teneantur pro ſe, & filijs ſuis ſi offendant pone ergo, q ſpurius offendit vnũ de populo, nunqd committit, cautio ꝯ patrem magnatem arg. q ſic. iſte §. eſt, & ſ. ead. l. §. mater. Dy. determinat ꝯriũ, quia appl̃one filiorum, vel liberorũ non continentur ſpurij, vt in Auth. qui mo. na. ef. ſui. quod eſt no.

§. Curatoris. Si fideicõmiſſum eſt inutile, dilatio adiecta non tenet. & ſi dilatio vitiatur in fauorẽ hæredis, hæres põt ante tps agere. h. d. Din. In tex. negociorũ fratris, quæ curator geſſerat no. q ſi non tenẽt principale. nõ tenet dilatio. hic aũt non tenebat principale. ſm mandatũ factum debitori. q is ſolueret creditori & ideo non tenet adiectio tẽporis, & per hoc dicit Bar. q quando iudex aſſignat dilationem ad aliquẽ actum, qui non valet, q interim officium non conquieſcit, quia dilatio eſt nulla. non ob. C. de dila. l. fi. ſue pars quia illa lex debet intelligi inualida dilatione Secundo no. q ille, in cuius fauorem datur dilatio, poteſt renunciare dilationi. & facit ad no. in l. petendæ, C. de in integ. reſtit.

1 *Legato*

1 *Legata ſub conditione ab inſtituto, tacite videntur ſub eadem conditione a ſubſtituto repetita.*

1 §.Ab inſtituto. †Relicta ſub cōditione ab inſtituto, tacite vñr ſub eadem cōditione repetita a ſubſtituto.h.d.Dyn. Vel ſic. relicta ab inſtituto poſt mortē inſtituti non debentur a ſubſtituto, niſi mortuo inſtituto h.d.& ꝟ.de con.& dem.l.pupillus,§.1.non ob.ꝫ.de hære.inſt. l.ſub cōditione qa ibi ipſum relictū fuit collatū in aliū.i.in ſubſtitutū hic vero non ipſum relictum, ſed onus relicti ſm Iac.de Are. onus n.hic conſiſtebat in prædijs, quod onus impoſitum inſtituto tranſfertur in ſubſtitutum p l. ideo transfertur, prout eſt,& ſic ſub eadem conditione. Dubitatio iſtius §.erat,quia inſtitutus, qui repudiauerat, nihil habebat amodo facere in illis bonis,& ideo non videbat expectanda mors eius, contrariū eſt verū,qūia ꝯdō dēt impleri in forma.In gl.i.ſubſtituti.ibi,vel dic proprie.hæc vera.deinde no. dſiam, quam facit glo. inter repetitionem legis,& repetitionem hominis, & vide Iac.Bel.

§.Menſę negocium. Qñ teſtator legat vniuerſitatem hñtē in ſe onera, legatarius dēt cauere de ſuſcipiendis oneribus etiam ſi plus ſit in onere quam in emolumento.facit ſ.e.l.cū filius,§.Lucio, No.in iſto §.ꝙ ille cui legatur negocium menſæ ſeu apothecæ, dēt commoda,& incommoda hypothecæ ſentire.vnde ſi ſunt credita in apotheca,poteſt petere·ſi ſunt debita, debet ſoluere, puta ſi res apothecæ,vendidit ad credentiam non.n.eſt hoc ꝙ directa comperat actio creditoribus, ſed quia debet cauere hæredi de indemnitate.& facit ſup.de pign.l.qui tabernam, & inf. de fun.inſtru.l.tabernæ.

§.Pater filiæ. Si pr̄ legat filiæ rē datam in dotē, in iſto legato partus ancillæ dotalis includitur. h. d. præſupponit ergo ꝙ res dotalis poſſit legari ipſi filiæ, & eſt verum,quia debetur ęſtimatio ſi autē pr̄ non dixit,lego rē dotalē, ſed dixit,Lego dotem,ſi quidē ius dotis erat apud filiam,non valet legatum,ſi vero apud patrē,quia ſic erat ſtipulatus, videtur legare ius ſuum ſecundum Bar. adde quod no.ſup.de mi.l. denique.§.ſed vtrum,in fi l.mora interdum confirmat legatum & donationē in acceſſorio,vbi in principali non poteſt ꝯfirmare,qa res principaľi q̄uiť anq̄ donatio, vel legatum confirmetur.

1 *Diuiſio non operatur renunciationem ſubſtitutionis factæ inter diuidentes, niſi ſit expreſſe, & ex certa ſcientia renunciatum.*

§.Hæreditatē. Si duo fratres inuicē de reſtituendo rogati,diuidunt hr̄ditatē inter ſe, nō vr̄ per hoc renunciari iuri fideicommiſſi, tamen periculum iurium rerum non tenetur ſubire ille,in cuius perſona eatitit conditio fideicommiſſi.h.d.Iſte eſt vnus intellectus § ꝙ fuerunt rogati de reſtituendo adinuicē.ſ.ille,qui prius deceſſit ſine liberis, reſtitueret ſuperſtiti. Secūdus intellectus eſt,ꝙ non fuerint grauati adinuicem.ſe cuidam extraneo, ſi quis eorum decederet ſine liberis, & dicit quod nō obſtante fideicommiſſo poſſunt inter ſe diuidere, & non tenentur de periculo contingente circa res diuiſas.h.d.In tex. ꝑmutatio rerum.i.diuiſio, quæ hēt inſtar

1 ꝑmutationis.†No.ꝙ ꝑ diuiſionem non videtur renunciari ſubſtitutioni factæ inter diuidentes.iſtud eſt verum qa non ꝓſumitr̄ renſiciatū.ſi aūt eſſet renunciatū expreſſe & ex certa ſcīa,bñ teneret renunciatio,vt ꝟ.de ver.ob.l qui Romæ,§.duo fratres,ſm vnam lec.ſi aūt non ex certa ſcīa,ſed ꝑ errorē,non tenet renunciatio,vt no ꝫ.de pac.l.tres fratres.vtrum aūt per illa verba. Promittimus in ꝑpetuum ꝯ diuiſionem non venire, includatur renunciatio? Dy.dicit ꝙ ſic in §. duo fratres. Pe.dicit ꝯtrium.& eſt ipſa veritas,quia ille qui petit fideicommiſſum,non reſcindit diuiſionem,ſed petit illam partē diuiſam,quæ loco partis indiuiſę ſucceſſit, vt ſup.eo.l.imperator,§ ſi.cum l.ſeq.Secundo no.ex ſecunda lect.ꝙ filij grauati de reſtituendo poſt mortē,poſſunt hæreditatē diuidere.vnde ſi vnus decedat ante aliū, & fideicōmiſſario dicat eas non potuiſſe diuiſiſſe in ſuum præiudiciū,& non ab alio conſequi,ac ſi non eſſet diuiſio facta,non poterit hoc dicere.nam bene tenuit inter ſe , nec tenuit alienatio hic, & in Auth.de litis.in prin.& C.de litig.in prin.& ibi no.hūc § ſm Ia. de Are.arg ꝯ.ꝟ.de vſuf.l. is qui.ſed ibi loquitur in fideicōmiſſo ſingulari,hic in vlī.& ſic non ob. Tertio no.ꝙ ſi ꝑ leuiſſimā vel leuē negligētiam res ſubiectæ reſtitutioni ſunt interim deterioratæ,ꝙ non debebitur fideicōmiſſario intereſſe deteriorationis.

§.Filia mea. Relictum filiæ rerum maternarum non includit fructus a relinquente conſumptos,vel in ſuum patrimonium cōuerſos.h. d. No.ꝙ appellatione rerum maternarum non continentur fructus poſt mortem matris nati & percepti,ſ.de pigno.l 1.§.cum prædium, & l.Paulus,inf.quæ in frau.cred.l.fin.§.penul.

§.Dulciſſimis. Ratio legato adiecta legatū reſtringit.h.d.Dy.& facit ꝟ.ut.1.l.nomē,§.

a ſ.In tex.concedit.no.ꝙ verbum,concedo, a aptum eſt ad dominij tranſlatio.& facit ſup. de dona.l.ad eum.In tex.in ea.cauſa.i. pro indiuiſo.No.ꝙ licet præcedant verba generalia, tamē ſi ſubſequitur ratio ſpecialis,talis generalitas verborum reſtringitur per rōnem;& facit quod no.inf.de acq.poſ.l.ſi is qui animo.Secundo no.quod communio eſt cauſa diſcordię.ſuper iſto §.dicit Bar.quod ſi pater mandat filijs quod diuidant bona æqualiter , quod intelligitur de bonis communibus, non de bonis proprijs alicuius eorum.

ADDITIO

a Concedo.Et quid importat,vide eundem Bal.in l.non ambigitur.ſup. de leg.& remiſ.quas ibi dedi in apoſt.

§.Pater pluribus. Idē actus numero ſm diuerſam intentionē agentis diuerſos operatr̄ effectus.h.d.ſm Old.Vel ſic,tradō clauium vni filiorū vr̄ facta ad cuſtodiam,non ad tranſlationē dñij.h.d.& no. hic expreſſum,quod pr̄ præſumitur filios æqualiter diligere,nō inæqualr̄. tradō.n.clauium nullo titulo præcedente, ſemper vr̄ fieri ad cuſtodiam.& ſic non ob.de ꝯh.emp. l. clauibus. quia ibi præcedebat titulus ordinatus ad dñiū.& vide quod no. Dy. in c.j. de reg. iur.li.6.vide etiam quod no.in l.fi.nau.ca.ſta.per gl.no.hic de verbo aſſignare,quod non importat iuris tranſlationem.

§.Cum imperfecta. Imperfecta.i. ſemiplena, vel non proprie ſignificās ſcriptura recipit ſuppletionem non extraneam,ſed veriſimilem. h. d.In tex.ad cōionem.ſ.vtriuſq; orōnis perfectæ.no.hic ꝙ verbū, qđ in una orō eſt cōmune illi orōni & alij,cui ꝑt adaptari.ſecus ſi nō pōt adaptari.facit ſ.de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§. ſi totū tabularū.In gl duob.modis.no.bene hanc gl.In gl.ibi.§. ſi tū Caſſius,& facit ſup.ſi cer.pe.l.ſi tibi,quod no.C.fa.erc.l.quotiēs, & no.hanc gl.pro groſſis vocabulis ruſticorum.

a §.Filius matrem. Vbi iurat teſtōr vel hr̄s, iuſtm hȝ vim codicillorum,a vt ſi nō valet iure teſtī,ualet iure codicillorum.h.d. Et non.reperiť alibi. In tex.nullo iure. puta quia non erant teſtes rogati . Not. ex iſto §.quod licet teſtōr non dicat, ſi non ualet iure teſtī,ualeat iure codicillorum: tamen ſi hoc tacite pōt perpendi, idem pōt ac ſi expreſſiſſet:quod eſt no.Item ſi teſtōr dixit,volo valere cum via,& forma quibus melius valere pōt,iſta verba operantur idem, qđ expreſſa repetitio ab inteſtato ſecundum Bal.

ADDITIO.

a Codicillorum. Adde eundem Bal in l.eam,in 6.col.C.de fide ic.

§.Mando filiæ. Pater eſt ſollicitus de ſalute filiæ,& verba facta per modum conſilij nō important neceſſitatem.h.d.In tex.periculo inſidiarum.vt inſti. de ſubſt.impu.in princ.no. ꝙ verba prolata in alicuius fauorem, non debent in eius grauamen interpretari.

§.Rogo. Omnis q non offendit,promeruiſſe vr̄.ad hoc allegať. Dy.& h.d Dy.ꝙ illa uerba,quæ ponuntur in donationibus.Pro bonis meritis & ſeruitijs,non faciunt ꝙ donatarius,qui nō demeruerit,videať promeruiſſe: ſecus ſi fiat mētio de certis ſeruitijs,ut inf.de don.l.ſi pater,& l. Aquilius, & ibi No.quod partes ſunt æquales non ſm merita.ar.ꝯ. ī.eo.l.cum filius,§.pater.ſo.hic retulit teſtator ſe ad merita reſpectu grauati. lex facit diſtributionem æqualem ſecundum Bar.

§.Donationis. Scriptura quæ reperitur in æde ſacra depoſita per teſtatorem, probat eius vltimam voluntatem.nec refert cum quo teſtator loquatur,ſed in quem dirigat effectum intentionis.h.d. Et vide quod dixi ſ. eo.l miles ad ſororem.

1 *Alienatio omnibus prohibita excepto vno, ſi omnes ſimul alienant, ille vnus reuocat.*

2 *Veniens contra voluntatem defuncti, non poteſt fundare ſe ex illa voluntate.*

1 §.Libertis prædium. †Si oēs prohibiti alienare excepto vno,ſimul alienāt,ille vnus reuocat.ſi vero alienāt ſucceſſiue,tūc portiones ante alienatas qui poſt alienauit, ꝓ ſua parte petit.in alienans vero poſt ſuā alienationē prorſus excludit.& ſi tota familia ſine liberis morit,alienatio in extraneū non reuocať.h.d.Vel ſic,faciēs ꝯ voluntatē defuncti in eo,ꝙ eſt cā ſuæ intentionis,repellitř ab agēdo.h.d.ſm Ba.Et diuidiť in tres partes,qa primo loquit,qñ oēs ſimul,excepto vno alienāt. Secundo loquiť qñ alienāt ſucceſſiue per prius,& per poſterius. Tertio & vltimo loquiť.qñ nemo alienauit,ſed oēs ſine liberis deceſſerūt. Scđa ibi,certū.i.etia ibi,vt ſi nemo.In tex uendiderūt,ſ.ſimul. nā gl.parua eſt falſa ſm Cy.

a ut patet inf.eo.§.ver.ſed hoc ita.No.†in prima parte,ꝙ illi,qui fecerunt ꝯ volūtatē defuncti,non pñt fundare ſe ex illa volūtate:& ideo allegať,ꝙ ille q facit ꝯ inſtřm pacis,nō ꝑt ſe fundare ex pace.& facit ſup.de tra.ſa.l q fidē.liē allegať, ꝙ ſi habētes adinuicē pacē,pariter ſimul ſe offendūt,ꝙ pax neutri patrocinať ſm Bar. facit ꝙ no.in l.j §.cū arietes,ſi qua.pau.fe.di. Scđo not. ꝙ offenſa ſubſequēs non tollit ius quæſitum præcedens,ſed bene obiuri quærēdo.& facit ꝙ ſi habētes pacē ad inuicē,& unus incipiat prius offendere,ꝙ licet poſtea offendatur,prius offenſus nō prohibetur petere pęnam iam commiſſam.ſed ſi poſtea iterato offenderetur,non poſſet agere ex noua offenſa,quia medio tēpore uenit ꝯ pacem. Vltimo no. quod vbi deficit perſona,deficit

pro-

prohibitio teſtatoris, quæro pr̃ inſtituit duos filios, & eos inuicem ſubſtituit, vnus iſtorum alienauit partem ſuam, deinde moritur frater ſine liberis: vtrum iſte, qui alienauit, poterit petere fideicōmiſſum? dicit gl. quod ſic, quia licet alienando venit ꝯ diſpōnem legalem, vt in authen. res, quæ. tñ non venit contra prohibitionem teſtatoris. Ex hac ergo gl. no. quod ille, qui uenit contra ſcripturam, non poteſt ex ea ſe iuuare. ſecus ſi non venit ꝯ ſcripturam, ſed diſpōnem legalem circa illam ſcripturam: quod eſt no. Ego dico, quod ille, qui alienauit, non uenit contra diſpōnem legalem. nam res, quæ ſubiacet interim reſtōni ſub condōne, pōt alienari. Item cum condō fideicommiſſum ab iſto alienante relictum deferat per mortem alterius, nullo tempore pōt dici factum contra l. vnde gl. dicit uerum, ſed non per uetam tōnem. ad hoc in Auth. de reſt. & ea quæ pa §. ob tem. & hoc tenet Dy. & Pe. ſ. quod interim teneat alienatio. facit Auth de nup §. qui infirmus. Secundo quæro, vtrum illi, qui non alienant, ſed cōſenſerunt, perdant ius reuocandi alias partes, quarum alienationi non conſenſerūt? dicit gl. no. quia non facit contra prohibitionē ille, qui cōſenſit alteri, ſed ille qui alienat. & no. hanc gl. & ad hoc facit optime inf. de ma. vin. l. ſi pater. § fi. vbi dicitur, & prohibitus alienare, non eſt prohibitus conſentire.

§ Cum inter libertos.

Prohibita alienare extra familiam, non intel-
a ligitur prohibita in proprium filium, a licet uere non ſit de familia. h. d. vel ſic, Alienatio alicui interdicta nunq̃ vr interdicta filio proprij corporis. h. d. facit quod no. in l. voluntas, C. de fideic.

ADDITIO.

a Filium. Adde, quod prohibitio alienādi extra familiam intelligitur vſq. ad quartum gradum, & non vltra. tex. eſt ſing. in Auth. de reſt. fidei. vbi vide Ja. de Bel. & Ang. in fi. col. quod limita, vt per d. Alex. de Imo. in conſ. 56. de quo etiam omnino uide per eum in conſ. 23. 2. p.

§. Cum eſtimaret

Fideicommiſſum relictū nominatim ab uno legitimo rum, non debet ab alio ſimul ſuccedēte præter ſpē teſtatoris: ſed a ſolo grauato debetur pro parte. uilt fauore libertatis, quæ debetur in ſolidū. h. d. ſecus in alijs indiuiduis, quæ nullatenus deberētur, ut l. qui ſuij. de iure codi. ſm Pe & loquit iſte §. qñ ſimul ſuccedunt: ſed ſi grauatus repudiaret, tūc refert, an portio ſua uadit ad aliū iure accreſcendi, & uadit cū onere, vt ſ. e. l. ſi Titio, & Mæuio. §. Iulia. aut vadit ad aliū ſucceſſorio ordine, qa poſterior in gradu, tunc vadit ſine onere, ut j. de le. 3. l. 1. §. ſerendū, ſm Dy. In tex. mulierem. ſ. grauatam. In tex. reſpondi. ſed nunquid alter tenetr? reſpondet non arg. eius quod ſequit, & ſup. ti. s. l. qui gradu, & l. ſeq. & l. pen. inf. ti. j l. j. §. fi. Iac. de Are.

§. Pater qui filio

Fideicommiſſum, quod non pōt afferre vtilitatem, eſt nullum, & æſtimatio teſtatoris non facit ius inter hæredes. h. d. iſte §.

§. A te peto

Diſiūcta inter perſonas, inter quas eſt ordinata affectio ponitur pro coniūcta; ſed ordo ſcripturæ inſpicit. In tex. electionem, ꝙ maritus poſſit eligere, quē uelit per iſtū § ſumit ar. ꝙ ſi concedit alicui nobili, & ei filijs, & nepotibus alqđ caſtrū per priuilegiū Principis, uel legis ꝙ quaudiu viuūt filij, nepotes ex eo non ueniūt; & vr̃ expreſsū, C. de priuil. eorum qui ſac. pa. mili. l. 2. lib. 12. ſm Ray.

§. Vicos.

Vbi res eſt certa, non eſt neceſſe, quod adijciant
a cōfines. a Item non dr̃ uoluntas imperfecta, eo ꝙ teſtōr reſeruauit aliquam declarationem, quam poſtea non fecit. h. d. eleganter. & vide hic in primo dicto, quod no. Inn. ext. de reſti. ſpo. e. cum ad ſedem. in ſecundo dicto uide quod no. Dy. in ſ. de uer. ob. l. triticum, & Cy. in l. pe. C. de inſti. & ſubſti. No. in iſto §. quod teſtator poteſt legare caſtrum ſuum.

ADDITIO.

a Confines. Adde eundem Bal. in rub. C. de contrah. emp. 22. q. ver. nūquid autem, per l. Titius hæres. de act. emp. & ibi vide Bar.

1 Fructus percepti iudicio teſtatoris, computantur cum debito per teſtatorem recipienti.

2 Onus impoſitum per modum conditionis, vel modi, poteſt excludere propriū ius grauati.

§. Titio fratri ſuo.

Iſte §. diuiditur in partes tres. In prima parte loquitur, quādo hæres inſtituit ſine modo, vel condōne fideicommiſſariū uniuerſalem, & rogauit eū de utraq; hæreditate reſtituenda poſt mortē. In ſecunda parte loquitur, quando inſtituit eum ſub conditione ſm Ra. vel ſub modo, ne deducat fideicom. ſm aliā lec, & ſimiliter rogauit eum de utraq. hæreditate reſtituenda poſt mortē. In tertia parte Iuriſconſultus ponit quoddam conſiliū iuxta præmiſſa. Secūda ibi plane Tertia ibi, prudenti. & h. d. fideicommiſſarius uniuerſalis ab hærede ſimpliciter inſtitutus, & de utraque hrēditate poſt mortē reſtituenda grauatus, non deducit fideic. ſi fructus hæreditatis reſtituēns æquiualent fideicommiſſo medio tempore percepti. Nā vſque ad concurrētē quātitatem fit compenſatio. h. d. in prima parte ſed ſi fideicommiſſarius iſte fuerit ſub condōne inſtitutus. fideic. non deduxerit, uel ſub modo ne fideicommiſſum deducat, ēt ſi fructus non ſufficiūt, vtrāque hæreditatem videt reſtituere detracta Trebellianica, & hoc in ſecūda pſona. & quia poſſet incurrere iniquitas, ſi minus eſſet ī Trebellianica, quam ī fideicommiſſo, ſtultus lex, ꝙ hæreditatē fratris inſtituentis repudiet ex teſtamēto, & adeat ab inteſtato, quod eſt ei licitum ad fraudem excludendam. h. d. In tex. præceptis, ex hæreditate Mæuiana. In tex. debitum. ſ. fideicōmiſſum. In tex. ea lege, conditione, vel mō. In gl. 1. ibi. hic Titius, melius diceret, hæredes Titij, quia fideicom erat a Mæuio collatū poſt mortē Titij. vel ſalua gl. quia litera dicit, ꝙ fuerit rogatus, ꝙ reſtitueret moriens, non poſt mortē, vt j. de man. teſta. l. qui duos, ſ. de leg. 2. l. ab omnibus, §. cum quidā. In ea. ibi, vt æs alienum, vt j. ad leg. Falc. l. pater filium. In glo. ibi, ſuo iure percipit. excepta Trebellianica hæreditatis Seianæ, quæ computatur in puro matrimonio hæreditatis Mæuianæ. In glo. ibi, renunciaret. hoc non dicit tex. ꝙ debeat renunciare. ſed dic. t. ꝙ non poteſt petere, qa compenſat ſibi Trebellianicam cū fideicommiſſo. In gl. ibi, ꝙ. ſ. conſilium. In gl. re integra. ſ. antequā Titius adeat ex teſtamēto Mæuij. nam ſi adiuit. imputet ſibi, quia tunc res nō eſt
1 integra. † No. primo, ꝙ fructua percepti iudicio teſtatoris computantur cum debito per teſtatorem recipienti. Contra hoc opponitur, & videtur, ꝙ hæreditas Seiana non veniat in fideicōmiſſo, quia propria bona grauati, & propria iura ipſius nō veniunt in ſubſtitutione fideicōmiſſaria, vt ſ. de vul. ſubſti. l. cohæredi. §. cū filiæ. ſol. illud eſt verū, niſi nominatim grauatus ſit in proprijs bonis: nā tunc etiā propria bona veniunt in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quatenus fructus medij tēporis cōcurrunt, vt hic, & ſ. de leg. 1. l. filius, §. apud Marcellum, ita dicit tex. j. ad leg. Fal.
2 l. Lucius, §. maritus. † Secundo no. ver. plane. ꝙ onus impoſitum per modum conditionis, vel modi, poteſt excludere proprium ius grauati, puta retētionē fideicommiſſi. Sed contra hoc opp. ꝙ illud onus non teneat, niſi vſq; ad concurrētem quantitatem alterius emolumēti. vnde vr̃ obſtare ſ. eo. l. Imperator, §. cū quidam. Azo confitetur contrariū, vbi grauamē eſſet impoſitum p modum diſpoſitionis, ſed vbi per modū conditionis, vel modi, tunc loquitur hic. ratio eſt, quia qñ eſt incerta cōditio, ſi non petatur fideicommiſſum, debet interponi cautio Mutiana de nō petēdo, & ſic non poteſt contra cautionem veniri. Item, ſi ē appoſitus modus, ne petat, debet interponi cautio Mutiana, vt j. de le. 3. l. ſi tibi. cum ergo caueat de non petendo, & nō deducendo, merito nō pōt deducere. Nā vt ſentit prima gl. illa cautio īcludit tacitam renunciationem fideicōmiſſi. Reuoco in dubiū, quis eſt verus intellectus iſtius ver. plane, vtrum hic fuerit cōditio, vel modus? glo. hic tenet, ꝙ modus, Ru. ꝙ conditio, idē Pet. dicēs, ꝙ p modū modi non pōt vltra grauari, quam per modum fideicōmiſſi, ſed per viam conditionis ſic, & ita intelligitur ſm Pet. non ob. C. ad leg. Falc. l. pen. & j. ad le. Falc. l. Seius, & Augerius, vbi dicitur, ꝙ illud, quod nō pōt fieri p viam diſpoſitionis, nō pōt fieri per viā cōditionis, quia ibi loquit, quādo fit in fraudem legis ad impediēdam Falcidiā: ſed hic fiebat in fraudē hominis ad īpediendū ius fideicōmiſſi. & ſic nō ob. mihi vr̃, ꝙ iſte tex. nō pōt loqui in condōne propter duo. Primo, quia ſi fuiſſet hic conditio negatiua, hæreditas interim non poſſet repudiari ex teſtō. Secundo, quia cautio Mutiana non impedit contrauenire, & facit hæreditatem cū fructibus reſtitui, vt ſ. eo. l. cū filius, §. qui Mutianā, cū ergo hic dicat, ꝙ nō poteſt veniri cōtra, ergo non poteſt veniri contra. ergo non eſt cautio Mutiana, ſed cautio implendi modi. & ideo tenet glo. ꝙ hic fuit modus. Vlterius opp. gl. de l. Lucius, §. maritus, & de l. ſi debitor, j. ad leg. Fal. dic vt in glo. & vt no. in d. l. ſi debitor, j. ad legem Falcidiam, & ſ. ſoluto matrimonio, l. ſi cum dotem §. ſi pater, & in §. creditorem. & facit ſup. titu. e. l. Lucius. In glo. quæ ex bonis, ibi, dum dicit, non illa q̃ ex Seianis, imo ex vtriſque detrahitur Trebellianica, cū vtraq; bona ſint vnita, & vna hæreditas ſ. Mæuiana affecta, vt ſ. de vul. ſub. l. ſed ſi plures §. filio, ſm Pe. In gl. quia fuit, ibi, ſi modo tantum, imo & ſi non tm̃, quia ſub conditione poteſt in plus grauari, & imputet ſibi, ſi adiuit, licet ſub mō non poſſet plus grauari ſecundū Pe. tu dic, vt ſuperius dixi, & tene menti.

LEX LXXX.

Qui ſolidum

Exceptio, quæ obijcitur parti petitionis, non impedit moram per conuentum in reliqua parte cōmitti. h. d. In tex. deſiderauit. detrahēdo petitioni. & eſt ar. ꝙ quis poſſit detrahere libello, ſed hoc fueiat ad petitionē aduerſarij ſm Iac. de Are. ego dico, ꝙ etiā in veteri libello ſine aliqua detractione. nā in parte, cui non obſtat exceptio, contrahitur mora, & ſic libellus eſt diuiſibilis in partes, vt ſup ſi cer. pet. l. quidam æſtimauerunt.

1 Prædium legatum iure ſpeciali ſi euincitur, precium legatario debetur.

2 Reſpublica reſtituitur aduerſus contractum.

3 Venditio quando petitur reſcindi, libellus eſt formandus contra emptorem, vel eius hæredem, non contra legatarium.

§. Cū poſt mortem.

1 † Si prædium legatum iure ſpeciali euincitur, preciū legatario debet. h. d. ſm Dy. Sed Ia. de Are non curat, vtrū euincat iure ſpeciali, vel cōi, quia ex quo loco rei euictæ aliquid præſtatur,

ſtatur, illud debetur legatario, ſm Iac.de Are. & eſt ipſa veritas. In tex.emptoris eiuſdemque teſtatoris, qui ex podere empto a re publica vnum prædium relinquit legatario. In tex. ex ea poſſeſſione .i. ex ea vniuerſitate, ſeu podere, in quo erat plurium prædiorum collectio. In tex pro modo æſtimationis .i. quatenus
1 cap. illud prædium legatum de æſtimatione total. No. † rem publicam reſtitui aduerſus contractum, verum intelligatur hoc in re publica cuiuslibet ciuitatis dic, vt no. in l.reſpublica, ſ. ex
3 quibus cau. ma. † Secundo no. ꝙ quando petitur reſcindi venditio, libellus eſt formandus contra emptorem, vel eius hæredem, non contra legatarium, & proceſſus factus contra hæredem præiudicat legatario. intell. ergo quando adhuc hæres erat in poſſeſſione: ſed ſi legatarius eſſet in poſſeſſione, debuiſſet legatarium citare, vt no in l cum miles, § 1 ſ. ex qui.cau.ma. C. ſi propter pu pen.l deſerta. Glo.opp. de l.cum pater §.euic. vt ſuper gl. dicam. In gl. quę ibi, ſuam imo vr, quod hic legauerit alienam, ar. ſ. de in int.reſt. l nemo. vnde pōt dici, ꝙ refert, ꝙ ille qui euincit, nihil præiudicit ei a quo euincit. & obtinet. § euic. & l cū aliena. C de leg. aut præſtat preciū. & obtinet hæc lex, quaſi illud loco rei ſuccedat. & pro hoc ſ. e.l. Imperator, § ſi & l.ſe. Ia.de Are.
1 *Tutor, vel adminiſtrator reipublicæ non debent differre ſoluere liquidum debitum, item non debent ſine ratione litigare.*
2 *Ratio probabilis litigandi excuſat litigantem a refectione expenſarum.*

§ Etiam res publica.

Propter morā, vel temeritatē adminiſtratoris gñatur præiudicium domino in acceſſionibus, & expenſis litis: tamē iſtud damnum reſarcitur dño per adminiſtratorem, & hoc in quolibet adminiſtratore ē Reipublicæ. h.d & facit J. de ver. ob.l. ſi ex legati cauſa, cum l.ſeq. In tex. ibi, ignauiam .i. ignorantiam non probabilem. † Nota, quod tutor, & adminiſtrator Reipublicæ non debēt differre ſoluere liquidum debitum. Itē non debēt temere .i. ſine ratione litigare & ſi litigant, pupillus, & Reſpublica, condemnaī aduerſario in expenſis, quas recuperant ab illo ſatuo adminiſtratore. ſtultus .n. eſt adminiſtrator, qui non agnoſcit bonam fidem. facit l.quoties, §. ſicut ſ. de admi.tut. facit quod no. alibi ſ. de neg.geſt l atqui natura, §. cum ma abſente. Secundo no. quis dicaī temerarius litigator. nam ille dicitur
a temerarius qui non habet rationem litigandi. a & adde hic, quod
2 no ſup de euic l Herennius, §. Caia. † Tertio nota hic arg. a contrario ſen.ſu quod probabilis ratio litigandi excuſat litigantem a refectione expenſarum. In gl quas, ibi, properandum. ſic ergo patet, ꝙ licet iuratum ſit de calumnia, litigantes nihilominus debeant in expenſis condēnari quia non ſolum qui per calūniā litigant, ſed ēt q per ſimplicitatem debēt condēnari, vt hic, licet Ia.de Are. cōtrariū no. & male in Auth.de iu. § oportet. & adde quod no J de re.iu l nō pōt dn̄o carere. vbi ponit, qualiter vniuerſitas citeī, & qualiter conſtituaī in contumacia. No. ꝙ quantum ad præiudiciū litis, & ſumptum litis factū legitimi adminiſtratoris non obeſt domino, vt l. Polla. C. de his, quibus, vt indig.

A D D I T I O.

a Litigandi. Adde Car. in cle. 1. de re iud. quod temere litigaſſe dicitur, qui per trinā ſententiam ſuccumbit, & an criminaliter puniatur, vide eun. Bal. poſt gl. in l. eum quem, de iu.

§ Prędiū.

Finita cā phibitionis alienādi libere res transmittitur in extraneum hæredem. h.d. iſte §.

§. Si creditor ab eo.

Res ſubiecta reſtitutioni poteſt alienari ex debito debitoris. h.d & facit ſ. e l § cū poſſ., & ſ. ti. 1.1. filius. §. Diui, in fi. & C. deb ven.pi.impe. non po vel ſic, licet debitor leget rē obligatā, pōt eā creditor vendere iure creditoris in præiudiciū legatarij. h.d. tñ legatarius hēt recurſum ꝯ hæredē ad æſtimationē domus, cū debuit luere, & nō luit eā. h.d. gl In tex. ibi, decerneī. quaſi eſt dicere, nec aduocabit res ab emptore. Dy. In gl. & eſt rō. ibi, l.r. ergo non legatarius, cū nemo plus iuris in aliū transferāt, vt l. nemo J. de re.iu. Pe. In ea. ibi, & ſoluere potuit, ſubaudi, vbi luere debuit Dy ſed quid ſi non potuit luere in caſu, in quo tenebaī, & ſic nō eſt in culpa, vel dolo? dic. ꝙ nihilominus tenebitur ad precium rei, arg. ſup ſolu.matr. l. æſtimatæ. And. de Piſis.

L E X LXXXI.

1 *Iuris ignorantia non priuat aliquem a iure debito.*

1 Quæ fideicommiſſum.

† Ignorantia iuris nō priuat aliquem a iure debito. h.d. In tex. fideicommiſſum .ſ. ab vxore relictum. Dy. In tex. inter cæteros, & ſic non interrogabitur. In tex. non ideo nunc reſpondet. Dy. No. quod q per errorem iuris aſſumit ſibi ius minus vtile, non præiudicat ſibi in iure magis vtili iam quæſito, & radicato etiam ſi longo tēpore perſeuerauerit in iſto errore: quod eſt no. & eſt arg. ꝙ qui debebat recipere meliorē monetā. puta veterem, & per errorē iuris recipit deteriorem, puta nouam. licet in hoc errore longo tempore perſeuerauerit, non præiudicat ſibi. Glo.op. de l. ſi patronus, ſi quid in frau.pa. ſo. hic erat verū debitum tanq̄ æs alienū, ibi erat quaſi debitum. vnde error iuris nocet, vt no. hic, & ſ. de iu. & fac. igno, l. ſi emācipata. Item no. ꝙ error iuris officit patrono in legitima ſua: quod no.

L E X LXXXII.

Legatum

Sicut recta via tranſit dominium in hæredē per adōnem hæreditatis, ita in legatariū tranſit dominium recta via. ita quod nullo tempore inuenitur penes hæredem. h.d. & hanc l. ſemper allega, quod omnis adō hæreditatis transfert dominium hæreditatis recta via in adeuntem. vnde impoſſibile eſt, quod adō hæreditatis ſit obliqua, ſeu contineat ius obliquum. & vide ſup de hæ.inſt. l. ſi non lex Aelia Sentia. § tpib. Ibi. hæreditatis. ſ. nuit, quod ante hæreditatē aditam non tranſeat dominium in legatarium, ſed ſit penes ipſam hæreditatem. ſic ſup. ad l. Aquil. huic ſcripturæ, §. j & quod dī. ſ. ti. j. l. ſi ubi homo. § cum ſeruus. Et ideo per iſtum textum vr, quod fructus ante aditam hæreditatem percepti non pertineant ad ipſum legatarium, ſed ad ipſam hæreditatem.

L E X LXXXIII.

1 *Relicta ex teſtamento non debentur ab inteſtato.*

Si quis teeſtamento

Legata relicta in teſtō non debentur ab inteſtato, puta in teſtamento facto irrito per capitis diminutionem. In tex. ſcriptus. no. quod in dubio præſumiī, quod tanq̄ aſcriptus, & nō tanq̄ a legitimus, ſm Dy. † No. qd relicta teſtamento non debenī ab
1 inteſtato, nō ob. auth. ex cauſa, quia ibi eſt ſpeciale in duobus caſibus .ſ. in cauſa prætentionis, & exhæredationis: ſecus ſi teſtamētum eſſet nullum pp defectum alterius ſolemnitatis, vel pp vitium teſtōris, vel eius capitis diminutionem, vt hic, vel pp eius relicti formam, vt inſ. de le. 3 l 2. unde tenet Dy. quod iſta lex nō corrigitur per auth ex cauſa. & ita eſt verum.

L E X LXXXIIII.

Debitor

Legatum creditori de eo, quod ſibi debetur in diem, valet in totum: ſed ſi dies viuo teſtōre exiuit, tale legatum nullum affert commodū, & ppea nihil detalcaī de eod. h.d. Ibi, ſub pignore. de pignore non eſt vis, ſed in dilatione temporis ſecundum Petr. ibi, pro commodo .i. medij temporis. pet. No. quod rōne interuſurij valet legatum totius quantitatis, & rei; & totum eſt in formali petitione, & oblōne non ſolum interuſuriū. & ſic rōne particularis intereſſe totū valet, & petitur totale intereſſe: quod eſt notabile.

§. Si primo

Legata ab inſtituto ſub condōne data ea exiſtente a ſubſtitutis debentur. h.d. Dy. In tex. hæredibus ſubaudi, & ſi hæres non erit primus. ſubſtitutus eſt ſibi Quartus: & ſi ſecundus non eſſet ſibi hæres, ſuit ſubſtitutus Quintus. Dy. & And. de P.ſ. In tex. vtriſq; .ſ. primo, & ſecundo inſtitutis hæredibus In tex. ſubſtituti .i. quartus, & quintus. In tex. ab vtroq. videlicet a quolibet ſubſtituto legata ſecundi inſtituti .i. in cuius locum ſurrogaī. No. quod concurſus condōnis facit concurrere purificationem plurium diſpoſitionum.
1 *Legatum ſeruo factum non valet, ſi non ſit teſtamenti factio cum domino.*
2 *Iuris conſultus repellit ſophiſticam allegationem.*

§. Seruo:

Licet res mea non poſſit mihi legari pure, nec ꝙ mihi debeī, tñ res mea propria. & id quod mihi debeī, pōt legari ſeruo meo, vt manumiſſus die legati cedente habeat legatū, & regula quę dicit ꝙ in legato ſeruo .i. eſt inſpicienda capacitas dn̄orū, intelligiī non de ipāli rei capacitate, ſed vt poſſit dn̄s generaliī ex teſtō capere, & legatū cōſiſtit ex perſona ſerui, ſi tale eſt, ꝙ poſſit liber factus capere, non obſtātib. duabus cauillosis allegationib. quæ fiunt in ꝯrium. h.d. Et diuidiī in duas partes, vel 7. Nā in prima parte ponit duo dicta, ſeu determinat duos caſus ſingulares. In ſecūda parte dat intellectū cuidā rēg gñali In tertia parte, ponit quādā al ā rōam. In quarta parte remouet ꝯriam oppoſitionē. In quinta parte, deducendo ad incōueniēs, oſtēdit oppoſitionē eſſe calūnioſam. In ſexta parte, ex prædictis ponit quādā illationē In ſeptima parte redit ad principalē ꝯclōnē Secunda ibi, cū enim. Tertia ibi, uer. cæterū Quarta ibi, calūnioſa. Quīta ibi, aliogn. Sexta ibi, ex illo. Septima ibi, ita non mirū. In tex. non debeī ſupple & ſeruo eius In tex facto .i. ſi generaliī poſſit dn̄s ex teſtō capere, nō aūt cōſideraī ipālis rei capacitas. Dy. In tex. adnotatio .i. reprehēſio ꝯ dictum Iuliani. & formabaī oppoſitio ſic, Iulianus dicit, ꝙ id demū pt legari ſeruo ꝙ liber factus capere pt. Cōtra, ſi legat ſeruo, q̄diu ſeruiat, valet legatū, & tñ liber factus capere nō pt: ergo regula Iuliani falſa. Rñdet Paulus, ꝙ iſta allegatio ē calūnioſa, pcedit .n. ſophiſtice, qa Iulianus dicit, ꝙ talis res dʒ eſſe poſita in legato quæ caderet in eū, ſi eſſet liber. argumētatio aūt non reſpicit capacitatē rei, ſed modū legandi; vñ non eſt bona illatio, qa eſt de qd ad quale. dicit Dy. ꝙ in hoc ꝯſiſtit fallacia figuræ dictionis. In tex. dño. ergo patet, ꝙ ꝯſiſtūt in pſona ſerui nā ſeruus dī hrs, & legatarius, vt ſup. ti. j. l. cū filia, ſm Iac. de Are. No. ꝙ aliqd pt legari ſeruo, ꝙ nō
1 dño eius. † Secūdo no. ꝙ non ualet legatū factū ſeruo, ſi non ſit teſtī factio cū dño. hic tñ vide l. ſi deportati ſeruo. J. n. j. & C. de hær. inſt. l. j. Tertio no. ꝙ ex perſona ſerui legatum initiū ſumit; & idem in inſtitutione eius, i ſi iſte ſeruus denoīaī ut legatarius, & hæres et ſup de vul. ſub. l. q liberus, § hæc verba. Quarto no. ꝙ illud pt legari ſeruo, ꝙ capere pt liber factus. hic vide inf ti. j. l. fi-
2 deicommiſſa. §. ſi ſeruo, & inf. de ſern. leg. l. & ſi maxime. † Quin-

to no. ꝙ Iuriſconſultus repellit ſophiſticã allegationẽ. Nam tũ Iuliani dicebat, ꝙ non alia res pôt legari ſeruo, ꝗ libero: vnde nõ inteſerebat ꝯ Iulianũ, qa trãſferebat ſe allegat o de qd ad qualẽ, & ſic erat fallacia ſm gl. & Dy. No. ꝙ ſeruo hereditario pôt legari, & hoc pcedit ex illa regula, ꝙ legatũ ꝯſiſtit in perſona ſer ui, hic vide l. viuit. ꝭ. de ſtip. ſer. & ꝯclude vltimo in materia, vt diſtinguat, an phibeat dño legari rõne pſonæ tñ, vt qa nõ capax, aut rõne rei tñ, ut quia nõ eſt in cõmertio, aut mixta rõne per ſonæ, & rei, ut qñ res eſt ſua: ſic n. nõ reperit defectus in pſona, qa capax, nec in re, qa in cõmertio: ſed pcedit defectus ex quadã relatione. i. mixta rõne pſonæ, & rei & in iſto caſu habebat locũ §. noſter, & regulæ. ꝗ hic tradunt p Paulum, & Iulianũ ſm Dy. Quæro, ſi die cedẽte legati, ille ſeruus nõ eſt manumiſſus, vtrũ dñs poſſit petere æſtimationẽ rei ppter legatę: gl. dicit, ꝙ nõ Pe. dicit, ꝙ ſic, per l. j. ſeruus legatus, §. j. ꝭ. ti. i. arguẽdo, ꝙ idẽ operat dñium a principio, & dñiũ poſtea ſuperueniẽs ex cauſa lucratiua, vt ſup. eo. l. Mæuiũ, §. duob. in fi. §. ſed dñium ſuperueniens ex perſona dñi non impedit agi ex perſona ſerui, ut d. l. ſi ſeruus legatus, §. j. ergo &c. ſm Pe. & eſt dictum ſubtile, & notabile.

LEX LXXXV.

1 *Conditio adiecta in fideicom. videtur repetita in ſubſtitutione vulgari de eadem facta.*

1 Latinus Largo. † Condõ adiecta in fideicõmiſſo vniuerſali vr̃ repetita in ſubſtõne vulgari de eodẽ facta h. d. Pe. & Dy. In tex. fideicõmiſſi. ecce prima ſubſtõ fideicõmiſſaria. In tex. ſi eadẽ. ecce ſubſtõ vulgaris. In tex. ſubſtituat. vulgariter, vt fuit in caſu nr̃o. In tex. ibi pure. i. abſolute. In tex. ut. ſ. directo, ſub qua fideicommiſſum meruit. No. ꝙ idem pt ſubſtitui fideic. & directo; & iſto caſu non pt cõcurrere efficaciter fideicõmiſſaria, & directa ſubſtõ, vt vtraque ſimul habeat locũ, ſed altera via eſt eligenda, vt hic. & in ver. fundi, & inf. ad Treb. l. recuſare. §. Titius, & C. ad Tre. l. non iuſſã. vnde licet concurrant potentualiter, nõ concurrũt effectualiter. Secũdo no. ꝙ fideicõmiſſum relictũ ab inſtituto, non vr̃ repetitũ a ſubſtituto, qñ fideic. erat collatum in pſona ipſius ſubſtituti. & eſt rõ, quia non pt fideicommitti ſibi a ſeipſo. & ideo in l. noſtra ancillæ ꝯ dñm inſectæ peterent reſtõnem hæreditatis tanꝗ per viam fideicommiſſi. Tertio no. quod condõ appoſita in ſubſtõne fideicommiſſaria, vr̃ repetita in ſubſtõne vulgari, quando idem eſt ſubſtitutus per fideicommiſſum, & vulgariter, & ideo in lege noſtra aditio, quam fecerunt ancillæ iuſſu dñi, fuit nulla, quia pendente condõne libertatis: & ſic non fuit acquiſitum ius domino. manumiſſæ ergo adeunt ſuo arbitrio, & tanquam hæredes directæ vendicant a patrono poſſidente.

LEX LXXXVI.

Si quis ſeruo. Valet fideicõmiſſaria libertas, & legatũ cũ ea aſcriptũ, qd ſit ſuis intellectu, & ordine libertatis, & qui facit moram in præcedentibus, intelligitur eam facere in ſubſequẽtib. h. d. & pro hoc infra quod vi, aut clam. l. vim facit, & ſup. ſi quis ali. teſ. prohi. l. 1. ſm Iac. de Are. In tex. dicunt, & male. Dyn. In tex. debere. & ſic cedebat dies legati libertatem, & ideo non videbat utile, vt ſup. ti. j. l. quæſitum, §. j. Iac. de Are. In tex. videri. no. hic. quod ex tacita mora idẽ venit, quod ex mora expreſſa. In tex. moratur. l. defert. & idem i libero facto, quod eſt no.

LEX LXXXVII.

1 *Legatum factum creditori de re obligata, non præſumitur factum animo cõpenſandi.*

1 Creditorem. † Legatum factum creditori de re obligata, non præſumit factum animo compenſandi. h. d. In tex. non oſtẽderet. & facit C. de hæ. inſt. l. ſi compenſandi. & hoc verũ eſt, ꝙ præſumat factum aĩo non ꝯpenſandi, vbi una res relinquit creditori, & alia ſibi debet, niſi res legata ſit ſurrogata loco rei debitæ. quia tunc præſumit animus ꝯpenſandi. concor. ꝭ. e. l. Lucius. & melius in l. cum pr̃. §. qui dotale. ſed vbi illud idem, quod debet, legat creditori, tunc præſumptio eſt, ꝙ ſit animus ꝯpenſandi, ut ꝭ. de iur. do. l. cũ j ſ. ꝭ. e. l. Titia. § qui in vita. fallit in marito, qui ad dotẽ tenet in quantitate. & legat vxori: nam uxor vtrunq; petet, ut l. vnica. §. ſciendũ, de rei vx. act. pe. imo non fallit ibi, ſed eſt ideo quia legauit non ſub ꝯmemoratione dotis, ſed abſolute, & in gñe, ut inf. eo. l. Titia Seia, in princ. & ꝭ. eo. l. Mæuiæ. §. auiæ. & uide qualiter hæc lex limitat per Iac. de Are. ſup. ſo ma. l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ubi omnino uideas.

LEX LXXXVIII.

§. Caius Seius. Qui excipit ab inſtõne vnius ex hæredibus nomina cum omnib. quæ ibi ſunt, chirographa, quæ ibi ſunt, non vr̃ excepiſſe. & ideo ſunt ꝯmunia oĩum cohæredũ. Alia ũ excepiſſe vr̃ ibi exiſtẽtia, & ad ſolos cohæredes pertinẽt, non ad illũ, a quo ſunt exceptuata. h. d. In tex. non pertinere. & ſic excluſus in parte vnius. eſt excluſio ĩ parte alterius. pro hoc ſup. eo. u. l. peto. Iac. de Are. & ſic exceptio ab vno includit diſpoſitionem in alio: quod eſt no. In text. nomina. i. chirographa nominum debitorum. In tex. ad alios, & non ad Caium. In tex. non continet. ſ. in exceptione prædicta In tex. ibi, cæteris, argento, ſupellectili, & mancipijs, ſm Iaco de Are. No. hic, quod nomina debitorũ non intelligunt eſſe in aliquo loco deſinite, facit l. ſi. C. de præter ſon te. & ꝭ de iud. l. ſideicommiſſum, § tractantur, & eſt arg. ꝙ ſi aliquis in domum con a ductam ſecum detexit inſtrumenta debitorũ, ꝙ non propterea nomina ſunt tacite obligata, quia non poſſunt proprie dici inuecta, & illata, a cum non transferebantur loco conſiderato, quia incorporalia ſunt. Deinde no. hic quod in generali legato non cõtinet inſtrumentum, ſm Pe. Vltimo no. quod hic declarat, & limitatur l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo. ꝭ. de hære. inſti. vbi dicitur, quod ab inſtitutione hæredis non pôt excipi res certa, quia illud eſt verũ, vbi vnus ſolus eſt inſtitutus hæres. Secus ſi plures. nam tũc pôt excipi ab inſtitutione hæredis.

ADDITIO.

a *Et illata. Pro qua materia vide latiſſime do. Iaſ. May. Inſt. de act. §. item Seruiana, nu. 18. cum plur. ſequen.*

§. Titius. Diuiſio factã gra culturę nõ ẽ vera diuiſio, nec ꝯſtituit plura pdia. h. d. Dy. vel ſic, diſtinctio nominũ, nõ iducit pluralitatẽ pdiorũ, qñ ꝯſtat quod ẽ idẽ corpus. h. d. iſte § eſt ar. ꝙ g non poſſũt diuidere, poſſũt tñ diuiſim locare quo ad fructus. vnde quo ad hoc bene tenet diuiſio ĩter minores, vt ꝭ. ſ. a. eie. l. Lucius Titius Seio. Secũdo no. quod ex iſto §. patet, qd ex pluralitate agricolarũ nõ pbat ppterea diſtinctio pdiorum Vlt. no. ꝙ ſi eſſent hic plura pdia, minus deberet ſm gl. patet ẽt hic ꝙ fundus appellat vniuerſitas. ꝭ. de ꝯh. em. l. ĩ modicis.

LEX LXXXIX.

1 *Teſtator ſi reliquit aliquid in genere, & legatarius incepit habere id aliunde ex cauſa lucratiua, non extinguitur propterea legati petitio.*

1 Titio Seio. † Si teſtator reliquit aliquid in genere, & legatarius incepit habere id aliunde ex cauſa lucratiua, nõ extinguit ppterea legati petitio. h. d. vel ſic, ſi teſtator dãnat hæredẽ ad factũ, & p ꝯñs ad intereſſe, non extinguitur legati petitio, licet legatarius rẽ ſit nactus ex cauſa lucratiua. h. d. ſm Bar. & ita eſt intentio Dy. Quæro hic, qd fuit in legato, vtrũ mẽſura, vel mẽſuratum. i. vas, vel frum. ẽ ſ. dicit gl. ꝙ pôt intelligi de quolibet. Pe. ꝙ in dubio videtur legare ſm conditionem perſonæ, nam ſi vẽditori bladi legatur teſſera, videtur ſibi legari menſura: ſed ſi alicui pauperi, tunc vr̃ legatum menſuratum ad alimẽta, vt ꝭ. de vſu, & hab. l. j. ſenũ. §. equitij, & l. ſed & ſi ſuſceperit, §. 1. ꝭ. de iu. dicit Bar. ꝙ aut dixit l. go teſſeram frumẽtariã, aut teſſeram frumenti. primo caſu vr̃ legari menſura: ſecundo caſu menſuratum, coniunge ſimul vtranq; opin. Opp. ꝙ non videat æſtimatio in obligatione, ſed ipſa res, vt l. ſi ſeruũ. §. effectus, de verb. obl. reſpondeo, aut teſtator legat rẽ, aut preciũ, aut mandauit cõparari. Primo caſu, ipſa res eſt I obligatione, vt l. ſi donatus, §. cum alicui. ꝭ. ti. 1. Scdo caſu ſola æſtimat o, i. ee. i. ſeſcat ex mora, vt ꝭ. de dona. l. fundũ Cornelianum, tñ ſi veniat rẽ præſtare, auditur debitor, vt ſup. ti. 1. l. ſi fundũ per fideicõmiſſum. Tertio caſu vr̃ in obligatione eſſe quoddam factum. i. compenſatio rerum, cuius effectus ad quantitatem tendit. vnde hęres non videtur dãnatus ſolum ad nudum miniſterium cõparationis, ſed ꝙ emat de ppria pecunia hæreditatis, vel hæredis, & propterea dicit gl. ꝙ æſtimatio videtur eſſe in legato. i. effectualiter. ſm Dy. Alij dicunt, ꝙ æſtimatio nõ eſt in obligatione, ſed ſuccedit propter moram, vel facultatem comparationis ſecundum Pet.

§. Vſuras. Mora, quæ irregulariter cõſtituitur, irregulariter purgatur, vel ſic, finita ætate, cuius fauore ꝯceditur priuilegium, finitur priuileg. uni. h. d. Dy. No. ꝙ ex quo puella eſt facta maior 25. annis. vſuræ, ꝗ prius non cucurrerunt fauore ætatis, nunc nõ currunt, niſi mora regularis per interpellationem inducat, quæ ſemel ꝯ facta, perpetuo durat. No. hic ꝙ priuilegiũ non eſt perpetuum, & facit ar. ꝯ in auth. conſti. quæ de di. § illud. quidã dicunt, ꝙ ille § debet intelligi, cũ priuilegiũ cõcedebatur ſine alterius læſione: alias ſecus, vt hic vr̃ dic. ꝙ ibi priuilegiũ erat abſolute conceſſum, hic erat minori ætate commẽſuratũ, & facit ad no. in l. 1. C. in qui. cau. in inte reſt. non eſt neceſ. iſte §. inducit per Iac. ad q. ſtatuti, quo cauet, ꝙ vxores bannitorum ſint perpetuo bannitæ. l. ꝙ p mortem bannitorum finiatur bannũ ipſarum, quia finita eſt cauſa morte. ſm Bar. Item inducit per Bar. qui d in proteſtatione non oporteat, ꝙ ꝯtellãs dicat, & peremptorie, quia ſufficit proteſtari, vt hic. Itẽ inducitur per Bar. dicit ſtatorum, ꝙ finiatur inſtantia quinq; menſib. vbi p actorẽ non ſteterit, ꝙ ſi actor cõparauit, & iur. pcitatus, qd p hoc apparet p eum non ſteuſſe, & ſufficit vna proteſtatio ſm eum. Tu dic, ꝙ iſtud non eſt verum, ſi non adhibet diligentiam, quam poteſt, vt l. ne libel. dimit. & ſup. de pig. act. l. ſi. §. fi.

§. Seia libertis. Fideicõmiſſaria ſubſtitutio ſi phibita ſit, alienatio facta in re includit tacitã ſubſtitutionẽ factam primo momenti de vltimo decedente. h. d. vel forte iſta tacita ſubſtitutio colligit in tota, non in parte ſua. & ſic teſtator voluit totam rẽ in ipſum confluere, quod nõ pôt aliter eſſe, niſi per tacitam ſubſtitutionẽ, & iſte §. eſt no. In tex. ad alterũ. ſ. ſuperuenientem. In tex. hoc. ibi, vendẽte, vel alienante. aliud bene cõcludit de alienatione inter viuos, ſed non de alienatione

natione poſt mortẽ, quia teſtatrix non cõmemorauit, niſi actũ inter viuos,dũ dixit,ne vẽdatis,& ideo Di.hãc rõnem reprobat p l.pr̃ filium,§.fundũ,J.ti.1.& videtur aſr ad l.vel ſingulis,quæ allegatur pro contraria,quia ibi loquitur in ſubſtitutione directa.hic in ſubſtõne fideicommiſſaria, q̃ facta vltimo momenti includit ſr le ipſo tacitã ſubſtõnẽ ſm Dy ego nõ facio dr̃ã inter directã.& fideicõmiſſariã, ſed vtrũ ſubſtituatur in parte vltimi morientis,an ĩ tota re.Primo caſu hẽt locũ l.vel ſingulis.Scđo caſu habet locũ iſte §.& facit ſ.ti.1.l.ſi ſeruus,§.qui margaritã.

1 *Donatio inofficioſa in vnum ex liberis collata per querelam alterius reuocatur vſque ad legitimam,& debitam portionem.*

1 § Imperator Alexander. †Donatio inofficioſa in vnum ex liberis collata, per querelã alterius reuocatũ vſque ad legitimã et debitam portionem.h.d. No. q̃ in iſto §.erant duo nepotes,q in eadem legitima participabant. ſi ergo in vnũ ẽ facta immẽſa donatio,alter aget querela inofficioſæ donationis & conſequetur partẽ ſibi ptingẽtẽ de legitima,q̃ eſt dimidia pars totius legitimæ,cũ ſint duo nepotes tm̃,& hæc eſt intẽtio literæ,nõ aũt intelligit de dimidia totius hære.qa hoc eſſet falſum,vt C. de inof. don l.ſi liqueat cũ ergo quæritur de reuocatione donationis immenſæ,vtrũ fiat,& pro qua parte,refert: nã quadã eſt reuocatio ex tacita voluntate donanti perueniens, vt qñ quis donat liberto,vel extraneo oĩa bona,vel maiorẽ partem bonorũ ſuorũ eo,q nõ habebat liberos:nã tunc liberis ſuſceptis tota reuocatur,qa tacite inerat pditio, ſi liberos nõ ſuſceperit,vt C de reuo.do.l.ſi vnq̃.ſm Ia.Bu.ad qđ ſ.de pac.l.tale pactũ,in fi.Quædã eſt reuocatio,q̃ fit ſiſr ipſo iure ex pſumpta voluntate donãtis, vel ex æquitate ſuperuenientis caſus : tamen non fit in toto,vt qñ quis donat filio iã nato,& poſtea naſcitur ſibi alius filius; & iſto caſu p natiuitatẽ poſthumi ipſo iure reſcĩdit donatio vſq; ad legitimã portionẽ poſthumi,& non vltra,ar.C.de inoff.do.l.ſi totas, ſm Bar.in reuocatione ergo iſta, quæ fit ex coniectura voluntatis, diſtinguitur,aut donat extraneo,& fit in totũ:aut ſuo, & nõ fit, niſi ad legitimã ſm eum, interdũ vero fit reuocatio ꝯ volũtatẽ donantis p querelã inofficioſi: & tũc refert,aut donatio erat collata in aliquem liberorum,& non reuocatur,niſi ad legitimam, vt C.de inof.do.l.ſi liquear,& C.de inof teſt.auth.vnde ſi parẽs. aut erat collata in extraneũ,& tunc aut reuocãti erat aliquid relictum:& debet agere ad ſupplemẽtum legitimæ,& nõ in plus, vt no.C.de inof.do.l.1.aut non erat aliquid relictũ , tunc aut donatio fuit inofficioſa re,& conſilio,& reuocatur in totũ.nam ſi hoc eſt in patrono,multo magis in filio,vt l.libertus,§.pe de iu. pa.aut re tantum,& tunc reuocatũ vſque ad debitum bonorum ſubſidium ita intelligit l.1.cum ſimilibus,ſup.de inoff.dona.ſm Bar.dicit etiam Bar.q̃ lex,ſi vnquam,liberis natis decedentibus non propterea cõualeſceret donatio.item dicit Bar. q̃ illa l.non habet locum in donatione quartæ partis,& etiam certæ rei. itẽ dicit Bar.q̃ iuramen tum donantis in caſu l ſi vnquam,non impedit illam reuocationem,arg.l.fi.C.de non nu. pec. item dicit, q̃ ſi donatio eſt inofficioſa, iuramentum donantis nihil operatur,quia non poteſt validare actum in præiudicium alterius.

§. Lucius. Illud quod operatũ legis auctoritas, illud operat teſtantis voluntas.h d. Dyn.vel ſic,pater poteſt illum onere fideicommiſſi grauare,cui inofficioſe donauit irreuocabiliter inter viuos.h.d.qđ eſt no. In tex.ibi,modicũ reſeruauit.no.q̃ valet donatio vniuerſorum bonorum modico reſeruato donanti.& facit ad no.in l.fi.C.de pact.adde ad iſtum §.ſup.eo l.vt hæredibus,inf.ti 1.l.ſi mulier,in prin.

L E X XC.

tatus in integrum reſtitutus capere põt, nec inſpicitur tẽpus teſtamenti, ſed tẽpus quo cedit dies relicti: & iſtud principiũ eſt multũ notabile. Ia. de Are. ſuper verbo, ad fiſcũ, ſic h. c. hoc ideo, quia non põt acquirere deportato, ſed acquirit fiſco, ad quem omnia bona deportati debent peruenire. Et ex hoc no. q cũ aliquid relinquitur fratribus Minoribus, qui nihil poſſunt habere, nec in ſingulari, nec in cõi. q acquiratur eccleſię Romanę, cuius ſunt omnia eorũ bona, & pro hoc J. de ſup. ſer. §. proui. le, l. ſi ſeruus cõis. vt ſic in eorũ perſona repręſentetur Papa, vt dñs in dñis, vt J. de opt. le. l. Pamphilo. & ita eſt interpretata eorum regula per eccleſiam Romanam. Alij dicunt, q id, quod eſt eis relictũ, ſit p nõ ſcriptum, ſicut relictum damnatis in metallum, vt J. de pro nõ ſcrip. l. ſi in metallum, niſi eſſet in quantum alimenta: vt in prin. eiuſdem l. vt J. de al. leg. l. ſeruos. Iac. de Are. T. u. ſic, q illi dominio, quod acquirebatur olim eccleſię Romanę. Papa renunciauit per ſuam extrauagantẽ. vt no. Io. in c. ſi de pręb. lib. 6. ibi. p ex ptionis. nõ q remittens commodum excep. videtur donare. facit Inſ. de noua. l. ſi quis delegauerit.

L E X VIII.

Si legatarius. Grauatus onere intrinſeco eatenus tenetur, quatenus exegit, vel exigere potuit: quo caſu liberatur cedendo iura, nec pertinet ad eum periculũ litis, niſi fuerit in culpa h. d. Et eſt no. prin. & vide ſup. ti. 2. l. ſi mihi Stichus. No. tres caſus. Primus, quando petijt, & exegit. Secũdus, quando petijt, & obtinuit, nec exegit. Tertio. quando petijt, & ſuccubuit. Et iſte caſus ſubdiuidit, aut ſuccubuit ſine culpa ſua, & non tenetur fideicommiſſario: aut cum culpa: & tenetur. Si autem non ſuccubuit, ſed ſola inſtantia perijt, tenetur cedere iura, & hoc concluſiue eſt hic de mente Doctorum. Ad le ad iſtud principiũ in eo, quod dicit de ſuccumbente, ſ. ad Sylla. l. propter veneni §. fi. & ſup. de here. ven. l. 1. §. ſolet, & de pig. l. ſi ſuperatus, de alien. iudi. l. cum miles, & ſup. fam. ercis. l. in hoc iudicio, & C. de liti. auth. nunc ſi hæres.

§ Cum ita. Fideicommiſſum a patre relictũ filio percipiendũ vltra portionẽ bonorum paternorum extenditur ad tempus mortis patris h. d. vel ſic, qñ vna determinatio ſequitur duo determinabilia, quæ ſimul poteſt cõprehendere, tunc ea duo determinat vniformiter quo ad tempus. h. d. Ray. No. hic, q bona patris viuo eo non pertinent ad filium proprie loquendo, ſed demum poſt mortem.

L E X IX.

Si ita fuerit. Quicunq; hæredes intelliguntur hæredes etiam de quib. teſtator non cogitauit. h. d. Vel ſic, ſi teſtator reliquit fideicom. ab omni ſucceſſore, ſi ſuccedit is, quem nõ credebat ſuccedere tpe teſtamẽti, valet fideicõ. h. d. Dy. & eſt arg. q illa clauſula, ſi non valet &c. comprehẽdat omnẽ hæredem etiam poſthumũ ſuccedẽtẽ præter ſpem teſtatoris, & no. bene hanc l. & adde quod d. xi in l. ſup. eo.

L E X X.

Si tibi. Conditio inſerta vni coniunctorũ in eius pſona deficiens non minuit legatum alterius. h. d. tex. imo augetur p ius accreſcendi. & h. d. glo. No. hic q poſſunt eſſe plures coniũcti re. & verbis, tamen vni relinquitur ſimpliciter, alteri ſub condõne. ergo conditio, quę vni perſonaliter aſcribitur, ad alterum non porrigitur. concor. ſup. ti. 1. l. ſi §. Scia.

L E X XI.

Fideicommiſſa. Suprahabitũ eſt quis, & a quo his quibus verbis, & qualiter, & quo tempore debeatur, & qñ exigatur legatum, & eius æſtimatio, & quoties, & cui, & ɔ quos, & in quantum, & ad quid. No. q omnis lingua eſt habilis ad fideicommittendum. & h. d. Dy. & no. q Iudæi ita poſſunt teſtari, ſicut Chriſtiani, vt hic in verbo, Punica. & ibi dum dicit, alterius cuiuſcumque gentis.

1 *Abbreuiaturæ non creduntur, niſi conſtet quod ſint lectæ coram teſtibus & teſtatore.*

2 *Sententia licet appareat ſcripta manu proprij Notarij, ſi non appareat q fuerit lecta, & ſententialiter promulgata, non valet, vnde in fine ipſius ſolet dici, data, lata, & ſententialiter promulgata.*

§. Quoties, Ibi, exemplum a ſcriptura. Dy. In gl. no. in

1 ſi. no. ſ ergo q imbreuiaturis nõ creditũ, niſi conſtet q ſint lectæ cõram teſtibus, & teſtatore; & idem dicit

2 Ia. de Are. i ſñia, q licet appareat ſñia ſcripta manu publici notarij, ſi non apparet q fuerit lecta, & ſñialiter promulgata, q illa ſñia non valet: & ideo in fine ſñiarum illa verba ponimus, lata,

2 data & ſententialiter promulgata, &c. quod tene menti. Item facit iſta gl. & tex. iſte ɔ abbreuiaturas Tabellionum, q non faciant fidẽ. ad quod ſup. de teſt. in ſi. l. Lucius, in prin. C. de fide inſtru. l. ɔctus. Inſti. de emp. & vẽ in princ. Item q in inſtrõ debet poni ſignũ tabellionis, vt fidẽ faciat, vt C. de aſſeſſo. l. fi. in auth. de fide inſtr. §. ſi vero non intuit. & inſti. de pub. iudi. §. item lex. ſed in abbreuiatura non eſt appoſitũ ſignũ. ergo &c. In cõtrariũ vr, quia recurritur ad abbreuiaturam ergo vr q ſtatur eidẽ, vt in Auth. de Tabel. §. pe. cũ gl. ad quod C. de fide inſtr. l. illaq. alias ſequeretur abſurdũ, q abbreuiatura facta p notarium non poſſet fieri inſtrũm per alium notarium vice eius ſubrogatum, q tñ eſt falſum. vt ſ. de off. conſul. l. vnica. & extra, de fide inſtr. c. cũ P. tabellio. & h. e. verius, ſi illa abbreuiatura eſt in mundum redacta, & nullum appareat ibi vitium. Quia deſit ſubſcriptio tabellionis, & ſignum, nã in auctoritate iudicis põt perfici, vt d. c. cum P. tabellio. in ɔ lib. qui celebrantur in ſcriptis nihil põt addi vel minui iudicis auct. & ideo nihil poteſt impleri, vt d. J. contractibus.

ADDITIO.

1 Promulgata. Quid autem operatur hæc clauſula, vide Pau. de Ca. in conſi. 6. & vide Fely. in c. ſi. in j. col. extra de reſcrip.

§. Si ita quis. Ille qui com non dat, non legat h. d. & dicit l. §. C. quod cum eo dubitatio erat, quia videbatur q deberent præſumi ſaltem relictæ libertati.

§. Cum eſſet. Conditio importata p ablatiuum abſolute poſitum hẽt vim fideicõmiſſi, & ex tali condõne põt agi. h. d. no. ob. §. ſi quis ſub ɔdõne. vbi dr q verba cõditionalia non diſponũt, quia hæc nõ erat mera ɔdõ, ſed implicita cum diſpõne. vel hoc ideo, q verba executiua directa erant in agentẽ, vt patet ex verbo. Accepta. & ideo non mirum, ſi agere poteſt, cum in ſua poteſtate ſit poſitum: & ita põt ſolui illud contrarium. Et hic non ſunt alia quo ad iſtum §.

§. Sic fideicommiſſum. Legatum põt poni in voluntate extrinſeca non vitiatiua vel ɔtra h. d. ſm veritatẽ: & ſic non ob. ſ. ti. 1. legatus §. legatũ. In tex. voluerit ſic eſt quędam gl. quę exponit i. ſi voluerit. quæ glo eſt falſa ſm And. de P. quæ eſt ɔ eaſum in d. §. legatum. in iſto ergo §. legatum erat purum. ſ. ademptũ ſub ɔdõne, ſi hæres voluerit. Sed in §. legatũ. legatũ erat ab initio cõdõnaliter i mera volũtate hẽ ſu pñtiũ q nõ valet, vt J. e. l. l. § qd. ſm Ray. & ſic no. dñam inter dictionẽ ſi, & niſi, alibi ſũ exponit niſi pro ſi nõ, vt J. de cond. & dem. l. quib. d. eb § quidam Titio.

§. Hoc autem legatum. Dictio, cũ, & qñ, faciunt ɔdõnem, & ſauore vltimæ volũtatis mot. iñe vr velle: & iſta eſt vera opin. ſm Iac. de Ra. & And. de Pu. licet Dy. & Pe. teneant ſm opi. gl.

1 *Legatum in mera hæredis voluntate conferri non poteſt.*

2 *Volo verbum, meram ſignificat voluntatem.*

3 *Arbitrium voluntatis plenum dicitur, quando quis poteſt præferre iniquum æquo.*

1 §. Quanquam. †Legatũ nõ põt ɔferri merũ in volũtate hẽdis, ſed in arbitrio, i. in volũtate iuſtificata ſic, q nõ vr ɔferri in hẽdem, ſed vt bonũ virum.

2 No. † q verbũ, volo, ſignificat merã voluntatẽ ſecus in verbo, ſi fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi æſtimaueris, &c. oẽ ergo verbũ intelligitur in arbitriũ boni viri pter verbũ, volo. ɔcor. J. de fideic. lib. l. fideicũmiſſaria libertas. † Scdo no. hic q plenũ arbitriũ

3 dr, qñ q̃s põt pferre iniquũ æquo. vt hic. alibi dr liberũ, q nulli iuri cõr eſt ſubmiſſum. vt ſ. de procu. l. ante litem alibi dr liberũ, qd nullo cogẽte imperio, ſed nuda voluntate fit, vt C. de tranſa. l. ſi q̃s maior adde q no. in l. pe. de arb. l. ſi ea C. de do. promiſſ.

§. † Proinde. No. in hoc §. quod mentæ alicuius ſunt cõſideranda apud bonos, non apud perſonas infideles, & maliuolas. h. d.

§. † Hæc verba. Verba q̃ prima facie vñt enũciatiua fauore liberorũ ſũt diſpoſitiua. h. d. Vel ſic, verba q̃ prima facie vñt ɔſilij, plata fauore liberorũ ſunt diſpoſitiua. h. d. Vel ſic, verba quæ prima facie vñt conſilij, prolata fauore tertij important neceſſitatem h. d. In tex. Fideicõmiſſũ a filio, & nepote relictũ. ibi, conſilium. quantum ad rigorẽ verborum. Dy. & facit ſ. q. i. c. notum. No. hic quod verba conſilij interpretantur eſſe diſpoſitiua, & neceſſitatiua.

§ Si filio. Quod põt intelligi, hẽ pro expreſſo. h. d. In tex. relinquat. aptatur ad tpe mortis ſic J. de tab. ex h. l. 1. in fi. In tex. peruenere. no. q verbum, Peruenire, & verbum, habere referuntur ad tempus, quo aliquis poteſt habere, vel ad eum pertinere pleno iure, quod eſt no. In tex. efficitur. emancipatione, vel morte patris, vel alio modo. Dyn.

§. Si cum ita. Non refert quid ex æquipollentib. fiat penes nãm, & effectũ h. d. Vel ſic, cõditio hñs implicitam rõnem, ſeu ſpecificum effectum, non eſt neceſſe q impleatur formaliter, ſed in effectu: ſecus ſi non haberint in ſecum effectum, quia tunc oportet q impleatur formaliter, vt J. de ɔd. & dem. l. Mævius, & facit ad iſtum § ſup. mãſa. e. dixi ſ. de lib. & poſth. l. Gallus §. & quid ſi tñ & iſte §. hẽt locum in fauorabilib. ſecus in ambitioſis, vel odioſis. non ob. J. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Flauius quia ibi non habemus neque modum, neque effectum propter omiſſionem formæ ſubſtantialis.

1 *Alienatio neceſſaria non perimit legatum ſecus in voluntaria.*

1 §. † Si rem. † Neceſſaria alienatio non perimit legatũ ſecus in volũtaria. & hoc ſi extat rei ſubſtãtia: ſed ſi non extat rei ſubſtantia, extinguitur legatum, niſi per aliquas cõiecturas probetur q teſtãt noluerit extingui. h. d. no. q qñ teſtator legat ſpẽm ſiue corpus, alienando teſtator perdit ius quod habebat, tñ res ipſa durat in rerum natura ſed qñ teſtator

legat nomen debitoris, ibi facta ſolone, non durat ius teſtatoris, nec ipſa res legata, quia ius, & nō corpus erat legatum. in primo ergo caſu diſtinguitur, vtrum teſtator alienauerit pp neceſſitatē rei familiaris, an voluntarie cauſa donandi, vel negociandi: in ſecundo caſu non hr̄ reſpectus ad neceſſitatem rei familiaris, ſed a ſi teſtator prouocauerit debitorē ad ſoluendū, & tunc finit legatū. aut fuit prouocatus a debitore offerente; & tunc non finit legatū, & h. d. i ſta litera. rō aūt dubitandi in tota materia eſt, qa cum teſtōr videat legare ius qđ hēt, vt ſup. ti. s. l. ſi domus, § ſi. extincto iure videbat extingui legatum, vt J. de viuſf. lega. l. Sticho, & C. de lega. l. vxo patrui. & adde quod legitur & no. ā. de leg. 2. l. Lucius eſt ibi, neceſſitate. puta pp debitum, vel alimenta, vel pp coactionem ſuperiorū, vel metu ne compelleret. ar. ſup. quod fal. iu l. nouiſſime. § j. Ibi, intere. l. eius. niſi dicā eſſe rōnem differ. inter legata corporis & noīs. nam in legato noīs, quod in mero iure conſiſtit. extincto iure extinguitur tota ſubſtantia rei legatæ. Secus in legato corporis, vbi extinguitur ius, & non res, quia res eſt adhuc in rerum nā. & hoc eſt quod ſequitur, hic. n. & ibi, tamen ſi. qđ s No. q ſi teſtator legat nomen debitoris, q aut ſponte ſoluit. primo caſu legatum extinguitur, niſi ex coniecturis appareat, q teſtator noluerit extingui, puta quia exegit a ſuſpecto, & collocauit apud tutum Secundo caſu nō extinguitur legatum, ſed pecunia redacta peti pōt. Et no creditorem cogi ad recipiendū oblatū: & ideo alibi dicit gl. q illi qui mutuant frumentū, tenent recipere oblatū tpe abundantiæ, nec pñt procraſtinare in tps cariſtiæ, & inducit hoc Gul. Ʒ illum vſurarium, qui fuit vocatus Alb. Cald. iſta eſt no. gl. C. de ero. mili. anno. l. nulli, lib. 12. Extra inducitur iſte § in arg. ad duo. primo q qñ dñs apparet in iudicio tunc vr̄ reuocare procuratorem, qñ apparet voluntarie: ſecus, ſi ex neceſſitate. facit l. fi. C. de procu. ſecundo q procurator factus ad exigendum non poſſit recipere ſolu. a ſponte ſoluente, quia exigere eſt ab inuito extorquere, vt hic. Ʒnum eſt verum, quia iſte habet plenius mandatum: ergo & minus plenum continetur, nam plenius mandatum eſt experiri. & ſolutio plenius recipere. quam ſol. recipere tantum, & ad hoc de pign. act. l. ſolut. em § ſolutam, cum ſimilibus.

1 *Marmora, & columna legari poſſunt ex ædificio neceſſario deſtruendo.*
2 *Occ. dens illum qui d. citur ad furcas, non tenetur de homicidio.*

1 **§ Si quis.** Ex ædificio neceſſario diruendo pñt legari & marmora, & columnæ. h. d. No. q non reputatur eſſe ... quod neceſſario debet deſtrui. Et eſt argumentum, q non reparatur bannitus ille qui neceſſario debet banniri. Item eſt arg. q ſi propter delictum bona alicuius debent deuaſtari, &
2 aliquis priuatus deuaſtat, q non teneatur ad pœnā. Item eſt argu. q ſi quis occidit illum, qui ducitur ad furcas, q iſte non tenetur de homicidio. Ʒ hoc tñ eſt lex C. de ma. & matlie. & Doc. ponunt in l. in laqueum, de acq. re. dom. Item eſt arg. i. mo vr̄ expreſſum, q ædificium, quod eſt neceſſario diruendum, non cedit ſolo: & non ſunt alia quantum ad iſtum §.

§. Si heres. No. hic q dānatus mutuare nō pōt exigere a recipiente fideiuſſoriam cautionē, ſed probatoriam: & ſic ergo non tenet quis date fideiuſſorē. ad hoc. ſ. vſufru. ea rer. l. tribus. vel aliud quod eſt no. & hoc eſt verum, niſi debitor eſſet ſuſpecta pſona. l. ſi fideiuſſor. § fi. qui ſatiſd. cog. & in Pe. & plene dic vt dixi in l. 2. ſol. ma. & l ſi conſtante. § quotiens, & ratio dubitandi in iſto §. fuit iſta, quia ſicut heres iubet mutuare, ita recipiens vr̄ tacite iuſſus reddere. vnde cum hoc deſcendat ex voluntate, videbatur ſatiſdandum, vt l. j. in princ. J vt leg. no. ca. & C. vt in poſſ. le. l. cum Archimedoram. Hic etiā no. neminem compelli ad abundantem cautelam, ſed ad ſufficientem ſic & facit ad no. in l. 2. in fi. & l ſeq. qui ſatiſd. cog.

1 *Velle quis non præſumitur id, quod non eſt conſuetum fieri, licet ſit poſſibile.*
2 *Clericus ſecularis ſi impetrat præbendam, quæ non eſt conſueta clericis ſecularibus aſſignari, licet Papa omnia poſſit, non valet impetratio.*

1 **§ Si ſeruo.** Valet relictum a ſciente, q nō valet ab ignorante pp qualitatem perſonæ. h. d. † In tex. nō reliquiſſet. no. q non præſumit quis velle id, quod non eſt conſuetum fieri, licet ſit poſſibile. & hoc eſt bene notandum. id au-
2 tem quod eſt conſuetum, vr̄ quis velle. vt C. de fideiu. l. fin. † & pro tanto ſi clericus ſecularis impetrat pbendam, q non eſt conſueta clericis ſecularib. aſſignari, licet Papa oīa poſſit. non valet impetratio, qa nō pſumit fieri de mēte Papæ, & ſi Papa faceret proprio motu, nō probet ſcīa. nā hoc teſtōr faciebat ppno motu. ibi, præſtandā. qñ teſtator ſciuit. Ex iſto tex. Dyn. determinat tres regulas Prima regula eſt. quod tunc eſt verum quod aliud pro alio non ſoluit, qñ debitū pōt formaliter ſolui: ſecus, ſi non poſſet, vt hic Scđa regula eſt q impoſſibile de iure nō dēt pſtari vel fieri: iſtud eſt verū, qñ ibi eſt vera impoſſibilitas. ſed ſi nō eſſet vera impoſſibilitas, ſic ſecus vt hic. Tertia rēa eſt, q vno petito nō pōt iudex ɔdēnare in alio verū eſt, vbi id, qđ eſt petitū, pōt præſtari iure, & ɔſuetu fine pen itētie. ſed ſi ius vel ɔſoetudo non ɔmittit. tunc pōt ɔdemnari in alio q̄ ſit petitum ſm̄ dñm Dyn.

1 *Percuſſit plures quis dicitur, ſi apparet percuſſus de duabus percuſſionibus.*

a **§ Si quis xij.** Ibi, rurſus. ex hoc verbo oriebatur dubitatio, qa eſt verbum multiplicatiuum: ſed hoc non ob. qa verba multiplicatiua in infinitū, plata verifican-
a tur in bino actu, vt infinitas euitet. Et † eſt arg. in iſto §. q ſi quis in libello dicet ſe pluries pcuſſum q intelligitur de duabus percuſſionibus, eſt ſimi. nec ob. ī. de eden. l. vbi. §. fi. qa ibi in verbis legis, vbi quoties habet locū rō legis, habet locū lex. hic ī verba teſtatoris, in quib. obligatoria infinitas eſt euitanda. Et facit ad ſtatutū de ɔpromiſſis, vt nō ſit ſatiſfactū ſtatuto p primū compromiſſum. ſed ſi primū eſt finitum, q debeat iterum compromitti, quia adhuc verificat ſibi locum ratio ſtatuti. q̄ eſt vt lites finiantur: & ſic non ob. inf. de verb. ſig. l. boues, § hoc ſermone.

ADDITIO.

a Ruſus. De hoc ver. vide D. Iaſ. de Mai. in § rurſus, inſti. de actio.

§ Item ſi quis. Relictum ad liberationē, nō inducit q̄titatis relictæ petitionē. h. d. vel ſic. legatū factū ad liberandū non trahitur ad obli. Bald. Quia non reperitur aliam l. huius titu. de le. 3. legiſſe præter ſupraſcriptas.

LIBER XXXV.

De conditionibus, & demonſtrationibus. Rub.

In gl. rubricę. duo facit. Primo ponit diffinitionē cōditionis, & demonſtrationis, cauſæ, & modi. Secundo ponit naturas ipſorum & effectus. ſecunda incipit ibi, naturam cōditionis. Et no. gl. meliorem quæ reperiatur in corpore iuris in ſua materia. In ea ibi, ſuſpenſio. nam cōdō ſuſpendit legatū q̄tū ad oblonem, & petitionē, vt l. ſi quis ita ſ. de cō. & inſti. & l. qui hēdi, § ſi J. eod. In ea ibi, de futuro. nam de præterito, vel de præſenti non eſt proprie conditio, vt ſup. de condi. inſti. l. inſtitutio eſt adiectio, p quam diſpoſitū habet in ſuo eſſe pendentiam. exiſtentiam, vel defectum. & ita eſt diffinitio gl. ſ ad oēm conditionē inductiuam & reſolutiuam, ſiue extinctiuam, ſiue de futuro, ſiue de præterito, ſiue de præſenti referendo ſingula ſingu. In ea d. ibi, adhibita, vel ſic. demonſtratio eſt adiectio declarans diſpoſitū. In ea. ibi, paſſio ... In ea ibi, expreſſi vel ſic, cauſa eſt adiectio vitium diſponentis oſtendens. In ea. ibi, modus. dic q duplex eſt modus. ſ. nudus, & cum cauſa. nudus non habet efficaciam, vt l. Titio centum, in prin. J. eo. Sed q ſi ɔ habet in ſe cauſam. ſ. quia continet alterius fauorē, vel id qđ pertinet ad auctoritatē teſtatoris, & exemplū ſup. de an leg. l. Quintus, § Pomp. & ē duplex. quidam qui continet onus intrinſecū, alius qui continet onus extrinſecū. vt ſ. de leg. 2. l. cum pater, in prin. & § ſi pater. item extrinſecus modus eſt duplex, quidam eſt trāſlatiuus, quidam eſt econtrario ad non transferendum, ſed retinēdū, vt ſup. de leg. 2. l. cum pater, § libertis, C. de fideicom. l. voluntas. eſt ergo modus quędam adiectio cuiuſdā intrinſeci, vel extrinſeci grauaminis, & emolumentum legati determinans, vel coarctans.

LEX PRIMA.

1 *Conditionum duplex eſt ſtatus, quæd. m enim eſt tacita, quædam expreſſa.*
2 *Conditio tacita ſex modis ineſſe poteſt.*

1 **Legatis.** † In tex præſentia l. pura. no. in hac l. q ɔdōnū quædam eſt tacita, quędam expreſſa, vſq; §. ... loquitur de tacita conditione. quod apparet ex verbo, ineſt, & pallium ver verificatur gl. quæ eſt in l. Sticho, ſup. de leg. 1. quæ dicit q per relatiuum importatur condō tacita. Itē verificatur alia gl. q̄ eſt ſup de pac. l. item quia. † & iſta taci-
2 ta conditio licet fiet ſex modis primo neceſſitate, & hoc duobus modis, vel pp nām rei, vt ſi dicat lego partum Arethuſæ, vr̄ fructus naſcituros, vt J eo. in fi. & J. de ver. ob. l. interdum, vel pp diſpoſitionem iuris. nā vbi legat, ineſt tacita conditio, ſi hæreditas adeatur, vt ſup. de lega. j. hæc verba. & J. qñ dies le. ce. l. Titio, § quędam, & iſtis duob. modis talis ɔdō tacita non impedit trāſmiſſionē legati, q̄uis legatarius mortuus fuerit ante eius euētū, vt J. qñ dies le. ce. l. hæredum, § tractan. ſcđo mō, cum tacita reſolutione, vt ſicut legatum eſt pure, & adiiciatur ſub ɔdōne: nā vr̄ tacite legati ſub contraria cōdi. vt ſup de ādimē. le. l. legatū, & l. legata. & talis condō imped. et tranſmiſſionē, vt ſup. de lega. 1. l. ſi poſt mortē, § ſi pure & J eo. l. quibus diebus, § quidā. Tertio mō fit tacita ɔdit o ex repetitione: & hoc tribus modis. vno mō ſi conditio apponitur in inſtitutione, quæ ſit ī dando cōſiſtens. nam vr̄ tacite repetita in ſubſtitōne alias nō, vt ſ. de hære. inſti. l. ſi ſub conditio. Secundo, quia conditio appoſita in inſti. tacite vr̄ repetita ī legato, vt l. licet, de le. 1. & l. cū pater, §. ab inſtituto ſ. de leg. 2. adde quartū ſup. de leg. 1. l. Latinus. Quarto fit tacita conditio ex legis ſubauditione, vt ſu. de an. le. l. 3 & l. ſeq. Quinto ex præſumptione J. ad Tre. l. vbi pure, in prin & ſup. de auro & argen. le. l. filiam. Sexto ex legati qualitate, vt J. ea. l. in fi. ſecundū Pet. quæ non proſequor.

L E X II.

Conditionum. Hæc lex loquitur de tẽpore implendarum conditionum. & videlicet arg. C. de iudi. & ſiue [illegible] vt poſſit probari [illegible] qui ſcit cõditionem appoſitam intelligitur [illegible] vel tacite adimpleſſe: præſumitur enim dediſſe, vel feciſſe ad hoc. vnde dicit Bar. q iudex præcipit [illegible] q debeat [illegible] ad reſpondendum poſitionibus ſub certa pęna. & ego [illegible] me, tamen non dixi ad quem [illegible] p videor in dubio præſumi [illegible] ad illa [illegible] ad quem [illegible] citatus, vt [illegible] dicar contumax per iſtum tex. [illegible] dicit, Paruiſſe videatur, ſecundum Bar. & Arch. dicit p ex ipſo q quis [illegible] præſumitur eũ paruiſſe. quia citatus vel monitus, & ſic Bar. concor. cum dicto Archi. ad [illegible] Archi. 82. di. c. propoſuiſti. vbi omnino videas. Secundo nota quod non ſufficit aliquid fieri facto. implere enim conditionem [illegible] eſt obedire teſtatori: & obedientia conſiſtit ex animo, & ideo non ſufficit fieri facto. i. ſine animi demonſtratione, vt J. de leg. iut. l. in totum. & facit ad no. per Bar. ſup ad Sylla. l. ſi quis in graui §. verum.

L E X IV.

Si his. §. ſi ita. dictio, tũc, ſignificat extremitatẽ. i. vltimitatẽ tẽporis, & facit ſupra de vſufru. leg. l. vxori vſumfructum villæ. quod eſt notandum.

L E X V.

Conditionibus. Impletio conditionis non inducit immixtionem, ſed exiſtentia ſui hæredis tacitam immixtionem inducit: non tamen irreuocabilem [illegible] vt ſ. de vulga. ſubſti. l. ſi filius. No. q ſũt quædam, quæ non requirunt auctoritatem tutoris, vt impletiones conditionum: apparet ergo hic q ille qui implet conditionem non contrahit, nec quaſi contrahit: quod facit ad no. C. de rerum permu. l. ex placito.

§. Item ſeruus. Quæ nemini præiudicant, poſſunt fieri citra legalem ſolemnitatem.

L E X VI.

2 *Arbitrator infra quantum tempus debeat arbitrari, vide cum diſtinct.*

Mulcta teſtamento. Si teſtator aliquid in alicuius arbitrium commiſit, illo non arbitrante pęnam quam teſtator adiecit, ſi non pareretur, non committitur. h. d. Vel ſic, quantum ad pœnę commiſſionem etiam in vltimis voluntatibus non receditur a perſona. hoc dicit ſecundum Ray. & Bar. & ſic non ob. huic l. C. cõmu. de leg. l. fi. §. 1. quia illud quo ad commiſſionem pęnæ, illud quo ad ualidationem legati. nam & hic deberet filius nihilominus monumentum facere arbitrio Titij ceſſante, arg. J eo. l. I teſtamento, el 1. Ray. per hoc & reſpõ. ad l. 1. ſup. de leg. 2. ibi, nec recurritur quantum ad hoc ſi non ſtatur ſententiæ iudicis, pœna committatur, ſed bene recurritur quantũ ad principale propoſitum, ſeu diſpoſitum, ſcilicet vt fiat nominatim, licet non recurratur quantum ad pęnale præceptum, & iõ dicit Bar. quod ſi arbitrator cõdemnauit me in quinquaginta, & iudex corrigẽdo errorem arbitratoris condemnauit me in centũ, & ſic reformauit ſententiam arbitratoris, q licet non paream iudici, quatenus iudex reformauit arbitramentum, non incido in pęnam compromiſſi ſm Bar. quatenus vero ſe conformauit cum arbitramento ſi non obtẽperarem, inciderẽ in pœnam, quia non eſt facta nouatio, ut ſup. de fun. inſtru. l. nepoti. No. ergo q non obediens iniæ reformanti, & perſonæ ſubintellectæ a iure, non incidit in pęnam compromiſſi eodem modo ſi eſt contumax in proceſſu cauſæ, non tenetur ad pęnam ex contemptu iudicis, licet teneretur ex contemptu arbitratoris, vt J de verb obli. l. ſi quis
2 arbitratu. & iſta ſunt tenẽda menti. † Quærit hic Bar. J. quantum tempus arbitrator debet arbitrari? & ſic diſtinguit, quandoque aliquid committitur in arbitrium alicuius ex contrahentibus, quandoque in arbitrium tertij. primo caſu aut ſuper ſubſtantialibus contractus, & dẽt arbitrari intra lx. dies, ut l. q nolit. §. fin. de ędil. edic. aut ſuper accidentalibus: & dẽt arbitrari cum põt, vt l. hæc uenditio, de contrah. emp. Secundo caſu debet quis arbitrari intra annum tam in vltimis voluntatibus quam in contractibus, vt l. fi. §. 1. C. commu de leg. & ſic cõpromiſſum in arbitratorem finitur anni ſpatio ſecũdum Bar. T. dic q in vltima voluntate ſtatuitur annus, quia ultimæ voluntates non debent nimis pendere, ut C. de Epi. & cle. in l. ſi nulli, arg. in l. fi. C. cõmu. prædio. ſed in actibus inter viuos, quandiu vult, poteſt arbitrari, donec per partes, uel per iudicem terminus elapſus ſit, qui erat præfixus, vt C de tempo ap auth. ſi tamen. ibi dum dicit, licet decies milles tranſierit tempus. in arbitrio vero, dic, ut ſ. de arbi. ſi cõpromiſſum, & l. ſi unus, § ſi multo poſt, & ibi no. Et in arbitrio finita inſtantia finitur compromiſſum, & iſta vr quaſi iuriſdictio arbitri & hoc procedit ex quodam contemptu partium ex quo finitur compromiſſum, ut d. §. ſi multo poſt. in uera iuriſdictione iudi. ſecus, quia licet expiret inſtantia, non expirat propterea iuriſdictio ordinaria, vel delegata. cum nondũ functus ſit officio ſuo, & facit C. de di. reſcri. l. falſo.

§ Si ſeruus. Conditio impoſſibilis pro non adiecta habetur. h. d. Dy. In tex. ibi, ante. ſcilicet teſtamentum & [illegible] condõ erat impoſſibilis de natura. Dy. In tex. ibi, reſpondet Neratius, & male.

L E X VII.

1 *Conditionem implere qui debet, tenetur interpellare aduerſarium, non autem expectare, quod interpelletur ab eo.*

Mutianæ cautionis. Per Mutianam cautionem prouidetur legatarijs, & hęredibus, quibus eſt aſcripta conditio negatiua, cuius exiſtentia non poteſt impleri ante vltimum vitæ ſpiritum. Item in conditione, quæ non poteſt in continuum euenire, non eſt neceſſaria cautio Mutiana. Item [illegible] q hæc cautio Mutiana habet locum in condõnibus non [illegible]. nã illa alterius eſt naturæ, ut nota in l. cum pr. §. Titio, ſupra de leg. ſecundo. In gloſſa quo caſu. nẽ uide hic quod no. in l. prima, ſ. de pact. in ſi. magnæ gloſſe, & C. de indic. uidu. auth. cui relictũ, & in corpore, unde ſumitur. q̃ auth allegat gl. ſup. de le. 1. l. cũ filius. § q Mutianã. In tex. exegerit. ſubaudi a cohęrede pro parte hæreditaria. In tex. vel cauere. ſed q̃ pars illius alternatiuę eſt vera? reſpõ. ſed in alternatiua legis vtraque pars eſt vera, & ideo dic. q aut teſtator conſiderauit effectũ conditionis petitionis, & retulit ſe ad petitionẽ iuris, tunc hẽt locũ acceptilatio, non cautio. aut conſiderauit contro[illegible] facti, & retulit ſe ad petitionem facti, tunc hẽt locũ cautio Mutiana. & cum iſta diſtinctione dẽt intelligi iſte tex. vt no. in l. mulier, ſup. de cõd. i. d. vbi iſte tex. gloſſat. aut teſtator retulit ſe ad vtrũq: q̃d in dubio præſumit: & tunc vtrunq: dẽt interuenire. ſ. acceptilatio pp ius, & cautio pp factũ, ar. ſ. de le. 1. l. huiuſmodi. §. ſi ita, & ſup. de tráſ. vbi pactũ. Itẽ no. ex iſto tex. ex verbo denunciare, q ille qui debet implere conditionẽ, debet interpellare aduerſarium, non autem expectare q interpelletur ab eo. In tex. cui caueat. nec eſt etiam cui litem moueat. In tex. adeundo in ſolidum, cum inſtitutus ſit inſtitutus in ſolidum, no. in iſta l. q condõ negatiua non habet veram exiſtentiam, niſi per reductionem per impoſſibile. Et eſt ſimile in probationibus negatiuis. q probantur per reductionem ad impoſſibile, vt C. de contrahen. & commit. ſtip. l. optimam, in fi. & fuit introducta cautio Mutiana, ne ridiculoſa eſſet diſpoſitio teſtatoris.

L E X VIII.

1 *Mater dicitur ſtare cum filio, licet non ſtet cum eo quolibet momento, ſi plurimum ſtat cum eo.*

1 **Si quis ita.** Mater dicitur ſtare cum filio, licet non ſtet cum eo quolibet momẽto, ſi plurimum ſtat cum eo. h. d. Et per iſtam l. probatur quod ad probandum continuam habitationem vel continuam poſſeſſionem non eſt neceſſe probare ſingula temporum momenta, ſed ſufficit probare pro maiori parte temporis, & probatis extremitatibus, & aliquibus medijs temporibus cenſetur plene probatum de continua habitatione, & de continua poſſeſſione, vt J. de manu teſta. l. Mæuia, & ibi per Dy. & eſt ar. ad quæſtionem dictam [illegible] domini, q comitatus recepti ad ciuitatem non habeant beneficium ciuitatis, niſi continue habitauerint ciuitatem modo quidam [illegible] receptus citatus aliquantulum ſe abſentauit, & [illegible] metu prætoris. quæritur, nunquid per hoc videatur interrupta continua habitatio? dic q non per hanc l. Item facit ad quæſtionem, dicit ſtatutum q poteſtas debeat tenere tot famulos toto tempore ſui officij ſub certa pęna modo poteſtas in ſyndicatu vult probare toto tempore ſe tenuiſſe. teſtes ſuper hoc deponũt, & interrogati de cauſa ſcientiæ dicunt, quod videbant tot famulos in prandio, & cęna cum poteſtate. dicit Bar. quod per hoc cenſetur eſſe probatum. q tenuerit toto tempore, quia nõ ſunt probanda ſingula momenta. ita dicit Bar.

L E X IX.

Solemus. Relictum collatum in tempus liberorum nõ refertur ad præſentes, ſed ad futuros liberos. h. d. quod eſt menti tenendum.

L E X X.

1 *Commiſſio quæ conſiſtit in iure & facto alicui facta, debet etiam de iure, & de facto impleri; alias nihil operatur.*

Hæc conditio. † Si relinquit aliquid alicui mulieri ſub cõdõne, ſi ei nupſerit, oportet adimpleri de iure, & de facto & ſi adimpleta fuerit de facto tm̃ nõ ſufficit, & põt poſtea impleri de iure h. d. Dy. facit [illegible] principium ad no. per Inn. in c. l. litteris, de offi. deleg vbi videas vbi dicit Inn.
1 † q q̃ñ alicui committit aliquid in iure, & in facto conſiſtens, q nunq̃ fungitur officio ſuo, niſi q fecerit de facto, & de iure ſubſiſtat h. d. vel ſic, verba ſimpliciter prolata ad iuris intellectũ ſunt referenda. In tex. benigne. con[illegible] ſic tex benigne tamẽ dicendum eſt condõnem impletam. ſ. de facto, non ſum defectam. ſ. de iure. ſm Dy. i. dicere q ſemel impleri de facto poteſt poſtea Impleri de iure, & de facto, quia nõ eſt defecta per actũ inutilẽ.

L E X XI.

Si iam facta. In tex. ibi, non promiſcuas. i. nõ caſuales. Petrus. &c.

LEX XII.

Si ita legatum. No hic ꝙ ſi filius alicuius fecit patri factum, vel pater aliquid ſoluit ꝓ eius condemnatione, ꝙ alteri filio pater bene facit eandem prælegare, vt fratrum conditio parificetur, & vide quod no ſ. de pecu.leg.l. Stichus. per Ia. de Are. Item nota argumen. ꝙ natura pene eſt reſpicere futura, & non præterita. vide tamen quod no. in l. amiſſione. § qui deficiunt ſup. de capi. dimi.

LEX XIII.

Si fundus. Conditio collata in perſona dñi poteſt adimpleri in perſona adminiſtratoris. h. d. & ratio eſt, q̃a repræſentat perſona dñi, vt l. peto. §. frã. ſup. de leg. 2. Per.

LEX XV.

Cui fuerit. Conditio matrimonij impletur & ſine carnali copula. h. d. Et dicit hic gl. ꝙ trãſducta in domo vt vxor, præſumitur vxor, & ſufficit hoc ꝓbare ad ꝓbationem matrimonij: quod eſt bene no. & facit ſup. de ritu nup. l. denique, ſup. de dona. inter vi. & vxo. l. Seia Sempronio.

LEX XVI.

In his quæ. In incertis, non certis locus eſt coniecturæ, ſeu interpretationi. h. d. Facit de le. 3. l. non aliter. Pe. dicit etiam, iſta l. facit ꝙ interpretatio debet eſſe bona & æqua & cõſueta. a vnde interpretatio debet habere iſtos bonos duos comites. l. bonum, & æquum, &c.

ADDITIO.

a Vide Bald. in l. pen. de leg. 1.

LEX XVII.

1 *Demonſtratio falſa, & cauſa falſa non vitiant legatum, niſi conditionaliter ſit expreſſa.*

1 **Demonſtratio.** † Falſa demonſtratio, & falſa cã nõ vitiant legatum, niſi conditionaliter ſit expreſſa. item modus fit per vt h. d. Dyn. In tex. vñ, & ideo debetur legatum præſtita cautione de implendo modum, vt l. quib. dieb. § fi. ĩ. eo. Dy. No ꝙ falſa demõſtratio nõ vitiat, ſi aſs̃ī l, quod diſponitur, eſt certũ, & eſt ratio, quia tunc vera demonſtratio ẽt eſt ſuperflua, & ſuꝑflua non nocent, vt l. 1. in fi. de dote præle. ſi aũt eſt omnino incertum, vitiat ratione incertitudinis. ſi autem eſt aliquod inde indicium certitudinis, non autem plena probatio, dic vt ĩ. eo. l. in teſtamento quidam. Secundo no. ꝙ falſa cã non vitiat. & eſt ratio, quia erat cã impulſiua, non autẽ erat cã vrgens. Item no. ꝙ cauſa fit per q̃a, & loquit̃ hæc l. qñ cã non eſt de ſubſtantia cauſati. ſed qñ cã eſt de ſubſtantia cauſati, tunc falſa cauſa vitiat, vt ĩ de excep. doli. l. 2. §. circa. & facit ſ. de li. leg. l. Aurelius. §. fi. Tertio no. ꝙ qñ cauſa conditionaliter profertur, transfertur in naturam conditionis. vtrum autẽ conditio habeatur pro cauſa, dic vt ĩ. de verb. obliga. a Titio, & ſup. de pac. l. ſi intra. Item nota, ꝙ conditio fit per ſi, quod dic vt ſup. de cond. inde. l. qui promiſit. Quarto & vltimo no. quod modus fit per vt, & adde quod no. ſup. de le. 2. l. cum pater, §. Titio. Extra dicit in hac l. Bar. ꝙ boni aſſeſſores, quando capiunt bannitum, faciunt ipſum confiteri, ꝙ ſit idem corpus, & ꝙ ſit ille qui fuit citatus & exbannitus ad hoc vt de improbitate corporis non poſſit poſtea dubitari. & tunc falſa demonſtratio, puta quia dixit, Petrus Martini, cum debet et dicere, Petrus Ioannis, nõ vitiat bannum, vel condemnationem. ego tetigi ſ. de le. 2. l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter. & vide quod no. ſ. de iudi. l. ſeum quẽ temere.

LEX XVIII.

Is cui ſub conditione. Illi debet præſtari cautio Mutiana, cui acquireretur ius, ſi cautio committatur. hoc dicit. Facit in Auth. de nup. §. præfatæ, col. 3. & C. de indi. vidu. auth. cui relictum. quod eſt menti tenendum.

LEX XIX.

In conditionibus. No. ante omnia voluntatem teſtatoris conſiderarĩ. Secũdo no. ꝙ tacita conditio ſi exprimatur, nil operatur. hoc verum, niſi teſtator voluerit aliquid operari. nam ſi voluerit eam habere poteſtatem conditionis, impedit ceſſionem diei, & tranſmiſſionem, vt in verſ. niſi forte, & hunc verſ. ſignanter notabat Bar.

§. Si patronus. Succedens per contra tabu. dicitur hæres: & facit deficere conditionem ita conceptam, ſi hæres non erit. hoc dicit. Et eſt no. ꝙ nomine hæredis continetur etiam ille, qui eſt improprie hæres, ſeu quaſi hæres. facit in ɔ̃rium gl. q̃ eſt ſ. ſi ager vec. l. 1. § quę in perpetuũ. nam hoc vocabulũ ſimpl̃r prolatum de vtili hẽ de verificat. h. d.

LEX XX.

Non dubitamus. Vide quod dixi ſup. de milit. teſtamento, l. cum in ſecundo.

LEX XXI.

1 *Poſitiones iuris, & poſitiones facti multum inter ſe differunt. nam poſitio iuris eſt, quæ non indiget probatione teſtium, vel inſtrumentorum: poſitio vero facti eſt, quælibet poſitio, quæ indiget probatione.*

Multum intereſt. Cõditio facti requirit ſciẽtiã, ſeu opinionẽ, ɔditio iuris non requirit, ſed inſpicitur veritas. h. d. In tex. veniẽt. i. a iure tacitè intelliguntur. Dy. In tex. amplius. i. dicere, non requiritur ſcientia. In tex. aperte ſunt vera. no. quando eſt appoſita conditio facti ſẽquitur veritas, & opinio cum veritate cõcurrens. Et eſt ɔditio facti illa, quæ a teſtatore procedit, q̃ niſi ſit expreſſa, intelligitur tacita, ſed vbi eſt condõ iuris. i. quæ prouenit ex diſpoſitione legali, non ex iudicio teſtatoris, non eſt curandum de opinione, ſed de ipſa veritate, in qua ius conſiſtit, vnde valet adiectio patrocinante veritate, & falſa opinio non vitiat, & ex hoc apparet ꝙ benignius agit cũ lege, q̃ cũ teſtatore, & ꝙ illud qđ ipſo iure inducitur, ipſo iure tollit̃, & facit ſup. de ɔdict. ob cauſam, l. ſi pecuniã, §. tertiũ. ɔclude ergo, quædã ſunt conditiones facti, quædã iuris. ɔditio facti, dũ pẽdet, facit pendere eſſentiam: ſed poſtquam extitit, antequam ſciat̃ extitiſſe, facit pẽdere agnitionem: ſed conditio iuris non facit pẽdere eſſentiam, & ideo poſtquam extitit, nihil ſuſpẽdit. cum antequam exiſteret, non ſuſpendebat eſſentiam, ſed agnitionẽ ſolam. † Item no. ꝙ in materia poſitionum
1 aliud appellatur poſitio facti & poſitio iuris, quam hic. ibi enim appellatur poſitio iuris illa, quæ non indiget probatione teſtiũ, vel inſtrumentorum. poſitio vero facti appellatur quælibet poſitio quæ indiget probatione, vt no. ſ. de au. & ar. le. l. ornamentorum. & facit ſup. de proba. l. ab ea parte. Extra op. & vñ ꝙ cõditio iuris requirat ſcientiã, vt ſup. de teſt. l. de ſtatu. io. dicit Bar. ꝙ aut eſt talis cõndõ iuris, quæ differt ius principale; & tunc requirit̃ eius certitudo, & ſciã: vnde niſi quis ſciat eſſe iuris, non põt teſtari, vt in l. ɔ̃ria, quia ius teſtandi inde defertur. aut eſt talis conditio iuris, ex qua non defertur ius principale, ſed quoddam exercitium, & tunc non requirit̃ eius ſcientia, vt hic. nam in hac l. ius adeundi deferebatur ex teſtamẽto, non ex ɔditione, & ideo ex quo habetur certitudo de teſtamento, non eſt neceſſaria alia certitudo ſm Bar. & ꝑ hoc determinat ipſe, ꝙ ſi iudex delegatus neſciat ſe delegatũ, non valet proceſſus, quia ignorat id ex quo defertur ſibi ius cognoſcendi. item dicit ꝙ ſi iudex fert ſñiam ɔ̃ aliquẽ tanq̃ ɔ̃ contumacẽ, & neſciebat de contumacia, quia iudex nondum fecerat fieri ſibi relationẽ de citatione. ꝙ ſententia eſt nulla, quia ignorat id, ſuꝑ quo ſe principaliter fundat: ſecus aũt, ſi credit diem feriatam & eſt iuridica, quia valet proceſſus. nam hic errat in quibuſdam accidentalibus, ſ. in qualitate tp̃is. non in fundamento iuriſdictionis, & ſic error non concernit id, quod ſe habet ꝑ modum fundamenti, vt l. 2. ſup. de iudi. ſcđm Bar. & vide quod no. Inno. in c. innotuit, de eo qui fur. or. rece. & Archi. & Io. And. in c. is qui. de procu. li. 6. & facit ſup. de eo q̃ pro tuto. l. quæro, & ſup. ſi cer. pet. l. eius qui in prouincia. Qñ autem conditio apponitur ab homine ſemper requiritur ſcientia, vt hic in prin. huius l. & in c. prudentia, extra de offi. & pote. iudi. dele. in prin. Bar. allegat etiam ipſe Inno. in c. cum contingat, extra de offi. deleg. tamen adde quod no. per Innoc. & Hoſt. extra, de reſti. ſpol. c. ex conqueſtione.

LEX XXII.

Quoties. Reiecta conditione a iure improbata remittitur onus fideicommiſſi. h. d. Di. facit qđ no. in Auth. de ſan. Epi. §. ſed hoc præſenti.

LEX XXIII.

Qui duobus. Conditio dandi non diuiditur, & cui accreſcit portio, accreſcit cõditio. h. d. vide quod no. ſ. ſi q̃s cau. l. ſi quis, §. ſi plurium, no. arg. ex fine huius l. ꝙ ſi Doctor eligatur ad legẽdum ordinariam, & extraordinariam, ꝙ debet habere ſalariũ vtriuſq; ſedis. idẽ in eo qui gerit plura officia, vt in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuff. § illud tamẽ, ſecundum Ia. de Are. vnde ſi collateralis exercet officium collateralis, & cuiuſdam alterius iud. põt petere a Poteſtate maius ſalarium, quia magis laborat, vt ſup. de an. leg. l. Seio, in prin.

LEX XXIV.

Iure ciuili. Conditio habetur pro impleta, qñ ſtat per eum, cui debet impleri tam in vltimis volũtatibus, q̃ in contractibus. h. d. In tex. exẽplis. no. ꝙ licet arguere de vltimis voluntatibus ad contractus. facit ĩ. de conſti. pec. l. itẽ illa, & vide quod no. ĩ. de verb. obl. l. in executionibus, §. fi.

LEX XXV.

Cum vir. Quando inter virum, & vxorẽ fit mentio de liberis, intelligitur de natis ex his. h. d. Bar. no. ꝙ verbum liberorum ſimpliciter prolatum intelligitur de proprijs proferentis, & facit ad quæſtionem de eo, qui recipit emphyteuſim pro ſe, & filijs ſuis: quod intelligitur de filio, non de nepotibus ex fratre. per hanc l. quæ optime probat. dicit enim hæc l. quod intelligitur de genitis ex ſe, non ex alio.

LEX XXVI.

1 *Scriptura eadem poteſt eſſe pro parte valida, & pro parte inualida de iure.*
2 *Abſolutus in foro Epiſcopi a iuramento, non intelligitur propterea abſolutus ab obligationis vinculo, vel contractu.*

1 **Hæc ſcriptura.** † Eadem ſcriptura poteſt eſſe pro parte valida, & pro parte inualida de iure. hoc dicit. Et iſta eſt ratio, quia ſcriptura habet in ſe plures partes ſiue plures cõſiderationes. in iſta l. probatur ꝙ abſolutus

Intus in foro Epiſcopi a iuramento, non intelligitur propterea abſolutus ab obliga. vinculo, vel contractu, qđ eſt no. concor. de condi. inſti. quæ ſub conditione, cum ſimi. Sed pone, quod abſolutus a iurāmēto, quia dicebat inſtr. in vſurariū, quia ſuccum bit in cauſa, nunquid amodo tenebitur vinculo eiuſdem iuramenti? & vi. q non, vt l. qui res, §. aream. ff. de ſol. contrarium credo, quia perempta eſt cauſa abſolutionis. vnde in priſtinam cōditionem reuertitur, vt ff. de condi. ob cau. l. ſi quis acceptio tulerit, & ff. de iure fiſ. l. ſed reuocata, cum ſim. ratio indicat, quia lis fruſtratorie agitata non debet illi prodeſſe, arg. ff. de vſu. l. tutor, & de re iudi. l. negociorum.

§. Cum eadem.

Ius accreſcēdi tranſmittitur ad hęredes tam inter legatarios, quam inter hǽdes. h. d. Dy. Item iſte §. facit ad no. ff. ſi pars hære. pe. l. 2.

LEX XXVII.

In teſtamēto quidam.

Si deficit exēplar, deficit exemplandū. h. d. Vel ſic, ex coniecturis non omnino indubita. fauorabile præceptum teſtatoris eſt implendum, ſed nō pęnale. h. d. vnde magis debet eſſe liquida pęna, q ipſum principale diſpoſitum; qđ eſt no. Vel ſic, ex pſumptionibus, & coniecturis non debemus procedere ad petitionem pęnarum. h. d. In glo. q compelluntur in fi. dic quod vbi actus peccat quo ad aptitudinē formæ, non valet, ad hoc vt obligatio contrahatur, ſed bene poteſt valere ad hoc, vt officio iudicis inducatur, vt hic. Pe. vel hoc fauore vltimæ voluntatis. No. ergo q id, quod non poteſt fieri formaliter, debet tamen fieri arbitrio boni viri. & facit clemen. quia contingit, de reli. do. & ſup. de viuf. leg. l. legatum ciuitati.

LEX XXVIII.

Filiæ ſuę:

§. Titia vxor.

Quod in locum alicuius ſubſtituitur, illius ſapit naturam, & eius cōditiones aſſumit. h. d. In tex. optato. id eſt capto. Dy. In tex. qui mei eſſēt. iſta verba de futuro collata ſoluunt contrarium, quia faciunt inſpici tempus mortis ſecundum Dy. In tex. an hęc. ſcilicet ancilla, cui nomen Agathæ fuerat impoſitum. Dy. Et no. q in impoſitione eiuſdem nominis probatur ſurrogatio.

LEX XXIX.

Hæc conditio.

Cōditio † poteſtatiua debet impleri, cum primū poteſt. h. d. Et eſt no. & eſt arg. q citatus ſine appoſitione diei tenetur comparere, cum primū poteſt. & adde quod no. ff. de hære. inſti. l. ſi quis ita inſtituatur, in tex. primum. ſcilicet poſt mortem teſtatoris, &c.

LEX XXX.

Si ſeparatim.

Ius non decreſcēdi procedit ſine onere. h. d. Aliquid augeri, aliquid non diminui ſunt diuerſa. hoc probat iſta tex. In tex. accreſcat. id eſt ad me in ſolidum pertinet iure non decreſcendi. quod eſt no.

LEX XXXI.

1 *Conditio mixta facit deficere legatum; ſecus, ſi deficit per factum alterius.*

1 In teſtamento ita erit.

†Conditio mixta deficiens p caſum facit deficere legatum: ſecus, ſi deficit per factū alterius, h. d. in materia ꝯdōnis mixtæ non reperiē melior lex. No. q ꝯdō mixta mediā ſapit naturam inter poteſtatiuā, & caſualē. nam in poteſtatiua ꝯdō deficiens p caſum, nō facit deficere relictum, in caſuali vero ēt ſi nō ſtet p eum, cui inſeritur, deficit relictum: ſed in mixta conditione eligitur media via, vt ſi ſtat per caſum, deficiat. ſi vero ſtat per caſum, ſed per alternam partem, non deficiat. participat ergo mixta conditio de qualitate vtriuſq; extremi. ratio autem in mera poteſtatiua eſt, quia teſtator noluit ponere legatum in iudicio fortunæ. in mera caſuali eſt, quia ſm quid depēdet ex viribus fortunæ, & ſm quid pendet ex poteſtate: & ideo non eligitur media via: & dic vt plene no. C. de inſti. & ſubſti. l. 1. & per Dy. in c. imputari. extra, de reg. iur. lib. 6.

LEX XXXII.

1 *Conditio reddendarum rationum dicitur impleta, ſi reddita ſunt rationes bona fide, licet in calculo ſit erratum.*

1 Quamuis.

†Dicitur impleta conditio rationū reddendarum, ſi redditæ ſunt rōnes bona fide, licet in calculo ſit erratum. h. d. vel ſic, paruus defectus non vitiat. h. d. ſecundum Iac. de Are. & Old. Vel ſic, illud vř bene factū, qđ bona fide fit. h. d. ſm Dy. & ad hoc alleg. hæc lex per gl. in l. eum qui. §. in popularib. de iureiu. & facit ad iuſtificationem laudorum. item facit q paruus defectus commiſſus in ſolutione gabellæ non habeat viciare, & hanc l. multum facit notabilē Old. In tex. nihil aliud. ſubaudi conſiderato effectu. Dyn. iſta l. facit pro officialibus ſyndicatus q non debeant ex quolibet paruo errore ſyndicari: ſed debet potius conſiderari bona fides. Item facit hæc lex pro eo, qui non eſt ſoluendo q̄ntatem, incurrit pęnam corporalem. nam ſi per errorem aliquod modicum eſt omiſſum propter errorem calculi officialium, non propterea ſuccedit pęna corporalis per hanc legem.

LEX XXXIII.

Falſa demonſtratio.

§. Sed & ſi cui.

Impetrans ius annulorum inter libertos cōſequit legali. nā licet honor ſit auctus, libertina condō ei inhęrens non eſt mutata. h. d. No. ex iſto §. quod honor non mutat qualitatē perſonæ: idem in qualibet qualitate inſeparabili. vnde monachus factus Eps non deſinit eſſe monachus, licet eius honor ſit auctus. eodem modo tabellio factus doctor, non deſinit eſſe tabellio per iſtum tex.

§. Si quis ita legauerit.

Pluralis oratio geminat duas ſingularitates. h. d. Iſtud eſt verum, niſi pluralitas eſſet de forma, vel ſubſtantia rei, quia tunc non diuidit in ſingularitates, vt ſup. de teſt. l. vbi numerus. Et no. in l. vnde. §. hoc autem ad ſuperiorem. inf. de iu. actuq; priua & facit inf. de excu. tu. §. ſi plures. In tex. ſeparatim. pluralis ergo oratio reſoluitur in duas ſingularitates ſeparatas in diuerſa oratione, ſeu conceptione verborum.

LEX XXXIIII.

Si nominatim.

Nomina propria, & appellatiua paris ſunt potentiæ quo ad demonſtrationis officium. h. d. In tex. nominatus. i. nominatus dř, qui proprio nomine, vel appellatiuo, vel alio ſigno eſt demonſtratus.

LEX XXXVI

1 *Relictum in honorem conſulatus debetur ei viuo teſtatore conſulatum ingreſſo.*

1 Publius Mæuius.

†Relictum in honorem conſulatus debeē ei viuo teſtatore cōſulatum ingreſſo. h. d. idem ergo, ſi relinquaē pro doctoratu, vel in honorem doctoratus. In tex. honorem cōſulatus. per hæc verba dicit Dy. quod ſi fuit inſerta condō, tamen non eſt poteſtatiua, condō pōt quandocunque impleri ſecundum Dy. In tex. deſignatus. i. electus. In tex. edidit. i. acceptauit. In tex. ingreſſus. no. hic tria per ordinem, quæ in officio publico conſideranē. ſ. electio, acceptio, & ingreſſus officij, ad hoc ut quis conſequaē plenē officium. & ſic facit qđ Imperator ante coronationem non ſit Imperator, de quo dic, ut in l. bene a Zenone. C. de quadri. præſc. Cy. & Ray. Item facit q Prās anteq̄ ingrediaē palatium Prāns, nondum poſſit exercere officium, quia nondum eſt in poſſeſſione. hoc tamen vide in l. j. ff. de offi. præfec. præto. l. Auguſta.

§. Titia.

Vbi relinquiē ſub condōne, die adueniente cōdi. adhuc dies expectaē. Dy. & adde qđ no. in c. fundamenta, & in c. licet cauon, de elec. li. 6. No. q non eſt ueriſimile q teſtōr plus diligat ſubſtitutū ī legato, q̄ ipſum legatariū principalem: & ideo dies qui ſuſpēdebat legati præſtationem, ſuſpēdit etiam ſubſtōnem; & tacite intelligiē repetita. h. d. Ex iſto §. colligitur rō etiam aliarum legum, quæ tractant de tacita repetitione, ut ſup. de leg. j. licet Imperator. & eſt rō, quia ſubſtitutus, quem teſtator minus dilexit, non debet eſſe melioris condōnis, quam inſtitutus, quem teſtator magis dilexit.

LEX XXXVII.

Si quis eum.

